SAN BERNARDO DE CLARAVAL

Sermones sobre los santos

Sermones de Sanctis

SABBATISMUS

San Bernardo de Claraval (1090–1153)
Sermones de Sanctis · Sermones sobre los santos

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

SERMONES SOBRE LOS SANTOS DE SAN BERNARDO, ABAD DE CLARAVAL. 5
SERMÓN II. 13
EN LA PURIFICACIÓN DE LA BIENAVENTURADA MARÍA. 17
Sermón II. 21
Sermón III. 25
EN EL NATALICIO DE SAN VICTOR, CONFESOR. 27
SERMÓN II. 33
EN EL NATALICIO DE SAN BENITO ABAD. SERMÓN. 39
EN LA FIESTA DE LA ANUNCIACIÓN DE LA BIENAVENTURADA VIRGEN MARÍA. 53
Sermón II. 71
Sermón III. 75
EN LA FIESTA DE LOS SANTOS APÓSTOLES PEDRO Y PABLO. 105
SERMÓN II. 111
Sermón III. 119
Sermón II. 129
Sermón III. 139
Sermón IV. 147
EN LA FESTIVIDAD DE TODOS LOS SANTOS. 209
Sermón II. 229
Sermón III. 239
SERMÃ“N V. 247
SERMÓN II 265
Sermón II 271
Sermón II. 321
SERMÓN EN EL ÓBITO DE MONSEÑOR HUMBERTO, MONJE DE CLARAVAL. 331
EN LA DEDICACIÓN DE LA IGLESIA 339
Sermón II. 345
Sermón III. 349
Sermón V. 361
Sermón VI. 375

SANCTI BERNARDI ABBATIS CLARAE-VALLENSIS SERMONES DE SANCTIS.

IN CONVERSIONE S. PAULI.

SERMO I. Quomodo ad exemplum ejus converti debemus.

1. Merito quidem, dilectissimi, conversio Doctoris gentium ab universitate gentium festivis gaudiis hodie celebratur. Multos enim ab hac radice ramos prodiisse videmus. Conversus Paulus, conversionis minister factus est universo mundo. Et multos quidem olim in carne adhuc, sed non jam secundum carnem ambulans, praedicationis officio convertit ad Deum; nunc quoque in ipso felicius vivens, et apud ipsum, ne adhuc quidem cessat ab hominum conversione: dico autem, exemplo, oratione, doctrina. Propterea denique conversionis ejus memoria frequentatur, quod et ipsa quoque memorantibus utilis inveniatur. In hac enim memoria et peccator spem veniae concipit, ut provocetur ad poenitentiam; et qui jam poenitet, perfectae conversionis accipit formam. Quis desperet ultra pro magnitudine cujuslibet criminis, quandoquidem Saulum audiat adhuc spirantem minarum et caedis in discipulos Domini, subito factum vas electionis? Quis dicat iniquitatis pondere pressus: Assurgere jam ad studia meliora non valeo; quando in ipso itinere, quo sanguinem sitiens Christianum, dirum toto pectore virus efflabat, persecutor crudelissimus in fidelissimum repente mutatus est praedicatorem? Magnifice siquidem in hac una conversione et misericordiae magnitudo, et efficacia gratiae commendatur.

2. Subito, ait Lucas, circumfulsit eum lux de coelo (Act. IX, 1-8). O vere inaestimabilis divinae dignatio pietatis! Illustrat coelesti fulgore vel a foris, intus adhuc luminis incapacem: qui necdum infundi poterat, divina saltem circumfunditur claritate. Et vox facta est. Lucis et vocis testimonia credibilia facta sunt nimis, nec dubitare est de veritate, quae sese ingerit per utrasque, oculorum scilicet auriumque fenestras. Sic nimirum, sic in Jordane quoque supra caput Domini et columba apparuit, et vox sonuit (Matth. III, 16, 17): sic et in monte, quando transfiguratus est coram discipulis, et claritas visa est, et vox nihilominus Patris audita (Matth. XVII, 2, 5): Saule, Saule, quid me persequeris? Vere deprehensus est Saulus: non est dissimulandi locus, non est facultas ulla negandi. In manibus sunt epistolae crudelissimae legationis, auctoritatis exsecrandae, potestatis iniquae. Quid me persequeris? inquit. Annon persequebatur Christum, qui Christi membra trucidabat in terris?

SERMONES SOBRE LOS SANTOS DE SAN BERNARDO, ABAD DE CLARAVAL.

EN LA CONVERSIÓN DE SAN PABLO.

SERMÓN I. Cómo debemos convertirnos según su ejemplo.

1. Con razón, carísimos, la conversión del Doctor de las gentes es celebrada hoy con festivos gozos por la universalidad de las naciones. Pues vemos que de esta raíz han brotado muchas ramas. Pablo, convertido, fue hecho ministro de conversión para todo el mundo. Y a muchos, en otro tiempo, estando aún en la carne, pero no caminando ya según la carne, convirtió a Dios por el oficio de la predicación; ahora también, viviendo más felizmente en Él y con Él, no cesa todavía de la conversión de los hombres: digo, por el ejemplo, la oración y la doctrina. Por eso, finalmente, se frecuenta la memoria de su conversión, porque ella misma se encuentra útil para quienes la recuerdan. Pues en esta memoria el pecador concibe la esperanza del perdón, para ser provocado a la penitencia; y el que ya se arrepiente, recibe la forma de la conversión perfecta. ¿Quién desesperará en adelante por la magnitud de cualquier crimen, cuando oye que Saulo, que aún respiraba amenazas y muerte contra los discípulos del Señor, fue hecho súbitamente vaso de elección (*vas electionis*)? ¿Quién dirá, oprimido por el peso de la iniquidad: "Ya no puedo levantarme a mejores estudios"; cuando en el mismo camino en que, sediento de sangre cristiana, exhalaba de todo su pecho un veneno funesto, el perseguidor crudelísimo se transformó de repente en un predicador fidelísimo? Pues magníficamente se encomiendan en esta sola conversión tanto la magnitud de la misericordia como la eficacia de la gracia.

2. Súbitamente, dice Lucas, le rodeó una luz del cielo (Hch 9, 1-8). ¡Oh, verdaderamente inestimable dignación de la divina piedad! Ilustra con fulgor celestial incluso desde fuera a quien todavía es incapaz de luz por dentro: el que aún no podía ser infundido, es al menos circundado por la claridad divina. Y se oyó una voz. Los testimonios de la luz y de la voz se hicieron sumamente creíbles, ni hay que dudar de la verdad que se introduce por ambas ventanas, a saber, los ojos y los oídos. Así ciertamente, así en el Jordán también se apareció una paloma sobre la cabeza del Señor y sonó una voz (Mt 3, 16, 17): así también en el monte, cuando se transfiguró ante los discípulos, se vio la claridad y se oyó igualmente la voz del Padre (Mt 17, 2, 5): Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues? Verdaderamente Saulo fue sorprendido: no hay lugar para el disimulo, no hay facultad alguna de negación. En sus manos están las cartas de una legación crudelísima, de autoridad execrable, de poder inicuo. ¿Por qué me persigues?, dice. ¿Acaso no perseguía a Cristo quien degollaba a los miembros de Cristo en la tierra?

An vero persecuti sunt Christum, qui sacratissimum illud corpus crucis affixere patibulo, et non persequebatur eum qui adversus corpus ejus, quod est Ecclesia (est enim corpus ejus etiam ipsa), odio furebat iniquo? Denique si proprium sanguinem dedit in pretium redemptionis animarum, non tibi videtur graviorem ab eo sustinere persecutionem, qui suggestione maligna, exemplo pernicioso, scandali occasione, avertit ab eo animas quas redemit, quam a Judaeo qui sanguinem illum fudit?

3. Agnoscite, dilectissimi, et expavescite consortia eorum qui salutem impediunt animarum. Horrendum penitus sacrilegium, quod et ipsorum videtur excedere facinus, qui Domino majestatis manus sacrilegas injecerunt. Videbatur jam cessasse persecutionis tempus; sed, ut palam factum est, nunquam deest persecutio Christiano, sed neque Christo. Et nunc, quod gravius est, ipsi Christum persequuntur, qui ab eo utique Christiani dicuntur. Amici tui, Deus, et proximi adversum te appropinquaverunt et steterunt. Conjurasse videtur contra ae universitas populi Christiani a minimo usque ad maximum: a planta pedis usque ad verticem non est sanitas ulla: egressa est iniquitas a senioribus judicibus, vicariis tuis, qui videntur regere populum tuum. Non est jam dicere, Ut populus, sic sacerdos (Isai. XXIV, 2); quia nec si populus, ut sacerdos. Heu, heu! Domine Deus, quia ipsi sunt in persecutione tua primi, qui videntur in Ecclesia tua primatum diligere, gerere principatum! Arcem Sion occupaverunt, apprehenderunt munitiones, et universam deinceps libere et potestative tradunt incendio civitatem. Misera eorum conversatio, plebis tuae miserabilis subversio est. Atque utinam sola hac parte nocerent! Esset forte qui Dominica praemonitus et praemunitus exhortatione, daret operam ipsorum non exempla imitari, sed observare praecepta, juxta illud: Quae dicunt facite, et ad opera eorum nolite respicere (Matth. XXIII, 3). Nunc autem dati sunt sacri gradus in occasionem turpis lucri, et quaestum aestimant pietatem. Copiosissimae siquidem pietatis inveniuntur in suscipienda, imo accipienda magis animarum cura: sed haec apud eos cura minor, et de animarum salute novissima cogitatio est. An vero Salvatori animarum gravior ulla esse poterat persecutio? Inique agunt et caeteri contra Christum, multique sunt nostris temporibus antichristi. Merito tamen et crudeliorem eam censet persecutionem pro acceptis beneficiis, et graviorem sentit pro potestate, quam propriis sustinet a ministris; licet alii quoque multi contra proximorum salutem multifarie, multisque modis et variis occasionibus agere videantur. Haec videt Christus, et silet; haec Salvator patitur, et dissimulat.

¿O es que persiguieron a Cristo los que fijaron aquel sacratísimo cuerpo en el patíbulo de la cruz, y no le perseguía aquel que contra su cuerpo, que es la Iglesia (pues ella misma es también su cuerpo), rabiaba con odio inicuo? Finalmente, si Él dio su propia sangre como precio de la redención de las almas, ¿no te parece que sostiene de él una persecución más grave quien, por sugestión maligna, por ejemplo pernicioso, por ocasión de escándalo, aparta de Él las almas que redimió, que del judío que derramó aquella sangre?

3. Reconoced, carísimos, y temed los consorcios de aquellos que impiden la salvación de las almas. Sacrilegio totalmente horrendo, que parece exceder incluso el crimen de aquellos mismos que pusieron manos sacrílegas sobre el Señor de la majestad. Parecía haber cesado ya el tiempo de la persecución; pero, como se ha hecho patente, nunca falta la persecución al cristiano, ni tampoco a Cristo. Y ahora, lo que es más grave, los mismos persiguen a Cristo, los que por Él son llamados ciertamente cristianos. Tus amigos, Dios, y tus prójimos se han acercado y se han puesto contra ti. Parece haber conspirado contra ti la universalidad del pueblo cristiano, desde el mínimo hasta el máximo: desde la planta del pie hasta la coronilla no hay salud alguna: ha salido la iniquidad de los jueces ancianos, tus vicarios, que parecen regir a tu pueblo. Ya no cabe decir: "Como el pueblo, así el sacerdote" (Is 24, 2); porque ni aun si el pueblo fuera tal, sería como el sacerdote. ¡Ay, ay! ¡Señor Dios, porque ellos mismos son los primeros en tu persecución, los que parecen amar el primado en tu Iglesia, ostentar el principado! Han ocupado la fortaleza de Sión, han arrebatado las fortificaciones, y después entregan libremente y con autoridad toda la ciudad al incendio. Su miserable conversación es la miserable subversión de tu pueblo. ¡Y ojalá solo por esta parte dañaran! Habría tal vez quien, preavisado y pertrechado por la exhortación dominical, se esforzaría en no imitar sus ejemplos, sino en observar sus preceptos, según aquello: "Lo que dicen hacedlo, y a las obras de ellos no miréis" (Mt 23, 3). Pero ahora los grados sagrados han sido dados para ocasión de torpe lucro, y estiman la piedad como un negocio. Ciertamente se encuentran con una piedad copiosísima al emprender, o mejor dicho, al recibir el cuidado de las almas: pero este cuidado es menor para ellos, y el pensamiento sobre la salvación de las almas es lo último. ¿O acaso podía ser más grave para el Salvador de las almas alguna otra persecución? También los demás actúan inicuamente contra Cristo, y muchos son en nuestros tiempos los anticristos. Con razón, sin embargo, considera como más cruel aquella persecución por los beneficios recibidos, y la siente más grave por la potestad, la que sostiene de sus propios ministros; aunque también muchos otros parecen actuar contra la salvación de los prójimos de múltiples formas, por muchos modos y en varias ocasiones. Cristo ve estas cosas y calla; el Salvador padece estas cosas y disimula.

Propterea dissimulemus et nos quoque necesse est, et sileamus interim, maximeque de praelatis nostris, magistris ecclesiarum. Sic nimirum, sic placet et ipsis, ut evadant nunc humana judicia, veniatque semel judicium grave his qui praesunt, et potentes patiantur tormenta potenter.

4. Vereor, dilectissimi, ne quis forte sit et in nobis Domini persecutor, quia manifesta docuit ratio, impedire salutem, esse persequi Salvatorem. Quas ego de salute animae meae fratri illi gratias agere possum, qui mihi propinat detractionis fraternae venenum? Merito detractores Deo odibiles describuntur (Rom. I, 30), tanquam persecutores. Quid et is qui exemplo suo ad remissius agendum caeteros provocat, aut singularitate turbat, aut inquietat curiositate, aut impatientia sua et murmuratione molestat; aut quocunque modo contristat Spiritum Dei qui in eis est, scandalizans unum de minimis istis credentibus in eum? nonne et hic manifeste persequitur Christum? Ut ergo persecutorum et nomen, et crimen longe sit semper a nobis, obsecro vos, dilectissimi, benignos semper et mites exhibeamus nos, invicem supportantes in omni patientia, et ad id quod melius et perfectius est, alterutrum provocantes. Quis enim servus sufficere sibi putat non persequi Dominum, sed nec obsequi Domino? Quam habiturus est gratiam, si ut non resistit, sic nec assistit quidem? Denique si quis adeo pusillanimis est, ut satis sibi reputet nec persecutorem esse, nec coadjutorem Dei, audiat quid ipse loquatur: Qui non est mecum, contra me est; et qui non colligit mecum, dispergit (Matth. XII, 30).

5. Saule, Saule, quid me persequeris? Et ille Quis es, Domine? Hinc profecto datur intelligi quia vere circumfusa erat illi claritas, non infusa. Audiebat Paulus vocem Domini, sed faciem Domini non videbat; quoniam erudiebatur ad fidem: et ut ipse postea docuit, Fides ex auditu (Rom. X, 17). Quis es, inquit? Ignotum enim persequebatur, et ideo consecutus est misericordiam, quia ignorans in incredulitate hoc fecit. Discite ex hoc, fratres, justum judicem Deum, non modo quid fiat, sed et quo animo fiat, considerare; et cavete deinceps, ne quis parva reputet, quamlibet parva scienter delinquere convincatur [alias, videatur]. Nemo dicat in corde suo: Levia sunt ista, non curo corrigere; non est magnum si in his maneam venialibus minimisque peccatis. Haec est enim, dilectissimi, impoenitentia, haec blasphemia in Spiritum sanctum, blasphemia irremissibilis. Paulus quidem blasphemus fuit, sed non in Spiritum sanctum, quia ignorans fecit in incredulitate. Non in Spiritum sanctum dixit blasphemiam; ideo consecutus est misericordiam.

Por eso es necesario que disimulemos también nosotros, y callemos por ahora, y máximamente sobre nuestros prelados, los maestros de las iglesias. Así ciertamente, así les place también a ellos, para que escapen ahora a los juicios humanos, y venga de una vez un juicio grave para los que presiden, y los potentes padezcan tormentos potentemente.

4. Temo, carísimos, que no haya alguien también entre nosotros que sea perseguidor del Señor, porque la razón manifiesta ha enseñado que impedir la salvación es perseguir al Salvador. ¿Qué gracias puedo yo dar por la salvación de mi alma a aquel hermano que me propina el veneno de la detracción fraterna? Con razón los detractores son descritos como odiables para Dios (Rom 1, 30), como perseguidores. ¿Qué decir también de aquel que con su ejemplo provoca a los demás a actuar más remisamente, o perturba con su singularidad, o inquieta con su curiosidad, o molesta con su impaciencia y murmuración; o de cualquier modo contrista al Espíritu de Dios que está en ellos, escandalizando a uno de estos pequeñuelos que creen en Él? ¿No persigue también este manifiestamente a Cristo? Para que, por tanto, tanto el nombre como el crimen de perseguidores esté siempre lejos de nosotros, os ruego, carísimos, que nos mostremos siempre benignos y mansos, soportándoos unos a otros con toda paciencia, y provocándoos mutuamente a lo que es mejor y más perfecto. ¿Qué siervo piensa que le basta con no perseguir al Señor, sino ni siquiera obedecer al Señor? ¿Qué gracia ha de tener si, así como no se resiste, así ni siquiera ayuda? Finalmente, si alguien es tan pusilánime que juzga suficiente para sí no ser ni perseguidor ni coadjutor (*coadjutor*) de Dios, oiga lo que Él mismo dice: "El que no está conmigo, está contra mí; y el que no recoge conmigo, desparrama" (Mt 12, 30).

5. "Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues?" Y él: "¿Quién eres, Señor?" De aquí ciertamente se da a entender que verdaderamente la claridad le rodeaba, no le era infundida. Oía Pablo la voz del Señor, pero no veía el rostro del Señor; porque era instruido para la fe: y como él mismo después enseñó: "La fe es por el oído" (Rom 10, 17). "¿Quién eres?", dice. Pues perseguía a un desconocido, y por eso alcanzó misericordia, porque ignorante en la incredulidad hizo esto. Aprended de esto, hermanos, que Dios es un juez justo, que considera no solo qué se hace, sino con qué ánimo se hace; y guardaos en adelante, para que nadie estime como pequeñas las cosas que, por pequeñas que sean, se le convenza de delinquir a sabiendas. Nadie diga en su corazón: "Leves son estas cosas, no me cuido de corregirlas; no es gran cosa si permanezco en estos pecados veniales y mínimos". Pues esta es, carísimos, la impenitencia, esta es la blasfemia contra el Espíritu Santo, blasfemia irremisible. Pablo ciertamente fue blasfemo, pero no contra el Espíritu Santo, porque ignorante lo hizo en la incredulidad. No dijo blasfemia contra el Espíritu Santo; por eso alcanzó misericordia.

6. Quis es, Domine? Et Dominus ad eum: Ego sum Jesus Nazarenus, quem tu persequeris. Ego sum Salvator, quem tu persequendo petis. Ego sum, de quo tu in lege tua legis praedictum quod nescis impletum: Quia Nazaraeus vocabitur (Matth. II, 23). Et ille: Domine, quid me vis facere? Haec plane, fratres, perfectae conversionis est forma. Paratum, inquit, cor meum, Deus; paratum cor meum (Psal. CVII, 2). Paratus sum, et non sum turbatus, ut custodiam mandata tua (Psal. CXVIII, 60). Domine, quid me vis facere? O verbum breve, sed plenum, sed vivum et efficax, sed dignum omni acceptione! Quam pauci inveniuntur in hac perfectae obedientiae forma, qui suam ita abjecerint voluntatem, ut ne ipsum quidem cor proprium habeant, ut non quid ipsi, sed quid Dominus velit, omni hora requirant, dicentes sine intermissione, Domine, quid me vis facere? et illud Samuelis, Loquere, Domine, quia audit servus tuus? (I Reg. III, 10). Heu! plures habemus evangelici illius caeci, quam novi apostoli imitatores. Quid vis, ait Dominus ad caecum illum, ut faciam tibi? (Luc. XVIII, 41). Quanta est miseratio tua, Domine, quanta dignatio tua! Siccine Dominus quaerit, ut servi faciat voluntatem? Vere caecus ille, quia non consideravit, non expavit, non exclamavit: Absit hoc, Domine, tu magis dic quid me facere velis! Sic enim decet, sic omnino dignum est, non meam a te, sed a me tuam quaeri et fieri voluntatem. Videtis, fratres, quia vere necessaria erat hoc in loco conversio. Sic profecto, sic multorum usque hodie pusillanimitas et perversitas exigit, ut ab eis quaeri oporteat. Quid vis ut faciam tibi? non ipsi quaerant, Domine, quid me vis facere? Considerare necesse habent ministri et vicari Christi, quid sibi praecipi velint: non ipsi considerant quae voluntas sit praeceptoris. Non est obedientia eorum plena, non in omnibus parati sunt obsequi, non per omnia sequi proposuerunt eum, qui non suam, sed Patris venit facere voluntatem. Discernunt et dijudicant eligentes in quibus obediant imperanti, imo in quibus praeceptorem suum ipsorum obedire necesse sit voluntati. Hujusmodi itaque, etsi tolerari se videant, et condescendi ac morem geri infirmitati suae, proficiant, obsecro, pudeatque semper parvulos inveniri, ne quando forte audiant. Quid debui vobis facere, et non feci? et abutentibus patientia et benignitate praelati, fiat tandem multitudo exhibitae miserationis cumulus justae damnationis.

6. "¿Quién eres, Señor? Y el Señor a él: Yo soy Jesús Nazareno, a quien tú persigues". Yo soy el Salvador, a quien tú persiguiendo buscas. Yo soy aquel de quien tú lees en tu ley predicho lo que no sabes que se ha cumplido: "Porque será llamado Nazareno" (Mt 2, 23). Y él: "Señor, ¿qué quieres que haga?" Esta plenamente, hermanos, es la forma de la conversión perfecta. "Preparado está mi corazón, Dios; preparado mi corazón" (Sal 107, 2). "Preparado estoy, y no estoy turbado, para guardar tus mandamientos" (Sal 118, 60). "Señor, ¿qué quieres que haga?" ¡Oh palabra breve, pero plena, pero viva y eficaz, pero digna de toda aceptación! ¡Cuán pocos se encuentran en esta forma de obediencia perfecta, que hayan arrojado de tal modo su propia voluntad, que ni siquiera tengan el propio corazón como suyo, para no buscar a cada hora qué quieren ellos mismos, sino qué quiere el Señor, diciendo sin intermisión: "Señor, ¿qué quieres que haga?", y aquello de Samuel: "Habla, Señor, porque tu siervo oye" (1 Sam 3, 10)! ¡Ay! tenemos más imitadores de aquel ciego evangélico que del nuevo apóstol. ¿Qué quieres", dice el Señor a aquel ciego, "que te haga?" (Lc 18, 41). ¡Cuán grande es tu misericordia, Señor, cuán grande tu dignación! ¿Así pregunta el Señor para hacer la voluntad del siervo? Verdaderamente aquel era ciego, porque no consideró, no temió, no exclamó: "¡Lejos de esto, Señor, tú más bien di qué quieres que yo haga!" Pues así conviene, así es totalmente digno, que no sea buscada y hecha por ti mi voluntad, sino por mí la tuya. Veis, hermanos, que verdaderamente era necesaria en este lugar la conversión. Así ciertamente, así la pusilanimidad y perversidad de muchos hasta el día de hoy exige que se deba preguntar de ellos. "¿Qué quieres que te haga?", no que ellos mismos pregunten: "Señor, ¿qué quieres que haga?". Es necesario que los ministros y vicarios de Cristo consideren qué quieren que se les mande: ellos mismos no consideran cuál es la voluntad del Preceptor. No es su obediencia plena, no en todas las cosas están preparados para obedecer, no por todas las cosas se han propuesto seguirle a Él, que no vino a hacer su voluntad, sino la del Padre. Disciernen y juzgan eligiendo en qué obedecen al que manda, o mejor dicho, en qué es necesario que su Preceptor obedezca a la voluntad de ellos mismos. De tal modo, pues, estos, aunque se vean tolerados, y que se condesciende y se hace la voluntad de su enfermedad, progresen, os ruego, y avergüéncense siempre de ser encontrados pequeñuelos, no sea que alguna vez oigan. "¿Qué debí haceros y no hice?", y para los que abusan de la paciencia y benignidad del prelado, se haga finalmente la multitud de la misericordia mostrada un cúmulo de justa condenación.

7. Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad illum: Surge, et ingredere civitatem; ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. O Sapientia suaviter vere universa disponens! Eum cui tu loqueris, erudiendum de voluntate tua mittis ad hominem, ut socialis vitae commendetur utilitas; et edoctus per hominem discat et ipse secundum datam sibi gratiam hominibus subvenire. Ingredere civitatem. Videtis, fratres, non sine divino consilio factum esse, ut hanc civitatem Domini virtutum ingrederemini, divinam discere voluntatem. Plane qui te salubriter terruit, et convertit cor tuum ad desiderandam voluntatem suam, ipse tibi dixit: Surge, et ingredere civitatem. Sed audi quam manifeste in his quae sequuntur voluntaria simplicitas et Christiana commendatur mansuetudo. Apertis oculis nihil videbat: ad manus autem trahebatur ab his qui comitabantur eum. Felix caecitas, qua male quondam illuminati in praevaricatione, tandem in conversione oculi salubriter excaecantur. Sane quod triduo Paulus sine cibo manet persistens in oratione, ad eos maxime pertinet, qui noviter saeculo abrenuntiantes, necdum in coelesti consolatione respirant. Sustineant ergo et ipsi Dominum in omni patientia; orent sine intermissione, quaerentes, petentes, pulsantes, quia exaudiet eos Pater coelestis in tempore opportuno. Non obliviscetur eorum in finem; veniet, et non tardabit. Si triduo sustinueris eum non habens quod manduces, confide quia miserator et misericors Dominus jejunum te non dimittet.

8. Exinde jubetur Ananias manus imponere Saulo; sed tanquam bene eruditus, non continuo acquiescit. Vide enim si non etiam Paulus ipse doctrinam hanc deinde tradidit discipulo, inquiens, Nemini cito manus imponas (I Tim. V, 22). Vidit, ait Dominus, virum imponentem sibi manus, ut visum recipiat. Fratres, Paulus hoc cum vidisset, non continuo illuminatus est. Nunquid non exspectavit Ananiae manum, quia venturum eum forte in somniis praevidit? (Act. IX). Haec dico vobis, charissimi, quia vereor ne quis forte sit inter vos, qui solo se somnio praesumat illuminatum esse; nec jam aequanimiter patiatur ad manum trahi, sed ductorem sese profiteatur aliorum. Cui enim necdum administrationis cura injuncta est, cui necdum credita dispensatio, cui necdum praeceptum ut videat, et provideat his qui apertos oculos habentes nihil vident: quid hoc praesumere tentat, nisi quia meditatur inania, et quasi somnia vana sectatur? Caveamus ab hoc vitio, fratres: semper, quod in nobis est, abjecti eligamus esse, et ad manus trahi; mansuetudinem et humilitatem discentes a Christo Domino, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

SERMO II.

7. "Señor, ¿qué quieres que haga? Y el Señor a él: Levántate e entra en la ciudad; allí se te dirá qué debes hacer". ¡Oh Sabiduría que verdaderamente dispones todas las cosas con suavidad! A aquel a quien tú hablas, para ser instruido sobre tu voluntad, lo envías a un hombre, para que se recomiende la utilidad de la vida social; y enseñado por un hombre, aprenda también él mismo a socorrer a los hombres según la gracia que le ha sido dada. "Entra en la ciudad". Veis, hermanos, que no sin consejo divino se ha hecho que entrarais en esta ciudad del Señor de las virtudes, para aprender la voluntad divina. Claramente, el que te aterró saludablemente y convirtió tu corazón para desear su voluntad, él mismo te dijo: "Levántate e entra en la ciudad". Pero oye cuán manifiestamente en las cosas que siguen se recomienda la sencillez voluntaria y la mansedumbre cristiana. "Abiertos los ojos, nada veía: era llevado de la mano por los que le acompañaban". ¡Feliz ceguera, por la cual los ojos mal iluminados en otro tiempo en la prevaricación, finalmente son saludablemente cegados en la conversión! Ciertamente, el que por tres días permanezca Pablo sin comida persistiendo en la oración, pertenece máxime a aquellos que, renunciando nuevamente al siglo, aún no respiran en la consolación celestial. Soporten, pues, también ellos al Señor con toda paciencia; oren sin intermisión, buscando, pidiendo, llamando, porque los oirá el Padre celestial en el tiempo oportuno. No se olvidará de ellos para siempre; vendrá y no tardará. Si por tres días le hubieres soportado no teniendo qué comer, confía en que el Señor misericordioso y compasivo no te dejará en ayunas.

8. Desde entonces se manda a Ananías imponer las manos a Saulo; pero como bien instruido, no asiente de continuo. Mira, pues, si no también el mismo Pablo transmitió después esta doctrina a su discípulo, diciendo: "A nadie impongas las manos pronto" (1 Tim 5, 22). "Vio", dice el Señor, "a un varón imponiéndole las manos para que recobre la vista". Hermanos, habiendo visto esto Pablo, no fue iluminado de continuo. ¿Acaso no esperó la mano de Ananías, porque previo tal vez en sueños que él vendría? (Hch 9). Estas cosas os digo, carísimos, porque temo que tal vez haya alguien entre vosotros que presuma haber sido iluminado solo por un sueño; y ya no soporte con ecuanimidad ser llevado de la mano, sino que se profese guía de otros. Pues aquel a quien aún no se le ha encargado el cuidado de la administración, a quien aún no se le ha confiado la dispensación, a quien aún no se le ha mandado que vea y provea a estos que, teniendo los ojos abiertos, nada ven: ¿por qué intenta presumir esto, sino porque medita cosas vanas y sigue como sueños vanos? Guardémonos de este vicio, hermanos: siempre, en lo que está en nosotros, elijamos ser abyectos y ser llevados de la mano; aprendiendo la mansedumbre y la humildad de Cristo Señor, a quien es el honor y la gloria por los siglos de los siglos. Amén.

SERMÓN II.

1. Conversus est hodie Paulus, imo Saulus conversus versus est in Paulum. Siquidem factus est tanquam evangelicus ille parvulus, de quo Dominus ait: Nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvulus iste, non intrabitis in regnum coelorum (Matth. XIII, 3). Forte enim seipsum dicebat. Nimirum ipse magnus Dominus et laudabilis nimis, ipse parvulus qui datus est nobis; nec tamen magnus interim, sed parvulus exhibetur, ut seipsum faciat gratum et efficax necessariae parvitatis exemplum. Ad parvulum ergo sit conversio tua, ut discis parvulus esse: tu quoque cum converteris, parvulus fias. Enimvero audi, quam evidenter ipsum tibi, in quo constituit formam conversionis, parvulum manifestat, signanter ea quae sunt parvuli, in seipso imitanda proponens. Discite a me, inquit, quia mitis sum et humilis corde (Matth. XI, 29). Gemina parvitas, humilitas et mansuetudo. Et illa interior, ista exterior parvitas. Utraque tamen non parva virtus est: nempe quam parvulus ille tam magnus unicum magisterium profitetur. Hodie ergo conversus est Paulus, hodie desiit esse Saulus. Hodie factus est humilis et mitis corde. Probat oris confessio cordis humiliationem, dum clamat: Domine, quid me vis facere? Magis autem probat ipsa collatae gratiae magnitudo, quae nimirum tam multa, nisi multum humili, data non fuit.

2. Caeterum mansuetudo, quoniam exterior quaedam, ut diximus, parvitas, et ob hoc manifestior est, tripliciter nobis in conversione hac commendatur. Triplici quidem velut ariete mansuetudo nostra pulsatur; verborum injuriis, damnis rerum, corporis laesione. In his tribus omnis exhibitio patientiae, omnis exercitatio mansuetudinis. Probata est illa virtus, quam nihil horum videtur concutere potuisse. Considerare libet, quemadmodum Paulus super his omnibus in ipsa statim sua conversione tentatus, vere jam Paulus inventus sit, in hac parte vere jam mitis et patiens. Saule, Saule, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Durum equidem verbum, verbum increpatorium, plenum comminatione. Sane quod ad corpus pertinuit, concussus est et prostratus in terram. An vero et damno quoque probatus est? Et valde; siquidem ipsum ei lumen ademptum est oculorum, et apertis, ut scriptum est, oculis nihil videbat (Act. IX, 1-8). Experta est in his tribus et exercitata patientia Job, quem in hac virtute opinatissimum Deus exemplar dedit. Sed vestrae hoc industriae relinquimus vestigandum. Sufficit nos monere, formam verae conversionis magna ex parte in hac mansuetudine constitutam: ut pudeat eos, qui conversi esse debuerant, vel in corporum laesione, vel in damno rerum, vel, quod magis indignum est, in verborum injuriis inveniri perversos penitus et aversos.

1. Se ha convertido hoy Pablo, o mejor dicho, Saulo convertido se ha vuelto Pablo. Ciertamente se ha hecho como aquel pequeñuelo evangélico de quien dice el Señor: "Si no os convirtieris y os hiciereis como este niño, no entraréis en el reino de los cielos" (Mt 18, 3). Pues tal vez hablaba de sí mismo. Ciertamente el mismo Señor grande y laudable sobremanera, el mismo pequeñuelo que nos ha sido dado; y sin embargo no se muestra grande por ahora, sino pequeñuelo, para hacerse a sí mismo ejemplo grato y eficaz de la necesaria pequeñez. Al pequeñuelo, pues, sea tu conversión, para que aprendas a ser pequeñuelo: tú también, cuando te conviertas, hazte pequeñuelo. Pues oye cuán evidentemente te manifiesta al pequeñuelo mismo, en quien constituyó la forma de la conversión, proponiendo señaladamente para ser imitadas en sí mismo las cosas que son del pequeñuelo. "Aprended de mí", dice, "que soy manso y humilde de corazón" (Mt 11, 29). Gemela pequeñez, humildad y mansedumbre. Y aquella interior, esta exterior pequeñez. Ambas, sin embargo, no son pequeña virtud: por cierto, la que aquel tan grande maestro profesa como único magisterio. Hoy, pues, se ha convertido Pablo, hoy ha dejado de ser Saulo. Hoy se ha hecho humilde y manso de corazón. La confesión de la boca prueba la humillación del corazón, mientras clama: "Señor, ¿qué quieres que haga?". Pero más lo prueba la misma magnitud de la gracia colada, la cual ciertamente no fue dada tan mucha sino a un muy humilde.

2. Por lo demás, la mansedumbre, puesto que es una cierta pequeñez exterior, como hemos dicho, y por esto es más manifiesta, se nos recomienda triplemente en esta conversión. Por un triple ariete, por así decirlo, es pulsada nuestra mansedumbre: por las injurias de las palabras, por las pérdidas de las cosas, por la lesión del cuerpo. En estas tres está toda la exhibición de la paciencia, todo el ejercicio de la mansedumbre. Probada está aquella virtud que ninguna de estas cosas parece haber podido sacudir. Conviene considerar de qué modo Pablo, tentado sobre todas estas cosas en su misma conversión inmediata, fue hallado ya verdaderamente Pablo, en esta parte ya verdaderamente manso y paciente. "Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues? Duro es para ti dar coces contra el aguijón". Palabra dura ciertamente, palabra increpatoria, plena de conminación. Ciertamente, en lo que perteneció al cuerpo, fue sacudido y postrado en tierra. ¿Acaso también fue probado con la pérdida? Y mucho; puesto que le fue quitada la misma luz de los ojos, "y abiertos los ojos", como está escrito, "nada veía" (Hch 9, 1-8). Fue experimentada y ejercitada en estas tres la paciencia de Job, a quien Dios dio como ejemplar celebérrimo en esta virtud. Pero dejamos esto para que vuestra industria lo investigue. Nos basta advertir que la forma de la verdadera conversión está constituida en gran parte en esta mansedumbre: para que se avergüencen aquellos que, debiendo estar convertidos, son hallados totalmente perversos y aversos, sea en la lesión de los cuerpos, sea en la pérdida de las cosas, o, lo que es más indigno, en las injurias de las palabras.

IN PURIFICATIONE B. MARIAE.

SERMO I. De triplici misericordia.

1. Hodie templi Dominum in templum Domini Virgo mater inducit; Joseph quoque sistit Domino, non suum, sed ejus filium dilectum, in quo ei bene complacuit. Agnoscit Simeon justus quem exspectabat; Anna quoque vidua confitetur. Ab his quatuor primo hodierna processio celebrata est, quae postmodum exsultatione universae terrae in omni loco et ab omni gente celebraretur. Nec sane mirum, si tunc parva fuit, quandoquidem parvus erat qui suscipiebatur. Nullum ibi locum peccator habuit: omnes justi, omnes sancti, omnes fuere perfecti. But nunquid hos tantum salvabis, Domine? Crescat corpus, crescat et miseratio. Homines et jumenta salvabis, Domine, cum multiplicaveris misericordiam tuam, Deus (Psal. XXXV, 7, 8). In secunda jam processione praeeunt turbae, turbae sequuntur; nec virgo portat, sed asellus. Neminem itaque dedignatur, nec ipsos qui computruerunt tanquam jumenta in stercore suo: non dedignatur, inquam, sed si apostolica vestimenta non desint, si doctrina eorum, si morum justitia, si obedientia, si charitas cooperiat multitudinem peccatorum, ex hoc jam processionis suae gloria non censebit indignos. Magis vero et ipsam, quae tam paucis collata videtur, nobis quoque ab ipso invenire est reservatam. Quidni reservaret posteris, quam et praerogavit antiquis?

2. David, rex et propheta, exsultavit ut videret diem istum: vidit, et gavisus est. Alioquin si non viderat, unde psallebat: Suscepimus, inquit, Deus misericordiam tuam in medio templi tui? (Psal. XLVII, 10.) Suscepit hanc misericordiam Domini David, suscepit Simeon, suscepimus et nos, et quicunque sunt praeordinati ad vitam: siquidem Christus heri, et hodie, et in aeternum. In medio enim templi misericordia est, non in angulo aut diversorio, quia non est acceptio personarum apud Deum. In communi posita est, offertur omnibus, et nemo illius expers, nisi qui renuit. Derivantur aquae tuae foras, Domine Deus: nihilominus tamen fons tuus tibi proprius est, et non bibit alienus ex eo. Qui tuus est, non videbit mortem, donec viderit Christum Domini, ut securus dimittatur in pace. Quidni dimittatur in pace, qui Christum Domini habet in pectore? Ipse enim est pax nostra, qui per fidem habitat in cordibus nostris. Tu quomodo hinc exibis, anima misera, quae ducem itineris Jesum ignoras? Ignorantiam enim Dei quidam habent. Unde hoc? Nempe quia Lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.

EN LA PURIFICACIÓN DE LA BIENAVENTURADA MARÍA.

SERMÓN I. Sobre la triple misericordia.

1. Hoy la Virgen Madre introduce al Señor del templo en el templo del Señor; José también presenta al Señor, no a su hijo, sino al Hijo amado de Él, en quien se complació bien. Reconoce el justo Simeón a quien esperaba; Ana la viuda también lo confiesa. Por estos cuatro fue celebrada primero la procesión de hoy, que después sería celebrada con la exultación de toda la tierra en todo lugar y por toda nación. Ni es maravilla, por cierto, si entonces fue pequeña, puesto que era pequeño el que era recibido. Ningún lugar tuvo allí el pecador: todos eran justos, todos santos, todos fueron perfectos. Pero, ¿solo a estos salvarás, Señor? Crezca el cuerpo, crezca también la misericordia. "A los hombres y a las bestias salvarás, Señor, cuando hubieres multiplicado tu misericordia, Dios" (Sal 35, 7, 8). En la segunda procesión ya preceden las turbas, las turbas siguen; y no lo lleva la Virgen, sino un asno. A nadie, pues, desdeña, ni a los mismos que se pudrieron como jumentos en su estiércol: no los desdeña, digo, pero si no faltan las vestiduras apostólicas, si su doctrina, si la justicia de las costumbres, si la obediencia, si la caridad cubre la multitud de los pecados, por esto ya no los juzgará indignos de la gloria de su procesión. Más bien, verdaderamente se halla que Él nos ha reservado también a nosotros aquella misma que parece haber sido colada a tan pocos. ¿Por qué no reservaría para la posteridad la que también otorgó de antemano a los antiguos?

2. David, rey y profeta, se regocijó de ver este día: lo vio, y se alegró. De otro modo, si no lo hubiera visto, ¿de dónde cantaba: "Hemos recibido, oh Dios, tu misericordia en medio de tu templo"? (Salmo 47, 10). David recibió esta misericordia del Señor, Simeón la recibió, y también la hemos recibido nosotros, y todos los que están preordinados a la vida: puesto que Cristo es ayer, hoy y siempre. Pues la misericordia está en medio del templo, no en un rincón o en un parador, porque no hay acepción de personas para con Dios. Está puesta en común, se ofrece a todos, y nadie está privado de ella, sino aquel que la rechaza. Se derivan tus aguas fuera, Señor Dios: sin embargo, tu fuente es tuya propia, y el extraño no bebe de ella. El que es tuyo no verá la muerte hasta que haya visto al Cristo del Señor, para que sea despedido seguro en paz. ¿Por qué no habría de ser despedido en paz quien tiene al Cristo del Señor en su pecho? Pues Él mismo es nuestra paz, quien habita por la fe en nuestros corazones. ¿Cómo saldrás de aquí tú, alma miserable, que ignoras a Jesús, el guía del camino? Pues algunos tienen ignorancia de Dios. ¿De dónde esto? Ciertamente porque la Luz vino al mundo, y los hombres amaron más las tinieblas que la luz.

Et Lux, inquit, in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt (Joan. 1, 5). Ac si dicat: Et in plateis derivantur aquae, et alienus non bibit ex eis; et misericordia in medio templi est: nemo tamen accedit [alias, nec tamen accedunt] ex his quos manet aeterna damnatio. Medius vestrum stat, o miseri, quem vos nescitis: ut morientes, antequam videritis Christum Domini, non in pace dimittamini; sed potius rapiamini a rugientibus praeparatis ad escam.

3. Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui. Longe est haec gratiarum actio a voce illa gementis: Domine, in coelo misericordia tua, et veritas tua usque ad nubes (Psal. XXXV, 6). Quid enim? videturne tibi in medio fuisse misericordia, cum apud solos coeligenas spiritus haberetur? At ubi sane minoratus est Christus paulo minus ab angelis, factusque est Dei et hominum mediator, ac velut lapis angularis pacificavit per sanguinem suum quae in coelis sunt, et quae super terram; ex hoc plane jam suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui. Eramus enim et nos natura filii irae, sed consecuti sumus misericordiam. Cujus irae filii, et quam misericordiam consecuti? Nempe filii ignorantiae, ignaviae, captivitatis: et consecuti sumus sapientiam, virtutem, redemptionem. Ignorantia mulieris seductae excaecaverat nos; mollities viri abstracti et illecti a propria concupiscentia enervaverat nos; malitia diaboli expositos juste a Deo captivaverat nos. Sic ergo nascimur universi, primum quidem viae civitatis habitaculi prorsus ignari; deinde imbecilles et ignavi, ut, etsi nota nobis esset via vitae, propria tamen praepediremur et detineremur inertia; postremo captivi sub pessimo crudelissimoque tyranno, ut licet prudentes essemus atque robusti, ipsa tamen miserae servitutis opprimeremur conditione. Nunquid non misericordia et miseratione multa opus habet tanta miseria? Aut certe si jam salvi facti sumus ab hac triplici ira per Christum, qui factus est nobis sapientia a Deo Patre, et justitia et sanctificatio, et redemptio (I Cor. I, 30): quanta nobis vigilantia opus est, dilectissimi, ne forte, quod absit! inveniantur nostra novissima pejora prioribus, si denuo contingat iram incendere, utpote qui non natura jam, sed propria voluntate filii irae sumus?

"Y la Luz", dice, "brilla en las tinieblas, y las tinieblas no la comprendieron" (Juan 1, 5). Como si dijera: "Y en las plazas se derivan las aguas, y el extraño no bebe de ellas; y la misericordia está en medio del templo: sin embargo, nadie se acerca [alias: ni tampoco se acercan] de entre aquellos a quienes aguarda la condenación eterna". En medio de vosotros está, oh miserables, a quien no conocéis: para que muriendo, antes de que hayáis visto al Cristo del Señor, no seáis despedidos en paz; sino más bien seáis arrebatados por los que rugen preparados para la comida.

3. "Hemos recibido, oh Dios, tu misericordia en medio de tu templo". Lejos está esta acción de gracias de aquella voz del que gime: "Señor, en el cielo está tu misericordia, y tu verdad llega hasta las nubes" (Salmo 35, 6). ¿Pues qué? ¿te parece que la misericordia estuvo en medio cuando se tenía solo entre los espíritus celestiales? Pero cuando verdaderamente Cristo fue minorado un poco menos que los ángeles, y se hizo mediador entre Dios y los hombres, y como piedra angular pacificó por su sangre lo que está en los cielos y lo que está sobre la tierra; desde esto claramente ya "hemos recibido, oh Dios, tu misericordia en medio de tu templo". Pues también nosotros éramos por naturaleza hijos de ira, pero hemos alcanzado misericordia. ¿Hijos de qué ira, y qué misericordia hemos alcanzado? Ciertamente hijos de la ignorancia, de la pereza, de la cautividad: y hemos alcanzado sabiduría, virtud, redención. La ignorancia de la mujer seducida nos había cegado; la molicie del hombre abstraído y atraído por su propia concupiscencia nos había enervado; la malicia del diablo nos había cautivado justamente expuestos por Dios. Así pues nacemos todos, primero ciertamente totalmente ignorantes del camino de la ciudad de la morada; luego débiles y perezosos, de modo que, aunque nos fuera conocido el camino de la vida, estaríamos sin embargo impedidos y retenidos por nuestra propia inercia; finalmente cautivos bajo el peor y más cruel tirano, de modo que aunque fuéramos prudentes y robustos, estaríamos sin embargo oprimidos por la condición de la miserable servidumbre. ¿Acaso no tiene necesidad de mucha misericordia y compasión tanta miseria? O ciertamente si ya hemos sido salvados de esta triple ira por Cristo, quien fue hecho para nosotros sabiduría de parte de Dios Padre, y justicia y santificación, y redención (1 Cor. 1, 30): ¡cuánta vigilancia necesitamos, amadísimos, no sea que tal vez —¡lo que Dios no quiera!— se hallen nuestras últimas cosas peores que las primeras, si sucediera de nuevo encender la ira, puesto que ya no somos hijos de ira por naturaleza, sino por propia voluntad!

4. Amplectamur itaque misericordiam, quam in medio templi suscepimus, et cum beata Anna non dimoveamur a templo. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos, ait Apostolus (I Cor. III, 17). Prope est haec misericordia, prope est verbum in ore vestro et in corde vestro. Denique in cordibus vestris per fidem habitat Christus. Hoc templum ejus, et haec sedes ejus: nisi forte excidit vobis quoniam anima justi sedes sapientiae est . Quod ergo frequenter, imo et semper admonere cupio fratres meos, obsecro et nunc, ambulemus non secundum carnem in carne, ne displiceamus Deo. Non simus amici hujus saeculi, ne Dei constituamur inimici. Resistamus quoque [alias, ergo] diabolo, et fugiet a nobis, ut libere jam ambulemus in spiritu, et in corde sit conversatio nostra. Siquidem corpus quod corrumpitur, aggravat, et enervat, et effeminat animam; et terrena inhabitatio sensum multa cogitantem deprimit (Sap. IX, 15), ut ad coelestia non assurgat. Unde et sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum (I Cor. III, 19); et a maligno qui superatur, ei et servus addicitur. Porro in corde suscipitur misericordia, in corde habitat Christus, in corde loquitur pacem in plebem suam, et super sanctos suos, et in eos qui convertuntur ad cor.

Sermo II.

De oridine et modo processionis Christi in templum.

1. Gratias Redemptori nostro, qui tam copiose praevenit nos in benedictionibus dulcedinis, sacramentis infantiae suae gaudia nostra multiplicans. Celebratis siquidem paulo ante Nativitate, Circumcisione et Apparitione ejus, festus hodie nobis oblationis ipsius dies illuxit. Hodie namque sistitur Creatori terrae fructus sublimis; hodie placabilis et Deo placens hostia virgineis manibus offertur in templo, portatur a parentibus, a senibus exspectatur. Offerunt Joseph et Maria sacrificium laudis, sacrificium matutinum; Simeon et Anna suscipiunt. Ab his quatuor celebrata processio est, quae per quatuor orbis climata solemnibus hodie gaudiis ad memoriam revocatur. Quia ergo festivam hodie et nosipsi, praeter caeterarum consuetudinem solemnitatum, acturi sumus processionem , non inutile arbitror modum ipsius et ordinem diligentius intueri. Processuri sumus bini et bini, candelas habentes in manibus, ipsas quoque succensas, nec quolibet igne, sed qui prius in ecclesia sacerdotali benedictione fuerit consecratus. Ad haec futuri sunt in processione nostra novissimi primi, et primi novissimi: et cantabimus in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini.

4. Abracemos, pues, la misericordia que hemos recibido en medio del templo, y con la bienaventurada Ana no nos apartemos del templo. "Pues el templo de Dios es santo, el cual sois vosotros", dice el Apóstol (1 Cor. 3, 17). Cerca está esta misericordia, cerca está la palabra en tu boca y en tu corazón. Finalmente, Cristo habita en vuestros corazones por la fe. Este es su templo, y esta es su sede: a menos que tal vez se os haya olvidado que "el alma del justo es sede de la sabiduría". Por lo cual, lo que frecuentemente, e incluso siempre, deseo amonestar a mis hermanos, os lo suplico también ahora: no caminemos según la carne en la carne, para no desagradar a Dios. No seamos amigos de este mundo, para no ser constituidos enemigos de Dios. Resistamos también [alias: por tanto] al diablo, y huirá de nosotros, para que ya caminemos libremente en el espíritu, y en el corazón esté nuestra conversación. Puesto que el cuerpo que se corrompe agrava, y enerva, y afemina el alma; y la habitación terrenal deprime el sentido que piensa muchas cosas (Sab. 9, 15), para que no se eleve a las cosas celestiales. De donde también la sabiduría de este mundo es estulticia ante Dios (1 Cor. 3, 19); y por el maligno quien es vencido, a él también es adjudicado como siervo. Además, en el corazón se recibe la misericordia, en el corazón habita Cristo, en el corazón habla paz a su pueblo, y sobre sus santos, y a los que se convierten al corazón.

Sermón II.

Sobre el origen y el modo de la procesión de Cristo al templo.

1. Gracias a nuestro Redentor, que tan copiosamente nos previno en las bendiciones de dulzura, multiplicando nuestros gozos con los sacramentos de su infancia. Habiendo celebrado, pues, poco antes su Natividad, Circuncisión y Aparición, hoy nos ha iluminado el festivo día de su oblación. Pues hoy se presenta al Creador de la tierra el fruto sublime; hoy una hostia aplacable y agradable a Dios es ofrecida en el templo por manos virginales, es llevada por los padres, es esperada por los ancianos. José y María ofrecen un sacrificio de alabanza, un sacrificio matutino; Simeón y Ana lo reciben. Por estos cuatro fue celebrada la procesión, la cual hoy se recuerda a la memoria con solemnes gozos por los cuatro climas del orbe. Puesto que, por tanto, también nosotros mismos hoy, fuera de la costumbre de las demás solemnidades, vamos a realizar una procesión, no considero inútil observar más diligentemente su modo y orden. Vamos a proceder de dos en dos, teniendo velas en las manos, y estas también encendidas, no con cualquier fuego, sino con aquel que primero haya sido consagrado en la iglesia por la bendición sacerdotal. Además, en nuestra procesión los últimos serán primeros, y los primeros últimos: y cantaremos en los caminos del Señor, porque grande es la gloria del Señor.

2. Merito sane bini et bini procedimus: sic enim ob commendationem fraternae charitatis et socialis vitae missos a Salvatore discipulos Evangelia sacra testantur (Luc. X, 1). Turbat processionem, si quis solitarius incedere curat: nec sibi soli nocet, sed etiam caeteris est molestus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes, nec solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Jam vero sicut non est bonum esse hominem solum, sic in conspectu Domini vacuum apparere est prohibitum (Exod. XXIII, 15). Cum enim arguantur otiositatis ipsi quoque quos nemo conduxit (Matth. XX, 6): qui jam conducti sunt, si otiosi inventi fuerint, quid merentur? Fides quippe sine operibus mortua est (Jac. II, 26). Ipsa denique opera nostra in fervore agenda sunt, et in desiderio cordis, ut sint lucernae ardentes in manibus nostris. Alioquin timendum est, ne forte tepidos nos evomere incipiat, qui in Evangelio loquitur, dicens: Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi ut ardeat? (Luc. XII, 49.) Hic plane sacer et benedictus est ignis, quem Pater sanctificavit et misit in mundum, et cui benedicitur in ecclesiis, sicut scriptum est: In ecclesiis benedicite Deo Domino (Psal. LXVII, 27). Habet enim etiam adversarius noster, utpote perversus divinorum operum aemulator; habet, inquam, ignem suum et ipse, ignem concupiscentiae carnalis; ignem invidiae et ambitionis, quem Salvator in nobis non accendere, sed exstinguere venit. Denique si quis alienum hunc ignem in divino offerre praesumpserit sacrificio, etiamsi patrem habeat Aaron, morietur in iniquitate sua

3. Porro super haec quae de sociali vita et fraterna dilectione, de bonis operibus, et fervore sancto dicta sunt; humilitatis virtus maxima, maximeque necessaria est, ut honore praeveniamus invicem: nec modo priores, sed et ipsos juniores sibi quisque praeponat: quae nimirum humilitatis perfectio est, et justitiae plenitudo. Et quoniam hilarem datorem diligit Deus (II Cor. IX, 7), et fructus charitatis est gaudium in Spiritu sancto; cantemus, ut dictum est, in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini (Psal. CXXXVII, 5): cantemus Domino canticum novum, quia mirabilia fecit (Psal. XCVII, 1). In quibus omnibus si quis forsitan proficere dissimulat, et proficisci de virtute in virtutem; noverit quisquis hujusmodi est, in statione, non in processione se esse, imo vero et in regressione; quoniam in via vitae non progredi, regredi est, cum nihil adhuc in eodem statu permaneat. Porro profectus noster in eo consistit, ut saepius me dixisse memini, ut nunquam arbitremur nos apprehendisse, sed semper extendamur ad anteriora, incessanter conemur in melius; et imperfectum nostrum divinae misericordiae obtutibus jugiter exponamus.

2. Con razón ciertamente procedemos de dos en dos: pues así, por la recomendación de la caridad fraterna y de la vida social, los sagrados Evangelios atestiguan que los discípulos fueron enviados por el Salvador (Luc. 10, 1). Turba la procesión si alguno procura caminar solo: no solo se daña a sí mismo, sino que también es molesto para los demás. Estos son los que se segregan a sí mismos, animales, que no tienen el espíritu, ni se preocupan por guardar la unidad del espíritu en el vínculo de la paz. Ya pues, así como no es bueno que el hombre esté solo, así está prohibido aparecer vacío en presencia del Señor (Ex. 23, 15). Pues si se arguyen de ociosidad incluso aquellos a quienes nadie contrató (Mt. 20, 6): los que ya han sido contratados, si fueran hallados ociosos, ¿qué merecen? Porque la fe sin obras está muerta (Sant. 2, 26). Finalmente, nuestras mismas obras deben hacerse con fervor y en el deseo del corazón, para que sean lámparas ardientes en nuestras manos. De lo contrario, es de temer que tal vez comience a vomitarnos por tibios aquel que habla en el Evangelio, diciendo: "Fuego vine a traer a la tierra, ¿y qué quiero sino que arda?" (Luc. 12, 49). Este claramente es el fuego sagrado y bendito, que el Padre santificó y envió al mundo, y al cual se bendice en las iglesias, como está escrito: "En las iglesias bendecid a Dios el Señor" (Sal. 67, 27). Pues también tiene nuestro adversario, como perverso emulador de las obras divinas; tiene, digo, su fuego también él mismo, el fuego de la concupiscencia carnal; el fuego de la envidia y de la ambición, el cual el Salvador vino no a encender en nosotros, sino a extinguir. Finalmente, si alguno presumiera ofrecer este fuego extraño en el divino sacrificio, aunque tenga a Aarón por padre, morirá en su iniquidad.

3. Además, sobre estas cosas que se han dicho de la vida social y de la dilección fraterna, de las buenas obras y del fervor santo; la virtud de la humildad es máxima y sumamente necesaria, para que nos adelantemos unos a otros en el honor: y cada uno anteponga a sí mismo no solo a los mayores, sino también a los mismos menores: lo cual ciertamente es la perfección de la humildad y la plenitud de la justicia. Y puesto que Dios ama al dador alegre (2 Cor. 9, 7), y el fruto de la caridad es el gozo en el Espíritu Santo; cantemos, como se ha dicho, en los caminos del Señor, porque grande es la gloria del Señor (Sal. 137, 5): cantemos al Señor un cántico nuevo, porque ha hecho maravillas (Sal. 97, 1). En todas estas cosas, si alguno tal vez disimula progresar y marchar de virtud en virtud; sepa quienquiera que sea de este modo que está en una estación, no en una procesión, sino más bien incluso en regresión; puesto que en el camino de la vida no progresar es regresar, ya que nada permanece todavía en el mismo estado. Además, nuestro progreso consiste en esto —como recuerdo haber dicho más a menudo—: en que nunca pensemos que hemos aprehendido, sino que siempre nos extendamos a lo que está delante, esforzándonos incesantemente hacia lo mejor; y expongamos continuamente nuestra imperfección a la mirada de la divina misericordia.

Sermo III.

De puero, Maria et Joseph.

1. Purificationem beatae Mariae Virginis hodie celebramus, quae secundum legem Moysi facta est, transactis a Nativitate Domini quadraginta diebus. In lege enim scriptum erat, ut mulier quae suscepto semine peperisset filium, immunda esset septem diebus, et octava die circumcideretur puer: dehinc ablutioni et purificationi intenta, abstineret ab ingressu templi triginta tribus diebus: quibus expletis, offerret filium Domino cum muneribus (Lev. XII). Sed quis non advertat in ipso sententiae hujus initio, liberam omnino matrem Domini ab hoc praecepto? Putas enim quia dicturus Moyses mulierem, quae peperisset filium, immundam esse, non timuerit super per matre Domini blasphemiae crimen incurrere, et idcirco praemiserit, suscepto semine? Alioquin nisi parituram praevidisset sine semine Virginem, quae necessitas erat de suscepto semine fieri mentionem? Patet itaque quod lex ista matrem Domini non includit, quae non suscepto semine filium peperit, sicut praedictum erat per Jeremiam, quia novum faceret Dominus super terram. Quaeris quod novum? Mulier, inquit, circumdabit virum (Jerem. XXXI, 22). Non ab altero viro virum suscipiet, non humana lege concipiet hominem; sed intra viscera intacta et integra virum claudet: ita sane ut intrante et exeunte Domino, juxta alium prophetam, porta orientatis clausa jugiter perseveret (Ezech. XLIV, 2).

2. Putas ergo, non poterat moveri animus ejus, et dicere: Quid mihi opus purificatione? cur abstineam ab ingressu templi, cujus uterus nesciens virum, templum factus est Spiritus sancti? cur non ingrediar templum, quae peperi Dominum templi? Nihil in hoc conceptu, nihil in partu impurum fuit, nihil illicitum, nihil purgandum: nimirum cum proles ista fons puritatis sit, et purgationem venerit facere delictorum. Quid in me legalis purificet observatio, quae purissima facta sum ipso partu immaculato? Vere, o beata Virgo, vere non habes causam, nec tibi opus est purificatione. Sed nunquid filio tuo opus erat circumcisione? Esto inter mulieres tanquam una earum; nam et filius tuus sic est in numero puerorum. Circumcidi voluit, et non multo magis velit offerri? Offer filium tuum, Virgo sacrata, et benedictum fructum ventris tui Domino repraesenta. Offer ad nostram omnium reconciliationem hostiam sanctam, Deo placentem. Omnino acceptabit Deus Pater oblationem novam, et pretiosissimam hostiam, de qua ipse ait: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui (Matth. III, 17).

Sermón III.

Sobre el niño, María y José.

1. Celebramos hoy la Purificación de la bienaventurada Virgen María, la cual se hizo según la ley de Moisés, transcurridos cuarenta días desde la Natividad del Señor. Pues en la ley estaba escrito que la mujer que, habiendo recibido semilla, hubiera dado a luz un hijo, fuera inmunda siete días, y al octavo día fuera circuncidado el niño: de ahí en adelante, atenta a la ablución y purificación, se abstuviera de entrar en el templo treinta y tres días: cumplidos los cuales, ofreciera el hijo al Señor con ofrendas (Lev. 12). Pero ¿quién no advierte en el mismo inicio de esta sentencia que la madre del Señor está totalmente libre de este precepto? ¿Pues piensas que Moisés, al ir a decir que la mujer que hubiera dado a luz un hijo era inmunda, no temió incurrir en el crimen de blasfemia contra la madre del Señor, y por ello antepuso "habiendo recibido semilla"? De otro modo, a no ser que hubiera previsto que una Virgen daría a luz sin semilla, ¿qué necesidad había de que se hiciera mención de la semilla recibida? Queda claro, por tanto, que esta ley no incluye a la madre del Señor, que dio a luz un hijo sin haber recibido semilla, como había sido predicho por Jeremías, que "el Señor haría algo nuevo sobre la tierra". ¿Preguntas qué cosa nueva? "La mujer", dice, "rodeará al varón" (Jer. 31, 22). No recibirá de otro varón al varón, no concebirá al hombre por ley humana; sino que dentro de las entrañas intactas e íntegras encerrará al varón: de tal modo ciertamente que, entrando y saliendo el Señor, según otro profeta, la puerta del oriente persevere continuamente cerrada (Ez. 44, 2).

¿Piensas, por tanto, que no podía conmoverse su ánimo y decir: "¿Qué necesidad tengo yo de purificación? ¿por qué habré de abstenerme de entrar al templo, cuyo útero, sin conocer varón, ha sido hecho templo del Espíritu Santo? ¿por qué no habré de entrar en el templo yo, que he dado a luz al Señor del templo?" Nada en esta concepción, nada en el parto fue impuro, nada ilícito, nada que debiera ser purificado: ciertamente siendo esta prole fuente de pureza, y habiendo venido a hacer la purificación de los delitos. "¿Qué purificaría en mí la observación legal, que he sido hecha purísima por el mismo parto inmaculado?" Verdaderamente, oh bienaventurada Virgen, verdaderamente no tienes causa, ni tienes necesidad de purificación. ¿Acaso tu hijo tenía necesidad de circuncisión? Estate entre las mujeres como una de ellas; pues también tu hijo es así contado en el número de los niños. ¿Quiso ser circuncidado, y no querría mucho más ser ofrecido? Ofrece a tu hijo, Virgen sagrada, y representa al Señor el fruto bendito de tu vientre. Ofrece para la reconciliación de todos nosotros la hostia santa, agradable a Dios. El Dios Padre aceptará del todo la nueva oblación y la hostia preciosísima, de la cual Él mismo dice: "Este es mi Hijo amado, en quien me he complacido" (Mt. 3, 17).

Sed oblatio ista, fratres, satis delicata videtur, ubi tantum sistitur Domino, redimitur avibus, et illico reportatur. Veniet, quando non in templo offeretur, nec inter brachia Simeonis, sed extra civitatem inter brachia crucis. Veniet, quando non redimetur alieno, sed alios redimet sanguine proprio, quia redemptionem eum misit Deus Pater populo suo. Illud erit sacrificium vespertinum, istud est matutinum. Istud quidem jucundius, sed illud plenius. Istud enim tempore nativitatis, illud jam in plenitudine aetatis. De utroque tamen potes accipere quod propheta praedixit: Oblatus est, quia ipse voluit (Isai. LIII, 7). Nam et modo oblatus est, non quia opus habuit, non quia sub legis edicto fuit, sed quia ipse voluit; et in cruce nihilominus oblatus est, non quia meruit, non quia Judaeus potuit, sed quia ipse voluit. Voluntarie sacrificabo tibi, Domine, quia voluntarie oblatus es pro mea salute, non pro tua necessitate.

3. Sed quid. fratres, nos offerimus, aut quid retribuimus illi pro omnibus quae retribuit nobis? Ille pro nobis obtulit hostiam pretiosiorem quam habuit, nimirum qua pretiosior esse non potuit: et nos ergo faciamus quod possumus, optimum quod habemus offerentes illi, quod sumus utique nosmetipsi. Ille seipsum obtulit; tu quis es qui te ipsum offerre cuncteris? Quis mihi tribuat, ut oblationem meam dignetur majestas tanta suscipere? Duo minuta habeo, Domine, corpus et animam dico: utinam haec tibi perfecte possim in sacrificium laudis offerre! Bonum enim mihi, longeque gloriosius atque utilius est, ut tibi magis offerar, quam ut deserar mihiipsi. Nam ad meipsum anima mea conturbatur, in te vero exsultabit spiritus meus, si tibi veraciter offeratur. Fratres, morituro Domino Judaeus mortuas hostias offerebat; sed jam nunc: Vivo ego, dicit Dominus nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur et vivat (Ezech. XXXIII, 11). Non vult Dominus mortem meam; et non libenter offero illi vitam meam? Haec est enim hostia placabilis, Deo placens hostia, hostia viva. Sed in oblatione illa Domini tres fuisse leguntur; et in oblatione nostra tria nihilominus a Domino requiruntur. Fuit in oblatione illa Joseph sponsus matris Domini, cujus filius putabatur; fuit et ipsa Virgo mater, et puer Jesus qui offerebatur. Sit ergo et in oblatione nostra constantia virilis, sit continentia carnis, sit conscientia humilis. Sit, inquam, in proposito perseverandi animus virilis, sit in continentia castitas virginalis, sit in conscientia simplicitas et humilitas puerilis. Amen.

IN NATALI SANCTI VICTORIS CONFESSORIS.

SERMO I.

Pero esta oblación, hermanos, parece bastante delicada, donde solo se presenta al Señor, se redime con aves, y al punto es llevada de vuelta. Vendrá el tiempo en que no se ofrecerá en el templo, ni entre los brazos de Simeón, sino fuera de la ciudad entre los brazos de la cruz. Vendrá el tiempo en que no será redimido por sangre ajena, sino que redimirá a otros con su propia sangre, porque Dios Padre envió la redención a su pueblo. Aquel será el sacrificio vespertino, este es el matutino. Este ciertamente es más agradable, pero aquel más pleno. Pues este es en el tiempo de la natividad, aquel ya en la plenitud de la edad. De ambos, sin embargo, puedes tomar lo que el profeta predijo: "Fue ofrecido porque Él mismo quiso" (Is. 53, 7). Pues también ahora fue ofrecido, no porque tuvo necesidad, no porque estuvo bajo el edicto de la ley, sino porque Él mismo quiso; y en la cruz fue no obstante ofrecido, no porque lo mereció, no porque el judío pudo, sino porque Él mismo quiso. Voluntariamente te sacrificaré, Señor, porque voluntariamente fuiste ofrecido por mi salud, no por tu necesidad.

3. Pero ¿qué ofrecemos nosotros, hermanos, o qué le retribuimos por todo lo que Él nos ha retribuido? Él ofreció por nosotros una hostia más preciosa que lo que tenía, ciertamente más preciosa que la cual nada podía haber: y nosotros, por tanto, hagamos lo que podemos, ofreciéndole lo mejor que tenemos, que somos ciertamente nosotros mismos. Él se ofreció a sí mismo; ¿quién eres tú para dudar en ofrecerte a ti mismo? ¿Quién me concederá que tan gran majestad se digne recibir mi oblación? Dos blancas tengo, Señor, digo el cuerpo y el alma: ¡ojalá pudiera ofrecerte estas perfectamente en sacrificio de alabanza! Pues es bueno para mí, y mucho más glorioso y útil, que te sea ofrecido a ti más que el que sea dejado para mí mismo. Pues hacia mí mismo mi alma se conturba, pero en ti mi espíritu se regocijará, si se te ofrece verdaderamente. Hermanos, a un Señor que iba a morir el judío le ofrecía hostias muertas; pero ya ahora: "Vivo yo, dice el Señor, no quiero la muerte del pecador, sino más bien que se convierta y viva" (Ez. 33, 11). No quiere el Señor mi muerte; ¿y no le ofrezco de buena gana mi vida? Pues esta es una hostia aplacable, una hostia agradable a Dios, una hostia viva. Pero en aquella oblación del Señor se lee que hubo tres; y en nuestra oblación tres cosas son no obstante requeridas por el Señor. Estuvo en aquella oblación José, esposo de la madre del Señor, cuyo hijo era considerado; estuvo también la misma Virgen madre, y el niño Jesús que era ofrecido. Haya, pues, también en nuestra oblación constancia varonil, haya continencia de la carne, haya conciencia humilde. Haya, digo, en el propósito de perseverar un ánimo varonil, haya en la continencia castidad virginal, haya en la conciencia simplicidad y humildad infantil. Amén.

EN EL NATALICIO DE SAN VICTOR, CONFESOR.

SERMÓN I.

1. Victoris vita [alias, virtus] et gloria specialis non tam ad gloriam quam ad virtutem provocat omnes qui recto sunt corde. Non recti plane, sed perversi est animi, ante quaerere gloriam quam exercere virtutem, et velle coronari qui legitime non certaverit. Vanum est vobis, inquit, ante lucem surgere (Psal. CXXVI, 2). Ita est. Frustra ad celsitudinem nititur gloriae, qui prius non claruit virtute. Frustra fatuae virgines sponso obviam surgunt, quarum lampades exstinguuntur: et ideo fatuae, quia vacuis gloriantur lampadibus, virtutis oleum non habentes. Absit mihi gloriari nisi in gloria illorum, quibus Propheta congratulans ait: Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, et in nomine tuo exsultabunt tota die, et in justitia tua exaltabuntur. Et infert: Quoniam gloria virtutis eorum tu es (Psal. LXXXVIII, 16-18). Pulchre non eorum, sed virtutis eorum gloria commendatur. Quae enim sine virtute est gloria, profecto indebita venit, praepropere affectatur, periculose captatur. Virtus, gradus ad gloriam; virtus, mater gloriae est. Fallax gloria et vana est pulchritudo, quam illa non parturivit. Sola est, cui gloria jure debetur, et secure impenditur.

2. Sancto Victori nec virtus, nec gloria deest; sed quemadmodum ambae res, et quo ordine in homine processerunt, id operae pretium intueri. Pugnavit fortiter, viriliter superavit, et sic demum gloria et honore coronatur. Quomodo nempe inglorius remansisset bellator fortis, humilis victor? Quanquam nec in die virtutis suae sine gloria fuit, signis et prodigiis admirandus. Habemus, dilectissimi, in vita Victoris, et quod digne miremur, et quod salubriter imitemur. Miror vina dedisse in eremo, non vitem, sed fontem. Miror et stupco infantem adhuc in utero pavori fuisse pavendis daemoniis, quippe ab ipsis praecognitum, et jam tunc ex nomine designatum. Nec vacuum nomen, ubi hostium fuga et extorta confessione victoriam concessit infantulo. Quis item non miretur furem a daemone deprehensum, et rursum a daemone mox hominem liberatum? Quis non etiam omni admiratione stupendum ducat, carne circumdatum hominem, coelis patentibus, carnis oculos superno infigere lumini, et videre visiones Dei, angelico insuper mulceri cantico, doceri oraculo? Haec atque similia in sancto homine veneramur, non aemulamur. Merito quidem, quando et sine salutis periculo possunt non fieri, et sine salutis periculo nequeunt usurpari. Tutius sane aemulanda solidiora quam sublimiora; et quae magis virtutem redoleant, gloriam minus.

1. La vida [alias: virtud] y gloria especial de Víctor provoca no tanto a la gloria como a la virtud a todos los que son de recto corazón. No es de un ánimo recto, sino perverso, buscar la gloria antes que ejercitar la virtud, y querer ser coronado quien no haya luchado legítimamente. "Vano es para vosotros", dice, "levantaros antes de la luz" (Sal. 126, 2). Así es. En vano tiende a la altura de la gloria quien antes no brilló por la virtud. En vano las vírgenes fatuas se levantan al encuentro del esposo, cuyas lámparas se apagan: y por eso fatuas, porque se glorían en lámparas vacías, no teniendo el aceite de la virtud. Lejos de mí gloriarme sino en la gloria de aquellos a quienes el Profeta, felicitándolos, dice: "Señor, en la luz de tu rostro caminarán, y en tu nombre se regocijarán todo el día, y en tu justicia serán exaltados". Y añade: "Porque tú eres la gloria de su virtud" (Sal. 88, 16-18). Bellamente se encomienda la gloria no de ellos, sino de su virtud. Pues la gloria que es sin virtud, ciertamente viene indebidamente, se afecta precipitadamente, se captura peligrosamente. La virtud es el grado para la gloria; la virtud es la madre de la gloria. Falaz es la gloria y vana es la hermosura que ella no parió. Ella es la única a quien la gloria se debe por derecho, y se le otorga con seguridad.

2. Al santo Víctor no le falta ni virtud ni gloria; pero vale la pena observar de qué manera ambas cosas, y en qué orden, procedieron en el hombre. Luchó con valentía, superó varonilmente, y así finalmente es coronado con gloria y honor. ¿Cómo habría permanecido sin gloria un guerrero fuerte, un vencedor humilde? Aunque ni siquiera en el día de su virtud estuvo sin gloria, siendo admirable por señales y prodigios. Tenemos, queridísimos, en la vida de Víctor, tanto lo que debemos admirar dignamente como lo que debemos imitar saludablemente. Me admiro de que diera vinos en el desierto, no de una vid, sino de una fuente. Me admiro y me asombro de que un niño aún en el útero fuera motivo de pavor para los demonios temibles, pues fue preconocido por ellos y ya entonces designado por su nombre. Ni fue vacío el nombre, donde la huida de los enemigos y la confesión arrancada otorgaron la victoria al pequeño. ¿Quién, asimismo, no se admiraría de un ladrón atrapado por un demonio, y de nuevo un hombre pronto liberado por un demonio? ¿Quién no consideraría también estupendo con toda admiración que un hombre rodeado de carne, con los cielos abiertos, fije los ojos de la carne en la luz suprema, y vea visiones de Dios, y sea además acariciado por el canto angélico, enseñado por el oráculo? Estas cosas y otras semejantes las veneramos en el santo hombre, no las emulamos. Con razón, ciertamente, cuando tanto pueden no hacerse sin peligro para la salvación, como no pueden usurparse sin peligro para la salvación. Más seguro es ciertamente emular lo más sólido que lo más sublime; y lo que huela más a virtud y menos a gloria.

3. Studeamus proinde moribus conformari, cui in mirabilibus similari, etsi volumus, non valeamus. Aemulemur in viro sobrium victum, devotum affectum; aemulemur mansuetudinem spiritus, castimoniam corporis, oris custodiam, animi puritatem; ponere frenum irae et modum linguae, dormire parcius, orare frequentius, commonere nosmetipsos psalmis, hymnis et canticis spiritualibus; diebus jungere noctes et divinis laudibus occupare. Aemulemur charismata meliora. Discamus ab ipso quod mitis et humilis corde fuit. Aemulemur, inquam, quod exstitit liberalis in pauperes, jucundus ad hospites, patiens ad peccantes, benignus ad omnes. Hoc enim melius. In his forma est cui imprimamur, in miraculis gloria a qua reprimamur. Illa laetificent, ista aedificent; moveant illa, ista promoveant. Epulemur, dilectissimi, ad mensam divitis vocati, mensam abundantem panibus, deliciis cumulatam. Annon dives qui exemplis nos reficit, protegit meritis, laetificat signis? Dives plane, in cujus hodie convivio solemni angeli et homines pariter congregantur: hi ut reficiantur, illi ut delicientur; isti ut proficiant, illi ut gaudeant. Cujus vita repleta bonis, quid nisi mensa referta cibis? Nec tamen omnibus omnia apponuntur, sed ut tollat quisque quod sibi expedire et convenire videbit.

4. Et ego quidem consilio salubriori diligenter considero quae mihi apponuntur. Cautum est mihi eligere mea, et aliena non tangere. Non extendam manum ad gloriam miraculorum, ne si attentavero quod desuper non accepi, perdam merito et quod videor accepisse. Non levo cum illo oculos ad rimanda secreta coelestia, ne oppressus a gloria confusus resiliam, sero confugiens ad consilium Sapientis, qui ait: Altiora te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris (Eccli. III, 22). Infertur mensis vinum novum aquarum rubentium; non tango, quia non mihi appositum scio, qui similiter elementa mutare, naturas innovare non valeo. Cerno item in mensa Victoris angelos illum audisse canentes. Nunquid videbo et ego mihi supernos exhiberi cantores: aut certe citharoedos illos de Apocalypsi coram me citharizare in citharis suis? (Apoc. XIV, 2.) Imperat ille daemonibus adhuc in corpore vivens, vinctum in corpore solvit corpore jam solutus. Cibi sunt, sed non mei; equidem jucundi et sapidi, sed non tangit illos anima mea, quoniam non est inopi mihi, unde sufficiam talia redhibere. At si diligenter considero, ecce prae oculis in mensa sancti, censura judicii, disciplinae vigor, sanctitatis speculum, vitae forma, virtutis insigne. Haec a me et absque praesumptione sumuntur, et salubriter insumuntur: et si dissimulo, districte reposcuntur.

3. Estudiemos, por tanto, conformarnos a sus costumbres, ya que en sus maravillas, aunque quisiéramos, no podríamos igualarlo. Emulemos en el hombre el sustento sobrio, el afecto devoto; emulemos la mansedumbre del espíritu, la castidad del cuerpo, la custodia de la boca, la pureza del ánimo; poner freno a la ira y medida a la lengua, dormir más poco, orar más frecuentemente, amonestarnos a nosotros mismos con salmos, himnos y cánticos espirituales; unir las noches a los días y ocuparnos en las alabanzas divinas. Emulemos los mejores carismas. Aprendamos de él que fue manso y humilde de corazón. Emulemos, digo, que resultó liberal con los pobres, agradable con los huéspedes, paciente con los pecadores, benigno con todos. Esto es, en efecto, mejor. En esto está la forma a la que debemos amoldarnos; en los milagros, la gloria de la que debemos retraernos. Que aquellas cosas alegren, que estas edifiquen; que aquellas muevan, que estas promuevan. Celebremos el banquete, queridísimos, llamados a la mesa del rico, mesa abundante en panes, colmada de delicias. ¿Acaso no es rico quien nos repara con ejemplos, nos protege con méritos, nos alegra con señales? Rico plenamente, en cuyo convite solemne hoy se congregan por igual ángeles y hombres: estos para ser reparados, aquellos para ser deleitados; estos para progresar, aquellos para gozar. Su vida llena de bienes, ¿qué es sino una mesa repleta de manjares? Sin embargo, no a todos se les sirve todo, sino que cada uno tome lo que vea que le conviene y le es propio.

4. Y yo ciertamente, con consejo más saludable, considero diligentemente lo que se me sirve. Me es cauteloso elegir lo mío y no tocar lo ajeno. No extenderé la mano a la gloria de los milagros, no sea que si intento lo que no recibí de arriba, pierda con razón incluso lo que parece que recibí. No levanto con él los ojos para escudriñar los secretos celestiales, no sea que oprimido por la gloria retroceda confuso, acudiendo tarde al consejo del Sabio, que dice: No busques cosas más altas que tú, ni escudriñes lo que es más fuerte que tú (Ecli. 3, 22). Se sirve a la mesa vino nuevo de aguas enrojecidas; no lo toco, porque sé que no me ha sido servido a mí, que de igual modo no valgo para cambiar los elementos ni innovar las naturalezas. Veo asimismo en la mesa de Víctor que los ángeles le cantaron. ¿Acaso veré yo también que se me presentan cantores celestiales: o ciertamente aquellos citaristas del Apocalipsis tocar las cítaras ante mí con sus cítaras? (Apoc. 14, 2.) Él manda a los demonios viviendo aún en el cuerpo; desata al que está atado en el cuerpo, estando él ya desatado del cuerpo. Son alimentos, pero no míos; por cierto agradables y sabrosos, pero mi alma no los toca, puesto que no tengo yo, pobre, de donde suficiencia para devolver tales cosas. Pero si considero diligentemente, he aquí ante mis ojos en la mesa del santo, la censura del juicio, el vigor de la disciplina, el espejo de la santidad, la forma de vida, la insignia de la virtud. Estas cosas son tomadas por mí y sin presunción, y se consumen saludablemente: y si las disimulo, se me reclaman estrictamente.

5. Audi adhuc quaenam mihi jure apposita putem. Si panem doloris et vinum compunctionis de divitis mensa obtuleris, tollo securus qui sum pauper et inops. Erunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte (Psal. XLI, 4), et poculum meum cum fletu miscebo (Psal. CI, 10). Pars mea haec, qui dolenda commisi. Nec me tamen pigebit, ut aestimo, cibi hujus; quoniam qui apposuit scientiam, addidit et dolorem. Sed et si temperantiae, si justitiae, si prudentiae vel fortitudinis exempla appareant, ea incunctanter sumo, sciens quia talia oportet me praeparare. Haec mihi apponi, haec a me repetitum iri non dubito. Nunquid signa et prodigia exigenda a nobis sunt, ut ea diviti vicissim praeparemus? Fratres, vasa sunt in honorem illi qui nos invitavit, non cibi pauperum. Tu ergo qui invitatus es, dilgenter considera quid tibi ille, quid sibimet apposuerit. Non enim quidquid in mensa apponitur, tibi apponitur. Quid si in poculo aureo fuerit propinatum? non poculum tibi, sed potus apponitur: sume potum et pone aurum. Ergo exempla bonorum operum et rectitudinem morum paterfamilias communicat ita domesticis, ut praerogativam sibi retineat in miraculis. In his tamen atque illis ille glorificandus est, cujus est munus sancte vivere, cujus virtus signa facere, qui in Trinitate perfecta vivit et regnat Deus in saecula saeculorum. Amen.

SERMO II.

1. Gaudete in Domino, dilectissimi, qui inter continua suae pietatis beneficia indulsit hominem mundo, cujus multi salvarentur exemplo. Iterum dico, gaudete, quod factus de medio appropiavit Deo, ut multo plures ejus intercessione salventur. Habet ex hominibus, cui hominum peccata donet misericors et miserator Dominus: habet tempus et locum intercedendi pius et misericors advocatus; equidem locum quietum et tempus feriatum. In terris visus est, ut esset exemplo; in coelum levatus est, ut sit patrocinio. Hic informat ad vitam, illic invitat ad gloriam. Factus est mediator ad regnum, qui fuit incitator ad opus. Bonus mediator, qui sibi jam postulans nihil, totum in nos transferre desiderat et supplicantis affectum et supplicationis fructum. Quid enim quaerat sibi, qui nullius eget? Dominus conservat eum, et vivificat eum, et beatum facit eum in gloria: nihil illi deerit in loco pascuae collocato. Haec dies gloriosae migrationis ejus, dies laetitiae cordis ejus; exsultemus et laetemur in ea. Introivit in potentias Domini; gaudeamus, quia nunc potentior est ad salvandum.

5. Escucha todavía qué cosas considero que me han sido servidas con razón. Si ofrecieras el pan del dolor y el vino de la compunción de la mesa del rico, los tomo seguro, yo que soy pobre e indigente. Serán para mí mis lágrimas mis panes día y noche (Sal. 41, 4), y mi copa mezclaré con el llanto (Sal. 101, 10). Esta es mi parte, yo que cometí cosas dolorosas. Sin embargo, no me pesará, según estimo, este alimento; puesto que quien añadió conocimiento, añadió también dolor. Pero si aparecen ejemplos de templanza, de justicia, de prudencia o de fortaleza, los tomo sin vacilar, sabiendo que conviene que yo prepare tales cosas. No dudo que estas cosas se me sirven, y que estas cosas me serán reclamadas. ¿Acaso se han de exigir de nosotros señales y prodigios, para que se los preparemos a nuestra vez al rico? Hermanos, son vasos de honor para aquel que nos invitó, no alimentos de pobres. Tú, pues, que has sido invitado, considera diligentemente qué te ha servido él a ti, y qué para sí mismo. Pues no todo lo que se pone en la mesa se te pone a ti. ¿Qué si se hubiera propinado en una copa de oro? No se te pone la copa, sino la bebida: toma la bebida y deja el oro. Por tanto, el padre de familia comunica los ejemplos de las buenas obras y la rectitud de las costumbres a los de su casa, de tal modo que retiene para sí la prerrogativa en los milagros. Sin embargo, en estas y en aquellas cosas él ha de ser glorificado, de quien es don el vivir santamente, de quien es virtud el hacer señales; quien vive y reina en Trinidad perfecta, Dios por los siglos de los siglos. Amén.

SERMÓN II.

1. Alegraos en el Señor, queridísimos, quien entre los continuos beneficios de su piedad concedió un hombre al mundo, por cuyo ejemplo muchos se salvaran. Otra vez digo: alegraos, porque habiendo salido de en medio de nosotros se acercó a Dios, para que muchos más se salven por su intercesión. Tiene entre los hombres a quien perdonar los pecados de los hombres el Señor misericordioso y clemente: tiene tiempo y lugar de interceder el piadoso y misericordioso abogado; ciertamente un lugar tranquilo y un tiempo sosegado. En la tierra fue visto para ser ejemplo; al cielo fue elevado para ser patrocinio. Aquí informa para la vida, allí invita para la gloria. Se hizo mediador para el reino quien fue incitador para la obra. Buen mediador, que no pidiendo ya nada para sí, desea transferir todo a nosotros: tanto el afecto del suplicante como el fruto de la súplica. Pues, ¿qué ha de buscar para sí quien de nada carece? El Señor lo conserva, y lo vivifica, y lo hace bienaventurado en la gloria: nada le faltará colocado en lugar de pastos. Este es el día de su gloriosa migración, día de alegría de su corazón; exultemos y alegrémonos en él. Entró en las potencias del Señor; alegrémonos, porque ahora es más potente para salvar.

2. Hodie Victor posito corpore, quo solo praepediri ab introitu gloriae videbatur, tanto alacrior, quanto expeditior, penetravit in sancta, similis factus in gloria sanctorum. Hodie de novissimo et humili loco, quem sibi ex consilio Salvatoris elegerat, ipso summo patrefamilias evocante, verus amicus ascendit superius, et est illi gloria coram simul discumbentibus. Hodie despecto mundo, et mundi principe triumphato, supra mundum vere Victor ascendit, accipiens de manu Domini coronam victoriae. Ascendit autem cum immensa supellectili meritorum, clarus triumphis, miraculis gloriosus. Pausat miles emeritus, et post labores sudoresque sacrae peractae militiae locatur feliciter, coronatur sublimiter. Anima ejus in bonis demorabitur. Quaeris ubi? Cum Abraham, Isaac et Jacob in regno coelorum. Ita cum talibus et tali in loco sibi sedet; sedet excelsa et fulgida, sedet laetabunda et laudans; sedet delicata et ornata monilibus suis, stipata malis, fulcita floribus; sedet, inquam, sibi, vacua curis, deliciis affluens, abundans otii et quietis ad vacandum sapientiae. Quae sedit et flevit super flumina Babylonis, sedet modo ad fontem vitae, et conversatio illi secus torrentem voluptatis, cujus impetus laetificat civitatem Dei. Invenit sibi fontem hortorum, puteum aquarum viventium, et cum Samaritana potatur aqua sapientiae salutaris, ut non sitiat in aeternum. Datur illi de fructu manuum suarum, et laudant eam in portis opera ejus, et gloriatur testimonio conscientiae; conscientiae dico suae, non alterius. Sedet media angelorum, digna plane eorum consortio, quorum desiderio flagrat, puritate nitet, castimonia decoratur. Sedet inter apostolos vir apostolicae gratiae; nec est quod se abscondat a cuneo prophetarum, qui quem illi praedixerunt, glorificavit et portavit in corpore suo. Neque se putat a victoriosis martyrum choris Victor noster arcendum, qui duro et diuturno martyrio viventem sui corporis hostiam immolavit.

3. Sedet veteranus miles, debita jam suavitate et securitate quietus; securus quidem sibi, sed nostri sollicitus. Non enim cum putredine carni simul se exuit visceribus pietatis; nec sibi sic induit stolam gloriae, ut nostrae pariter miseriae, suaeque ipsius misericordiae oblivionem indueret. Non est terra oblivionis, quam anima Victoris inhabitat; non terra laboris, ut occupetur in ea; non denique terra, sed coelum est. Nunquid coelestis habitatio animas quas admittit indurat, aut memoria privat, aut spoliat pietate?

2. Hoy Víctor, habiendo dejado el cuerpo, por el cual solo parecía impedido de entrar en la gloria, tanto más ágil cuanto más ligero, penetró en el santuario, hecho semejante en la gloria de los santos. Hoy, del último y humilde lugar que se había elegido por consejo del Salvador, llamándolo el mismo sumo padre de familia, el verdadero amigo subió a lo más alto, y tiene gloria ante los que están sentados a la mesa con él. Hoy, despreciado el mundo y triunfado el príncipe del mundo, verdaderamente como Víctor subió por encima del mundo, recibiendo de la mano del Señor la corona de la victoria. Subió, además, con un inmenso ajuar de méritos, preclaro por sus triunfos, glorioso por sus milagros. Descansa el soldado veterano, y tras los trabajos y sudores de la sagrada milicia cumplida, es colocado felizmente, es coronado sublimemente. Su alma morará en los bienes. ¿Preguntas dónde? Con Abraham, Isaac y Jacob en el reino de los cielos. Así, con tales compañeros y en tal lugar, se sienta; se sienta excelsa y fúlgida, se sienta gozosa y alabando; se sienta delicada y adornada con sus collares, rodeada de manzanas, sostenida por flores; se sienta, digo, para sí, libre de preocupaciones, fluyendo en delicias, abundante en ocio y quietud para ocuparse de la sabiduría. La que se sentó y lloró sobre los ríos de Babilonia, se sienta ahora junto a la fuente de la vida, y su conversación es junto al torrente del placer, cuyo ímpetu alegra la ciudad de Dios. Encontró para sí la fuente de los huertos, el pozo de las aguas vivas, y con la Samaritana bebe el agua de la sabiduría saludable, para no tener sed eternamente. Se le da del fruto de sus manos, y la alaban en las puertas sus obras, y se gloria en el testimonio de su conciencia; digo de su conciencia, no de la de otro. Se sienta en medio de los ángeles, digna plenamente de su consorcio, por cuyo deseo arde, por cuya pureza resplandece, por cuya castidad se adorna. Se sienta entre los apóstoles como hombre de gracia apostólica; ni hay por qué se esconda del coro de los profetas, pues glorificó y llevó en su cuerpo a aquel a quien ellos predijeron. Ni piensa nuestro Víctor que debe ser excluido de los victoriosos coros de los mártires, él que por un duro y dilatado martirio inmoló la víctima viva de su cuerpo.

3. Se sienta el veterano soldado, ya quieto con debida suavidad y seguridad; seguro ciertamente para sí, pero solícito por nosotros. Pues no al despojarse de la carne junto con la podredumbre se despojó de las entrañas de la piedad; ni se vistió de tal modo la estola de la gloria que se vistiera también del olvido de nuestra miseria y de su propia misericordia. No es tierra de olvido la que habita el alma de Víctor; no tierra de trabajo, para estar ocupado en ella; no es tierra, en fin, sino cielo. ¿Acaso la habitación celestial endurece a las almas que admite, o las priva de la memoria, o las despoja de la piedad?

Fratres, latitudo coeli dilatat corda, non arctat; exhilarat mentes, non alienat; affectiones non contrahit, sed extendit. In lumine Dei serenatur memoria, non obscuratur; in lumine Dei discitur quod nescitur, non quod scitur dediscitur. Superni spiritus illi, qui ab initio coelos inhabitant, nunquid quia incolunt coelos, despiciunt terras, et non magis eas visitant et frequentant? Nunquid quod semper vident faciem Patris, ministerium evacuat pietatis? Omnes nihilominus administratorii spiritus sunt, missi in ministerium propter eos qui haereditatem capiunt salutis (Hebr. I, 14). Quid ergo? discurrunt angeli, et succurrunt hominibus; et qui ex nobis sunt, nesciunt nos, nec norunt jam compati, in quibus passi sunt et ipsi? qui dolores nesciunt, sentiunt tamen nostros; et qui venerunt de magna tribulatione, non recognoscunt jam in quo fuerunt? Scio qui dixit: Me exspectant justi, donec retribuas mihi (Psal. CXLI, 8). Justus est Victor, etiam exspectans nostram procul dubio retributionem. Non est ille pincerna Pharaonis, qui inventam gratiam retinuit sibi, prophetae sui pariter et captivi minime recordatus (Gen. XL). Minister Christi est, Christum sequitur. Non est ille oblitus suae promissionis, nec socio passionis regni consortium denegavit. Non est discipulus contra magistrum; non potest Victor quidquam facere, nisi quod viderit magistrum facientem. Opera quae ille fecit, et iste fecit similiter.

4. Jam coelos ingressus, quos et ante apertos beatis oculis suspiciebat, vere nunc revelata facie speculatur gloriam Dei, absorptus quidem, sed non oblitus clamorem pauperum. Beata visio, qua in eamdem imaginem transformatur de claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu. Parvulus ad pugnam, magnus ad victoriam, matris viscera necdum exiens, et jam ejiciens daemonia, cum incremento virtutum ac meritorum Victor vivens inter peccatores translatus est. O virum praecipuae sanctitatis! qui ante sanctus quam natus, ante opere quam nomine Victor. Adhuc utero clausus jam de hoste triumphavit. O venerandam etiam ipsis angelis sanctitatem! quam pari studio, etsi dispari voluntate, et mali fugitant et frequentant boni. Nec facile dixerim quid virum astruat sanctiorem, horum favor, aut pavor illorum. Corpore denique terras, mente coelos inhabitans, aliquando familiarius aliquid nuntiantes, aliquando ineffabili cantus suavitate plausibiles supernorum voces spirituum audiebat. Vere anima tua, Victor, una ex gemmis, quae tibi in cruce apparuerunt. Vere infixa cruci, cum divinae inserta gloriae, eamdem sibi claritatis imaginem induit, quam invenit.

Hermanos, la amplitud del cielo dilata los corazones, no los estrecha; alegra las mentes, no las enajena; no contrae los afectos, sino que los extiende. En la luz de Dios se serena la memoria, no se oscurece; en la luz de Dios se aprende lo que se ignora, no se desaprende lo que se sabe. Aquellos espíritus celestiales que desde el principio habitan los cielos, ¿acaso porque moran en los cielos desprecian la tierra, y no más bien la visitan y frecuentan? ¿Acaso el hecho de que vean siempre el rostro del Padre anula el ministerio de la piedad? Todos ellos son, no obstante, espíritus administradores, enviados para servicio en favor de los que han de heredar la salvación (Heb. 1, 14). ¿Qué pues? Los ángeles discurren y socorren a los hombres; ¿y los que son de los nuestros no nos conocen, ni saben ya compadecerse, habiendo padecido ellos mismos? ¿Los que no conocen dolores sienten sin embargo los nuestros; y los que vinieron de la gran tribulación no reconocen ya el lugar en que estuvieron? Sé quién dijo: Los justos me esperan hasta que me recompenses (Sal. 141, 8). Justo es Víctor, esperando también sin duda nuestra recompensa. No es él el copero de Faraón, que retuvo para sí la gracia encontrada, olvidándose por completo de su profeta y cautivo (Gén. 40). Es ministro de Cristo, sigue a Cristo. No se ha olvidado de su promesa, ni negó al socio de su pasión el consorcio del reino. No es el discípulo superior al maestro; no puede Víctor hacer nada sino lo que viere hacer al maestro. Las obras que aquel hizo, también este las hizo de igual modo.

4. Habiendo entrado ya en los cielos, los cuales ya antes contemplaba con sus ojos bienaventurados cuando estaban abiertos, ahora verdaderamente con el rostro revelado contempla la gloria de Dios, absorbido ciertamente, pero no olvidado del clamor de los pobres. Bienaventurada visión, por la cual se transforma en la misma imagen de claridad en claridad, como por el Espíritu del Señor. Pequeño para la lucha, grande para la victoria, sin haber salido aún de las entrañas de su madre, y ya expulsando demonios, con incremento de virtudes y méritos, Víctor fue trasladado viviendo entre pecadores. ¡Oh hombre de piedad excepcional!, que fue santo antes de nacer, y Víctor antes por la obra que por el nombre. Aún encerrado en el útero, ya triunfó del enemigo. ¡Oh santidad venerable incluso para los mismos ángeles!, la cual con igual empeño, aunque con distinta voluntad, los malos evitan y los buenos frecuentan. No sabría decir fácilmente qué prueba que el hombre sea más santo, si el favor de estos o el pavor de aquellos. Habitando, en fin, las tierras con el cuerpo y los cielos con la mente, escuchaba a veces a los espíritus celestiales que le anunciaban algo familiarmente, a veces con inefable suavidad de canto resultando plausibles sus voces. Verdaderamente tu alma, Víctor, es una de las gemas que se te aparecieron en la cruz. Verdaderamente fija en la cruz, al estar inserta en la gloria divina, se vistió de la misma imagen de claridad que encontró.

Vincenti expandit gremium suum, qui pugnanti dederat spiritum suum. O victrix anima, quae sicut passer transvolans, mundi laqueos evasisti! respice ad incautas animas intricatas illis, periclitantes in illis, ut tuo patrocinio eruamur.

5. O miles emerite, qui Christianae militiae duris laboribus angelicae felicitatis requiem commutasti! respice ad imbelles et imbecilles commilitones tuos, qui inter hostiles gladios et spirituales nequitias tuis laudibus occupamur. O Victor inclyte, qui et de terra, et de coelo gloriosissime triumphasti, illius gloriam nobiliter superbus despiciens, et hujus regna pie violentus diripiens! respice de coelo ad vinctos terrae, ut haec sit tuorum consummatio triumphorum, si et nobis demum vicisse te sentiamus. Nam si ex re nomen tibi, perfecta veritas nominis ex nostra liberatione censebitur. Et certe deest interpretationi, quandiu nos, qui tui sumus, minime liberamur. Quam pium, quam dulce, quam suave, o Victor, in hoc loco afflictionis et in hoc corpore mortis te canere, te colere, te precari! Nomen tuum et memoriale tuum favus distillans in labiis captivorum; mel et lac sub lingua eorum, qui tui memoria delectantur. Eia ergo fortis athleta, dulcis patrone, advocate fidelis, exsurge in adjutorium nobis, ut et nos de nostra ereptione gaudeamus, et tu de plena victoria glorieris. O omnipotens Pater, peccavimus tibi facti filii alieni; sed appropiavimus in Victore, qui dum vicit cupiditatem suam, vincat et iram tuam, nos quoque in gratiam potenter restituat. O victor Jesu, te in nostro Victore laudamus, quia te in illo vicisse cognoscimus. Da ei, piissime Jesu, sic de sua in te victoria gloriari, ut non subeat oblivio nostri. Fili Dei, immitte ei nostri semper in conspectu tu memorem esse, nostram in tuo tremendo judicio suscipere et agere causam, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

IN NATALI SANCTI BENEDICTI ABBATIS. SERMO.

1. Convenientibus vobis in unum ad audiendum verbum salutis, magnus mihi timor est, fratres mei, ne quis forte minus digne illud recipiat, et non sicut recipiendum est verbum Dei. Scio enim terram, quae saepius supervenientem in se receperit imbrem, si fructum non fecerit, reprobam fore, et proximam maledicto (Hebr. VI, 7, 8). Et ego utique, si possem, benedictiones vobis dare mallem, et non maledictiones. Imo vero ipsam benedictionem coelestis utique Patris nostri, non meam (quam tamen ipso quidem dignante accipitis per os meum) opto vobis benedictionem manere semper, nec in maledictionem posse mutari.

Al vencedor le abrió su regazo quien al luchador le había dado su espíritu. ¡Oh alma vencedora, que como un gorrión que vuela a través, escapaste de los lazos del mundo!, mira a las almas incautas intrincadas en ellos, peligrando en ellos, para que por tu patrocinio seamos librados.

5. ¡Oh soldado veterano, que cambiaste los duros trabajos de la milicia cristiana por el descanso de la felicidad angélica!, mira a tus compañeros de milicia, cobardes y débiles, que entre espadas hostiles y maldades espirituales nos ocupamos en tus alabanzas. ¡Oh Víctor ínclito, que tanto de la tierra como del cielo triunfaste gloriosísimamente, despreciando noblemente soberbio la gloria de aquella y arrebatando piadosamente violento los reinos de este!, mira desde el cielo a los encadenados de la tierra, para que esta sea la consumación de tus triunfos: si finalmente sentimos que tú has vencido por nosotros. Pues si tu nombre viene de la realidad, la perfecta verdad del nombre se juzgará por nuestra liberación. Y ciertamente falta algo a la interpretación, mientras nosotros, que somos tuyos, no seamos librados. ¡Cuán piadoso, cuán dulce, cuán suave es, oh Víctor, en este lugar de aflicción y en este cuerpo de muerte cantarte, darte culto, rogarte! Tu nombre y tu memoria son un panal que destila en los labios de los cautivos; miel y leche bajo la lengua de aquellos que se deleitan con tu memoria. ¡Ea, pues, fuerte atleta, dulce patrono, abogado fiel, levántate en nuestra ayuda!, para que nosotros también nos gocemos por nuestra liberación, y tú te gloríes por la plena victoria. Oh Padre omnipotente, hemos pecado contra ti hechos hijos ajenos; pero nos hemos acercado en Víctor, quien mientras venció su propia concupiscencia, venza también tu ira, y a nosotros también nos restituya poderosamente a la gracia. Oh Jesús vencedor, te alabamos en nuestro Víctor, porque reconocemos que tú has vencido en él. Concédele, piadosísimo Jesús, gloriarse de tal modo de su victoria en ti, que no caiga en el olvido de nosotros. Hijo de Dios, infúndele que sea siempre ante tu vista consciente de nosotros, que en tu tremendo juicio asuma y defienda nuestra causa, tú que con el Padre y el Espíritu Santo vives y reinas, Dios por todos los siglos de los siglos. Amén.

EN EL NATALICIO DE SAN BENITO ABAD. SERMÓN.

1. Congregados vosotros en uno para oír la palabra de salvación, tengo un gran temor, hermanos míos, no sea que alguno la reciba menos dignamente, y no como debe recibirse la palabra de Dios. Sé, en efecto, que la tierra que recibe frecuentemente la lluvia que cae sobre ella, si no diera fruto, será reprobada y estará cercana a la maldición (Heb. 6, 7, 8). Y yo ciertamente, si pudiera, preferiría daros bendiciones y no maldiciones. Más aún, deseo que la misma bendición de nuestro Padre celestial, no la mía (la cual, sin embargo, aceptáis por mi boca, dignándose él mismo), permanezca siempre en vosotros, y no pueda cambiarse en maldición.

2. Celebramus hodie magistri nostri gloriosi Benedicti natale: pro eo vobis et de eo solemnis ex more sermo debetur. Cujus dulcissimum nomen, cum omni vobis jucunditate amplectendum est et honorandum; quoniam ipse dux noster, ipse magister et legifer noster est. Delector quidem et ego in ipsius memoria, licet non meo sine rubore beati hujus patris nomen audeam memorare. Est enim mihi de ipsius imitatione vobiscum saeculi abrenuntiatio, et monasticae professio disciplinae; sed singulariter sine vobis cum eo participo nomen abbatis. Abbas fuit, et ego. O abbas, et abbas! Nomen unum, sed in altero sola magni nominis umbra. Ministerium unum, sed heu me! quam dissimiles ministri, quantum ministratio ipsa dissimilis! Vae mihi, si tam longe a te fuero, o beate Benedicte, in futuro, quam a tuae vestigiis sanctitatis longe esse reperior in praesenti. Sed non mihi haec apud vos perorare necesse est. Scio quod scientibus me loquar: tantum peto, ut pudorem hunc, et hunc timorem meum fraterna compassione levetis.

3. Quando tamen omnino dispensatio mihi credita est, etsi non habeo apud me quod vobis apponam, quaeram a beato Benedicto tres panes, quibus vos pascam. Reficiat vos sanctitas ejus, justitia ejus, pietas ejus. Recolite, dilectissimi, quod non omnes qui in processione Domini fuerunt, sua illi prostraverint vestimenta. In illa, inquam, processione, quam annuente Domino in proximo sumus celebraturi, quando venienti Domino ad passionem, et sedenti super asellum populi occurrerunt, non omnes vestimenta sua prosternebant in via, sed caedebant aliqui ramos de arboribus (Matth. XXI, 1-9). Non erat hoc magnum, quod gratis acceperant, gratis dabant. Verumtamen ne ipsi quidem penitus otiosi fuerunt, sed nec a processione leguntur exclusi. Fratres mei, pium Christi jumentum, qui cum Propheta dicere potestis, Ut jumentum factus sum apud te, et ego semper tecum (Psal. LXXII, 23); vos quibus insidet Christus, quoniam, anima justi sedes est sapientiae; et Apostolus praedicat Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam (I Cor. I, 24): si non habeo vestes quas pedibus vestris prosternam, tentabo vel ramos caedere de arboribus, ut tantae processioni vel parum aliquid non desit ministerii mei.

4. Arbor fuit beatus Benedictus, grandis atque fructifera, tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum (Psal. I, 3). Ubi sunt decursus aquarum? Profecto in vallibus; quia inter medium montium pertransibunt aquae. Quis enim non videat etiam torrentes montium ardua declinare, et mediam ad humilitatem semper devertere vallis? Sic profecto, sic Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam (Jacobi IV, 6). Securus hic fige pedem, quicunque es jumentum Christi, super hunc ramum innitere, semitam vallis incede.

2. Celebramos hoy el natalicio de nuestro glorioso maestro Benito: por él y sobre él se os debe el sermón solemne según la costumbre. Su dulcísimo nombre ha de ser acogido y honrado por vosotros con todo júbilo; puesto que él es nuestro guía, nuestro maestro y nuestro legislador. Me deleito ciertamente también yo en su memoria, aunque no sin rubor mío me atreva a mencionar el nombre de este bienaventurado padre. Pues tengo en común con vosotros, por su imitación, la renuncia al siglo y la profesión de la disciplina monástica; pero singularmente, sin vosotros, participo con él del nombre de abad. Abad fue él, y yo también. ¡Oh abad, y abad! Un solo nombre, pero en el otro solo la sombra de un gran nombre. Un solo ministerio, pero ¡ay de mí!, ¡cuán disímiles ministros, cuánto la misma administración disímil! ¡Ay de mí si tan lejos estuviere de ti, oh bienaventurado Benito, en el futuro, como de las huellas de tu santidad me hallo lejos en el presente! Pero no es necesario que yo perore estas cosas ante vosotros. Sé que hablo a quienes me conocen: solo pido que este pudor, y este mi temor, lo aliviéis con fraterna compasión.

3. Sin embargo, puesto que se me ha confiado enteramente la dispensación, aunque no tengo conmigo qué serviros, pediré a san Benito tres panes con que alimentaros. Que os reparen su santidad, su justicia, su piedad. Recordad, queridísimos, que no todos los que estuvieron en la procesión del Señor extendieron ante él sus vestidos. En aquella procesión, digo, que por la anuencia del Señor estamos próximos a celebrar, cuando al Señor que venía a la pasión y se sentaba sobre un asnillo salieron al encuentro las gentes, no todos extendían sus vestidos en el camino, sino que algunos cortaban ramas de los árboles (Mat. 21, 1-9). No era esto gran cosa: lo que gratis habían recibido, gratis lo daban. No obstante, ni siquiera ellos mismos estuvieron del todo ociosos, ni se lee que fueran excluidos de la procesión. Hermanos míos, piadoso jumento de Cristo, que con el Profeta podéis decir: Como un jumento me he vuelto ante ti, y yo siempre contigo (Sal. 72, 23); vosotros en quienes se sienta Cristo, puesto que el alma del justo es sede de la sabiduría; y el Apóstol predica a Cristo como virtud de Dios y sabiduría de Dios (1 Cor. 1, 24): si no tengo vestidos que extender a vuestros pies, intentaré al menos cortar ramas de los árboles, para que a tan gran procesión no falte ni un poco de mi ministerio.

4. Árbol fue el bienaventurado Benito, grande y fructífero, como el leño que ha sido plantado junto a las corrientes de las aguas (Sal. 1, 3). ¿Dónde están las corrientes de las aguas? Ciertamente en los valles; porque entre medio de los montes pasarán las aguas. ¿Quién, pues, no verá que incluso los torrentes de los montes declinan de las alturas y se desvían siempre hacia la humildad del valle? Así ciertamente, así Dios resiste a los soberbios, pero da la gracia a los humildes (Sant. 4, 6). Fija aquí el pie seguro, quienquiera que seas jumento de Cristo, apóyate sobre esta rama, recorre la senda del valle.

Nimirum in monte sibi sedem constituit serpens antiquus, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro: propterea vallem magis elige ad ambulandum, vallem elige ad plantandum. Neque enim vel in serendis arboribus montana solemus eligere, quod frequenter arida sint et petrosa. In vallibus pinguedo est: ibi proficiunt plantae, ibi plena spica, ibi centesimus oritur fructus, juxta illud, Et valles abundabunt frumento (Psal. LXIV, 14). Audis quia ubique vallis laudatur, ubique humilitas praedicatur. Ibi ergo plantare, ubi decursus aquarum; quia ibi copia gratiae spiritualis; et aquae quae super coelos sunt, laudant nomen Domini, id est, coelestes benedictiones faciunt ut laudetur. Stemus in hac, charissimi, et plantati stemus, ut non arescamus. Non moveamur quocunque flatu, sicut scriptum est: Si spiritus habentis potestatem super te irruerit, locum tuum ne deseras (Eccle. X, 4). Nulla enim tentatio vobis praevalebit, si non in magnis et in mirabilibus super vos ambuletis, sed permaneatis radicibus firmis in humilitate radicati atque fundati. Sic plantatus secus decursus aquarum sanctus iste confessor Domini, fructum suum dedit in tempore suo.

5. Sunt enim qui fructum non faciunt: sunt qui faciunt, sed non suum: sunt qui faciunt suum, sed non in tempore suo. Sunt, inquam, arbores infructuosae, ut quercus et ulmus, et silvestres aliae arbores; sed hujusmodi nemo plantat in horto suo, quia non faciunt fructum: et si quem faciunt, non humano esui aptus est, sed porcino. Tales sunt filii hujus saeculi, agentes in comessationibus et ebrietatibus, in crapula et voracitate, in cubilibus et impudicitiis. Haec namque porcorum cibus sunt, quos Judaeus verus prohibetur comedere (Deut. XIV, 8), Christianus scilicet, qui his non debet adhaerere. Sicut enim caro porcina cum comeditur, nostrae adhaeret carni, ut jam sit una caro; sic transgressor praecepti Dominici spurcos sibi sociat spiritus, et adhaerendo eis unus cum eis efficitur daemon. Nam et idcirco in sacrificiis prohibetur animal illud offerri, quod spurcos spiritus immundosque designet; qui relicta omni munditia, solis sibi in spurcitiis complacentes, vitiorum et criminum semper coeno delectantur involvi. Unde et in Evangelio, legio illa maledicta, dum ejiceretur ab homine, tanquam simile sibi animal porcos postulat, nec negantur (Marc. V, 1-13). His fructum ferunt arbores infructuosae, ad quarum radices securis posita jam videtur.

Ciertamente en el monte puso su sede la serpiente antigua, mordiendo los cascos del caballo para que caiga su jinete hacia atrás: por tanto elige más bien el valle para caminar, elige el valle para plantar. Pues ni siquiera al sembrar árboles solemos elegir los terrenos montañosos, porque frecuentemente son áridos y pedregosos. En los valles está la grosura: allí progresan las plantas, allí la espiga llena, allí surge el fruto centuplicado, según aquello: Y los valles abundarán de trigo (Sal. 64, 14). Oyes que en todas partes se alaba el valle, en todas partes se predica la humildad. Allí, pues, se ha de plantar, donde están las corrientes de las aguas; porque allí está la abundancia de la gracia espiritual; y las aguas que están sobre los cielos alaban el nombre del Señor, es decir, las bendiciones celestiales hacen que sea alabado. Permanezcamos en esta, carísimos, y permanezcamos plantados, para no secarnos. No seamos movidos por cualquier viento, como está escrito: Si el espíritu del que tiene el poder cayere sobre ti, no dejes tu lugar (Ecl. 10, 4). Pues ninguna tentación prevalecerá sobre vosotros, si no camináis en cosas grandes y admirables por encima de vosotros, sino que permanecéis con raíces firmes, enraizados y fundados en la humildad. Así plantado junto a las corrientes de las aguas, este santo confesor del Señor dio su fruto en su tiempo.

5. Pues hay quienes no dan fruto: hay quienes lo dan, pero no el suyo: hay quienes dan el suyo, pero no en su tiempo. Hay, digo, árboles infructuosos, como la encina y el olmo, y otros árboles silvestres; pero nadie planta tales en su huerto, porque no dan fruto: y si dan alguno, no es apto para el consumo humano, sino para el de los cerdos. Tales son los hijos de este siglo, que viven en comilonas y embriagueces, en glotonería y voracidad, en lechos e impudicicias. Pues estos son alimento de cerdos, que al verdadero judío se le prohíbe comer (Deut. 14, 8), es decir, al cristiano, que no debe adherirse a estas cosas. Pues así como la carne de cerdo, cuando se come, se adhiere a nuestra carne, de modo que ya es una sola carne; así el transgresor del precepto del Señor se asocia a sí mismo los espíritus sucios, y al adherirse a ellos se hace un solo demonio con ellos. Pues también por eso se prohíbe ofrecer aquel animal en los sacrificios, porque designa a los espíritus sucios e inmundos; los cuales, abandonada toda limpieza, complaciéndose solo en las suciedades, se deleitan siempre en revolcarse en el fango de los vicios y crímenes. Por lo cual también en el Evangelio, aquella legión maldita, mientras era expulsada del hombre, pide como animal semejante a sí a los cerdos, y no se les niega (Mc. 5, 1-13). A estos dan fruto los árboles infructuosos, a cuyas raíces parece que ya se ha puesto el hacha.

6. Arbores autem quae fructum faciunt, sed non suum, hypocritae sunt, cum Simone Cyrenaeo crucem portantes non suam: qui religiosa intentione carentes, angariantur; et quae non amant, amore gloriae quam desiderant, facere compelluntur. Jam in eo quod dicitur, in tempore suo (Psal. I, 3), arguuntur quidam ante tempus fructificare volentes. Nonne enim et arboribus nostris, citius quam oporteat pullulantibus, timemus omnino floribus intempestivis? Sic sunt aliqui, quorun fructus, quia nimis propere, minus prospere oriuntur. Hi sunt, qui in initio conversionis, suae aliis fructificare continuo velle praesumunt, contra legis decreta arare in primogenito bovis, et ovis primogenita tondere festinantes. Vultis nosse quam sollicite id vitaverit sanctus iste magister noster? Et hunc ramum vobis oppono; quoniam tribus annis soli Deo notus, hominibus mansit incognitus. Fructum quidem multum tulit, ipsi cernitis; sed in tempore suo. Neque enim credebat tempus esse fructificandi, quando tanta carnis tentatione gravatus est, ut pene eederet, pene discederet. Ego enim nec istum quidem ramum praeteribo, quoniam etsi hirsutus quodam modo spinarum aculeis, quibus seipsum Domini Benedictus injecit; tamen utilis est omnino: utilis jumento Domini propter foveas tentationum, ne in eas incidat consentiendo, sed magis resistat, et viriliter agat, sustineatque Dominum ne desperet. Hic ergo fige pedem, Christi jumentum, et disce quantumcunque acerba tentatio saeviat, non cedere, nec credere propterea derelictum te esse a Domino, sed memineris scriptum esse: Invoca me in die tribulationis, eruam te et honorificabis me (Psal. XLIX, 15).

7. Ergo, ut dicere coeperam, non credebat beatus Benedictus tunc esse fructificandi tempus, quando adhuc tantis tentationibus urgebatur; sed venit tempus, et in tempore suo fructum dedit. De fructu ejus sunt illa tria quae superius tetigi: sanctitas ejus, justitia ejus, pietas ejus. Sanctitatem miracula probant, doctrina pietatem, vita justitiam. Vides, o jumentum Christi, ramos foliis virentes, vernantes, floribus, onustos fructu. Super istos innitere, ut gressus rectos facias pedibus tuis. Sed quomodo tibi appono ejus miracula? nunquid ut miracula facere velis?

6. En cambio, los árboles que dan fruto, pero no el suyo, son los hipócritas, que con Simón de Cirene llevan una cruz que no es suya: quienes, careciendo de intención religiosa, son forzados; y lo que no aman, por amor a la gloria que desean, se ven compelidos a hacer. Ya en lo que se dice, en su tiempo (Sal. 1, 3), se arguye a algunos que quieren fructificar antes de tiempo. ¿Acaso no tememos nosotros ante nuestros árboles, que brotan más pronto de lo que conviene, por las flores intempestivas? Así hay algunos cuyos frutos, porque surgen demasiado rápido, se originan con menos prosperidad. Estos son los que, en el inicio de su conversión, presumen querer fructificar continuamente para otros, apresurándose, contra los decretos de la ley, a arar con el primogénito del buey y a trasquilar a las primogénitas de las ovejas. ¿Queréis saber cuán solícitamente evitó esto este santo maestro nuestro? También este ramo os presento; pues durante tres años, conocido solo por Dios, permaneció incógnito para los hombres. Mucho fruto dio ciertamente, vosotros mismos lo veis; pero en su tiempo. Pues ni siquiera creía que fuera tiempo de fructificar cuando se vio gravado por tan gran tentación de la carne, que casi cedía, casi se marchaba. Pues yo ni siquiera pasaré por alto este ramo, pues aunque erizado en cierto modo por los aguijones de las espinas, sobre las cuales se arrojó el Benito del Señor; sin embargo es del todo útil: útil para el jumento del Señor por los hoyos de las tentaciones, para que no caiga en ellos consintiendo, sino que más bien resista, y actúe varonilmente, y espere al Señor para no desesperar. Fija aquí, pues, el pie, jumento de Cristo, y aprende que por mucho que arrecie la amarga tentación, no debes ceder, ni creer por eso que has sido abandonado por el Señor, sino que recordarás que está escrito: Invocame en el día de la tribulación, yo te libraré y tú me honrarás (Sal. 49, 15).

7. Por tanto, como había empezado a decir, el bienaventurado Benito no creía que fuera entonces tiempo de fructificar, cuando aún se veía urgido por tan grandes tentaciones; pero vino el tiempo, y en su tiempo dio fruto. De su fruto son aquellas tres cosas que toqué arriba: su santidad, su justicia, su piedad. Los milagros prueban la santidad; la doctrina, la piedad; la vida, la justicia. Ves, oh jumento de Cristo, ramos verdes de hojas, florecientes de flores, cargados de fruto. Apóyate sobre ellos, para que hagas rectos los pasos de tus pies. Pero ¿cómo te presento sus milagros?, ¿acaso para que quieras hacer milagros?

Nequaquam, sed ut miraculis ejus innitaris: videlicet ut confidas et gaudeas quod sub tali positus es pastore, quod tantum meruisti habere patronum. Omnino enim valde potens est in coelis, qui tam potens exstitit in terris: secundum magnitudinem gratiae, magnitudine gloriae exaltatus. Nam et juxta radicum quantitatem rami prodire noscuntur: et quot radicibus arbor innititur, tot ramis, sicut aiunt, decoratur. Sic ergo, licet non habeamus nostra, consolatio magna nobis esse debent patroni nostri miracula. Doctrina vero instruit nos, et dirigit gressus nostros in viam pacis. Porro vitae justitia omnino roborat et animat nos; ut tanto magis accendamur ad agenda quae docuit, quanto certi sumus eum non alia docuisse quam fecerit. Sermo quidem vivus et efficax, exemplum operis est, plurimum faciens suadibile quod dicitur, dum monstrat factibile quod suadetur.

8. In hunc ergo modum sanctitas confortat, pietas informat, justitia confirmat. Quantae enim pietatis fuit, quod non solum praesentibus profuit, sed etiam pro futuris sollicitus fuit? Non solum his qui tunc erant, fructum tulit haec arbor, sed usque hodie fructus ejus et manet, et crescit. Dilectus plane Deo et hominibus: cujus non sola praesentia in benedictione fuit, sicut sunt multi dilecti Deo soli, quia soli Deo jam cogniti; sed et memoria ejus etiam nunc in benedictione est. Nam et usque hodie in triplicem amoris Domini confessionem, triplici hoc fructu pascit Domini gregem. Pascit vita, pascit doctrina, pascit et intercessione. Per quam incessanter adjuti, fructificate et vos, charissimi, quoniam in hoc positi estis, ut eatis et fructum afferatis. Unde eatis? Utique a vobis ipsis, sicut scriptum est: A voluntatibus tuis avertere (Eccli. XVIII, 30). Nam et de Domino legimus quia exiit seminare semen suum (Matth. XIII, 3). Ecce et hic habemus semen suum, sicut et prius fructum suum. Imitemur et hunc, fratres; quoniam ad hoc venit, ut formam nobis traderet, et viam demonstraret.

9. Fortassis et ipse Dominus arbor est, et debemus ab eo quoque ramos accipere, quos vestris pedibus apponamus: imo non fortasse, sed magis vere arbor est ipse et planta coelestis, sed in terris plantata, sicut scriptum est: Veritas de terra orta est, et justitia de coelo prospexit (Psal. LXXXIV, 12).

De ningún modo, sino para que te apoyes en sus milagros: es decir, para que confíes y te alegres de que has sido puesto bajo tal pastor, de que has merecido tener tan gran patrono. Pues es del todo muy potente en los cielos quien tan potente resultó en la tierra: según la magnitud de la gracia, exaltado por la magnitud de la gloria. Pues también según la cantidad de las raíces se sabe que brotan los ramos: y con cuantas raíces se apoya el árbol, con tantos ramos, según dicen, se decora. Así, pues, aunque no tengamos las nuestras propias, los milagros de nuestro patrono deben sernos de gran consuelo. La doctrina, por su parte, nos instruye y dirige nuestros pasos por el camino de la paz. Además, la justicia de su vida nos fortalece y anima del todo; para que tanto más nos encendamos a realizar lo que enseñó, cuanto estamos ciertos de que no enseñó otras cosas que las que hizo. Sermón vivo y eficaz es ciertamente el ejemplo de la obra, haciendo muy persuasivo lo que se dice, al mostrar factible lo que se persuade.

8. De este modo, pues, la santidad conforta, la piedad informa, la justicia confirma. ¿De cuánta piedad fue el que no solo aprovechó a los presentes, sino que también estuvo solícito por los futuros? No solo para los que entonces existían dio fruto este árbol, sino que hasta hoy su fruto permanece y crece. Amado plenamente por Dios y por los hombres: cuya sola presencia no fue para bendición, como hay muchos amados solo por Dios porque solo por Dios son ya conocidos; sino que también su memoria todavía ahora es para bendición. Pues hasta hoy, para la triple confesión del amor del Señor, alimenta con este triple fruto a la grey del Señor. Alimenta con la vida, alimenta con la doctrina, alimenta también con la intercesión. Ayudados incesantemente por ella, fructificad también vosotros, carísimos, puesto que para esto habéis sido puestos, para que vayáis y deis fruto. ¿De dónde habéis de ir? Ciertamente de vosotros mismos, como está escrito: Apártate de tus voluntades (Ecli. 18, 30). Pues también leemos del Señor que salió a sembrar su semilla (Mt. 13, 3). He aquí que también aquí tenemos su semilla, como también antes su fruto. Imitemmos también a este, hermanos; puesto que para esto vino, para entregarnos la forma y mostrarnos el camino.

9. Quizá también el mismo Señor es árbol, y debemos de él también tomar ramos que pongamos a vuestros pies: más aún, no quizá, sino más verdaderamente árbol es él mismo y planta celestial, pero plantada en la tierra, como está escrito: La verdad ha brotado de la tierra, y la justicia ha mirado desde el cielo (Sal. 84, 12).

Ab eo igitur hunc ramum vobis appono, ut sicut seipsum exinanivit, hoc ipsum sentiatis in vobis: nisi quod non tam ego appono, quam Apostolus, apud quem legistis: Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo (Philipp. II, 5-7). Et vos itaque, fratres charissimi, exinanite vos, humiliate vos, seminate vos, perdite vos. Seminate corpus animale, et resurget corpus spirituale. Perdite animas vestras, et in vitam aeternam servabitis eas. Vultis nosse quomodo id fecerit Apostolus ipse qui docuit? Sive, inquit, mente excedimus Deo; sive sobrii sumus, vobis (II Cor, V, 13). Quid ergo tibi? Ego, inquit, factus sum tanquam vas perditum (Psal. XXX, 13). Bene seipsum perdit, qui nihil unquam pro se facit; sed omnis ejus intentio et omne desiderium tendit ad Dei placitum, et utilitatem fratrum suorum. Infelix enim qui seminat in carne, quia de carne metet corruptionem (Galat. VI, 8). Alibi vero scriptum est: Beati qui seminant super omnes aquas (Isai. XXXII, 20). Sed quomodo super omnes aquas? Forte et super aquas, de quibus legitur: Et aequae quae super coelos sunt, laudent nomen Domini (Psal. CXLVIII, 4): quae sunt virtutes angelicae, et coelestes populi. Ita plane: Quoniam spectaculum facti sumus mundo, et angelis, et hominibus (I Cor. IV, 9).

10. Seminemus igitur hominibus exemplum bonum per aperta opera; seminemus angelis gaudium magnum per occulta suspiria, et per caetera hujusmodi, quae solis eis sunt nota. Gaudium enim est angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente. Hinc dicebat Apostolus: Providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus (II Cor. VIII, 21). Nam Deo omnino noti sumus; sed coram Deo dixit, id est, coram eis qui vultui ejus semper assistunt. Ipsis enim maxime placet, cum vos vident occulte orantes, aut ruminantes psalmum aliquem, aut tale aliquid facientes. Sic seminate et vos, sic fructificate, charissimi. Seminate et vos, quia tam multi ante vos seminaverunt; fructificate, quia vobis seminaverunt. O genus Adam, quam multi seminaverunt in te, et quam pretiosum semen! quam male peribis, et quam merito, si perierit in te tantum semen, simul et seminantium labor! Cui perditioni traderis ab agricola, si in te perierint haec universa? Seminavit in terra nostra tota Trinitas, seminaverunt angeli pariter et apostoli, seminaverunt martyres, et confessores, et virgines. Seminavit Deus Pater; quoniam eructavit cor ejus Verbum bonum.

De él, por tanto, os pongo este ramo, para que así como él se anonadó a sí mismo, esto mismo sintáis en vosotros: solo que no tanto lo pongo yo como el Apóstol, en quien leísteis: Sentid esto en vosotros, lo que también hubo en Cristo Jesús: el cual, estando en la forma de Dios, no consideró como una rapiña el ser igual a Dios, sino que se anonadó a sí mismo, tomando forma de siervo, hecho a semejanza de los hombres, y hallado en su porte como hombre (Fil. 2, 5-7). Y vosotros, pues, hermanos carísimos, anonadaos, humillaos, sembrad a vosotros mismos, perdeos a vosotros mismos. Se siembra cuerpo animal, y resurgirá cuerpo espiritual. Perded vuestras almas, y para la vida eterna las guardaréis. ¿Queréis saber cómo lo hizo el mismo Apóstol que lo enseñó? Si, dice, salimos de mente, es para Dios; si somos sobrios, es para vosotros (2 Cor. 5, 13). ¿Qué pues de ti? Yo, dice, me he vuelto como un vaso perdido (Sal. 30, 13). Bien se pierde a sí mismo quien nunca hace nada por sí; sino que toda su intención y todo su deseo tiende al beneplácito de Dios y a la utilidad de sus hermanos. Infeliz, en efecto, el que siembra en la carne, porque de la carne segará corrupción (Gál. 6, 8). En otra parte, sin embargo, está escrito: Bienaventurados los que siembran sobre todas las aguas (Is. 32, 20). Pero ¿cómo sobre todas las aguas? Quizá también sobre las aguas de las que se lee: Y las aguas que están sobre los cielos, alaben el nombre del Señor (Sal. 148, 4): que son las virtudes angélicas y los pueblos celestiales. Así plenamente: Puesto que hemos sido hechos espectáculo para el mundo, y para los ángeles, y para los hombres (1 Cor. 4, 9).

10. Sembremos, por tanto, para los hombres el buen ejemplo mediante las obras abiertas; sembremos para los ángeles un gran gozo mediante los suspiros ocultos, y mediante otras cosas de este tipo, que solo a ellos les son conocidas. Pues hay gozo ante los ángeles de Dios por un solo pecador que hace penitencia. De aquí decía el Apóstol: Previendo cosas buenas no solo ante Dios, sino también ante los hombres (2 Cor. 8, 21). Pues para Dios somos del todo conocidos; pero ante Dios dijo, es decir, ante aquellos que asisten siempre a su rostro. Pues a ellos les place muchísimo cuando os ven orando ocultamente, o rumiando algún salmo, o haciendo alguna cosa semejante. Así sembrad también vosotros, así fructificad, carísimos. Sembrad también vosotros, porque tantos antes de vosotros sembraron; fructificad, porque para vosotros sembraron. ¡Oh género de Adán, cuántos sembraron en ti, y qué preciosa semilla! ¡Cuán mal perecerás, y cuán merecidamente, si pereciere en ti tanta semilla, junto con el trabajo de los sembradores! ¿A qué perdición serás entregado por el agricultor, si en ti perecieren todas estas cosas? Sembró en nuestra tierra toda la Trinidad, sembraron los ángeles igualmente y los apóstoles, sembraron los mártires, y los confesores, y las vírgenes. Sembró Dios Padre; puesto que su corazón eructó la Palabra buena.

Dominus enim dedit benignitatem, et terra nostra dedit fructum suum. Seminavit et Filius: ipse enim est qui exiit seminare semen suum. Pater enim non exiit, sed Filius a Patre processit, et venit in mundum; ut qui prius erat cogitatio pacis in corde Patris, fieret et ipse pax nostra in utero matris. Seminavit et Spiritus sanctus; quia et ipse venit, et apparuerunt discipulis dispertitae linguae tanquam ignis. Ita tota Trinitas seminavit: Pater scilicet pacem de coelo, Filius veritatem, Spiritus sanctus charitatem.

11. Angeli quoque seminaverunt, quando cadentibus aliis ipsi steterunt. Dixit enim Lucifer ille, non jam lucifer, sed tenebrifer et vesperus: Sedebo in monte testamenti, similis ero Altissimo (Isai. XIV, 13, 14). O impudens et imprudens! Millia millium ministrant ei, et decies centena millia assistunt (Dan. VII, 10); et tu sedebis? Cherubin, ait propheta, stabant (Isai. VI, 2; Ezech. X, 3), et non sedebant; quid laborasti, ut jam sedeas? Omnes administratorii sunt spiritus, missi in ministerium propter eos qui haereditatem capiunt salutis; et tu sedebis? quid seminasti, ut jam metas? Non est tuum, non est tuum hoc, sed quibus paratum est a Patre. Quid eis invides? Profecto ipsi sedebunt; ipsi, inquam, vermiculi terrae judicantes sedebunt, et tu non modo non stabis, sed judicandus astabis. Nescitis, ait Apostolus, quia et angelos judicabimus? (I Cor. VI, 31.) Ipsi utique qui ibant et flebant, mittentes semina sua, venientes autem venient cum exsultatione portantes manipulos suos (Psal. CXXV, 6). Duo manipuli sunt quos quaeris, honoris scilicet et quietis. Sessionem affectas et altitudinem; sed non sic, impie, non sic: non colliges, quia non seminasti. Qui seminaverunt laborem et vilitatem, metent honorem pariter et quietem. Pro confusione enim sua duplici et rubore [alias, labore], in terra sua duplicia possidebunt. Unde et dicebat quidam: Vide humilitatem meam, et laborem meum (Psal. XXIV, 18). Hodie utique audistis in Evangelio promittentem Dominum et dicentem discipulis: Sedebitis super sedes, judicantes duodecim tribus Israel (Matth. XIX, 28). Ecce quies sessionis, et honor judicii. Nam et ipse Dominus ad haec noluit pervenire, nisi per humilitatem et laborem. Unde et morte turpissima condemnatus est, interrogatus tormentis, et opprobriis saturatus: utique ut inimicus induatur confusione, ipse pariter et omnes qui imitantur eum, et praetergrediuntur viam. Ipse est, o inique, ipse est qui sessurus est in sede majestatis suae similis Altissimo, et coaltissimus ei. Hoc utique cogitaverunt angeli sancti, qui cadente maligno apostasiae illius non consenserunt, nobis relinquentes exemplum, ut quemadmodum ipsi elegerunt ministrare, sic et nos faciamus.

Pues el Señor dio la benignidad, y nuestra tierra dio su fruto. Sembró también el Hijo: él mismo es, en efecto, quien salió a sembrar su semilla. Pues el Padre no salió, sino que el Hijo procedió del Padre y vino al mundo; para que quien antes era pensamiento de paz en el corazón del Padre, se hiciera él mismo nuestra paz en el útero de la madre. Sembró también el Espíritu Santo; porque también él vino, y aparecieron a los discípulos lenguas repartidas como de fuego. Así toda la Trinidad sembró: el Padre ciertamente la paz desde el cielo, el Hijo la verdad, el Espíritu Santo la caridad.

11. También los ángeles sembraron, cuando permanecieron en pie al caer otros. Pues dijo aquel Lucifer, ya no lucífero, sino portador de tinieblas y vespertino: Me sentaré en el monte del testamento, seré semejante al Altísimo (Is. 14, 13, 14). ¡Oh impudente e imprudente! Miles de miles le sirven, y diez veces cien mil le asisten (Dan. 7, 10); ¿y tú te sentarás? Los querubines, dice el profeta, estaban en pie (Is. 6, 2; Ez. 10, 3), y no estaban sentados; ¿qué trabajaste tú, para que ya te sientes? Todos son espíritus administradores, enviados para servicio en favor de los que han de heredar la salvación; ¿y tú te sentarás? ¿qué sembraste, para que ya siegues? No es tuyo, no es tuyo esto, sino de aquellos para quienes ha sido preparado por el Padre. ¿Por qué los envidias? Ciertamente ellos se sentarán; ellos mismos, digo, gusanillos de la tierra, se sentarán juzgando, y tú no solo no estarás en pie, sino que estarás allí para ser juzgado. ¿No sabéis, dice el Apóstol, que juzgaremos también a los ángeles? (1 Cor. 6, 3.) Ellos ciertamente, los que iban y lloraban, arrojando sus semillas, volverán viniendo con exultación trayendo sus gavillas (Sal. 125, 6). Dos son las gavillas que buscas, a saber, la del honor y la de la quietud. Deseas la sesión y la altura; pero no así, impío, no así: no cosecharás, porque no sembraste. Los que sembraron trabajo y vileza, segarán honor igualmente y quietud. Pues por su doble confusión y rubor [alias, trabajo], poseerán en su tierra el doble. De donde también decía uno: Mira mi humildad y mi trabajo (Sal. 24, 18). Hoy ciertamente habéis oído en el Evangelio al Señor prometiendo y diciendo a los discípulos: Os sentaréis sobre tronos, juzgando a las doce tribus de Israel (Mt. 19, 28). He aquí la quietud de la sesión, y el honor del juicio. Pues ni el mismo Señor quiso llegar a esto sino por la humildad y el trabajo. Por lo cual también fue condenado a muerte torpísima, interrogado con tormentos, y saciado de oprobios: ciertamente para que el enemigo sea vestido de confusión, él mismo igualmente y todos los que lo imitan, y se salen del camino. Él es, oh inicuo, él mismo es el que ha de sentarse en el trono de su majestad semejante al Altísimo, y coaltísimo con él. Esto ciertamente pensaron los santos ángeles, que al caer el maligno no consintieron en aquella apostasía suya, dejándonos el ejemplo para que, de la manera que ellos eligieron servir, así lo hagamos nosotros.

Nam etiam qui laborem fugiunt et honorem captant, illum se noverint imitari, qui sessionem altitudinemque quaesivit: et si non satis terret eos illius culpa, terreat vel vindicta. Omnia enim in contrarium devenerunt, ut formatus sit ad illudendum ei, et ignis aeternus praeparatus sit illi. Ad haec vitanda prudentiam nobis seminaverunt sancti angeli, qui prius eam aliis cadentibus tenuerunt.

12. Sed et apostoli hanc ipsam seminaverunt nobis, quando recedentibus his qui sapientiam hujus mundi sequebantur, quae stultitia est apud Deum; et prudentiam carnis, quae mortem operatur, et inimica est Deo; ipsi Domino adhaeserunt. Scandalizati enim illi audientes de sacramento carnis et sanguinis, ultra non ibant cum eo. Discipuli vero interrogati, an et ipsi vellent abire, responderunt: Ad quem ibimus? verba vitae aeternae habes. Necesse habemus, fratres, hanc prudentiam imitari; quia multi adhuc ambulant cum Jesu, donec veniatur ad edendam ejus carnem et bibendum sanguinem illius, ad communicandum scilicet passionibus ejus (hoc enim et verbum illud et ipsum sacramentum significat): extunc autem scandalizantur et abeunt retro dicentes, quia durus est hic sermo (Joan. VI, 67, 68, 69, 61). Nos cum apostolis prudentes simus, et dicamus: Domine, ad quem ibimus? verba vitae aeternae habes, Non discedimus a te, vivificabis nos. Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei (Matth. IV, 4). Non solus mundus habet delectationem, sed multo major est in verbis tuis. Unde et Propheta ait: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel ori meo (Psal. CXVIII, 103). Ad quem igitur eamus? verba vitae aeternae habes, Domine; et ea sunt super omnia quae mundus habere potest. Non solum ipsa vita, sed et promissio vitae aeternae et exspectatio justorum, laetitia est, et tanta laetitia, ut omne quod concupiscitur, ei non valeat comparari. Hanc igitur prudentiam nobis apostoli sancti seminaverunt. Martyres vero manifestum est fortitudinem seminasse. Porro confessores seminaverunt justitiam, quam in omni vita sua secuti sunt; hoc enim interest inter martyres et confessores, quod inter Petrum simul omnia relinquentem, et Abraham substantiam mundi in bonos usus expendentem; sic enim illi consummati in brevi expleverunt tempora multa, isti vero longa et multimoda traxere martyria. Virgines sanctae planum est quia temperantiam seminarunt, quae sic libidinem calcaverunt.

IN FESTO ANNUNTIATIONIS BEATAE MARIAE VIRGINIS.

SERMO I. De verbis psalmi LXXXIV, 10, 11: «Ut inhabitet gloria in terra nostra.»

Pues también los que huyen del trabajo y captan el honor, sepan que imitan a aquel que buscó la sesión y la altura: y si no les aterra bastante la culpa de aquel, que les aterra al menos la venganza. Pues todas las cosas resultaron al contrario, de modo que ha sido formado para ser objeto de burla, y el fuego eterno le ha sido preparado. Para evitar estas cosas, nos sembraron prudencia los santos ángeles, que primero la retuvieron cuando otros caían.

12. Pero también los apóstoles nos sembraron esta misma, cuando, retirándose aquellos que seguían la sabiduría de este mundo, que es estupidez ante Dios, y la prudencia de la carne, que obra la muerte y es enemiga de Dios, ellos se adhirieron al Señor. Pues escandalizados aquellos al oír sobre el sacramento de la carne y la sangre, ya no iban con él. Los discípulos, por su parte, preguntados si también ellos querían irse, respondieron: ¿A quién iremos? Tienes palabras de vida eterna. Tenemos necesidad, hermanos, de imitar esta prudencia; porque muchos todavía caminan con Jesús, hasta que se llega a comer su carne y beber su sangre, es decir, a participar de sus pasiones (pues esto significan tanto aquella palabra como el mismo sacramento): desde entonces, sin embargo, se escandalizan y se van atrás diciendo que duro es este discurso (Jn. 6, 67, 68, 69, 61). Nosotros seamos prudentes con los apóstoles, y digamos: Señor, ¿a quién iremos? Tienes palabras de vida eterna, no nos apartamos de ti, nos vivificarás. No solo de pan vive el hombre, sino de toda palabra que sale de la boca de Dios (Mt. 4, 4). No solo el mundo tiene deleite, sino que mucho mayor es el que hay en tus palabras. Por lo cual también dice el Profeta: ¡Cuán dulces son a mi paladar tus palabras! Más que la miel a mi boca (Sal. 118, 103). ¿A quién, pues, iremos? Tienes palabras de vida eterna, Señor; y ellas están sobre todo lo que el mundo puede tener. No solo la vida misma, sino también la promesa de la vida eterna y la esperanza de los justos es alegría, y tanta alegría que todo lo que se codicia no puede comparársele. Esta prudencia, pues, nos la sembraron los santos apóstoles. Los mártires, por su parte, es manifiesto que sembraron fortaleza. Además los confesores sembraron justicia, la cual siguieron en toda su vida; pues esta diferencia hay entre mártires y confesores, la que hay entre Pedro dejando todo a la vez, y Abraham empleando la sustancia del mundo en buenos usos; pues así aquellos, consumados en breve, cumplieron mucho tiempo, mientras que estos arrastraron largos y multiformes martirios. De las santas vírgenes está claro que sembraron templanza, ellas que así pisotearon la libido.

EN LA FIESTA DE LA ANUNCIACIÓN DE LA BIENAVENTURADA VIRGEN MARÍA.

SERMÓN I. Sobre las palabras del salmo 84, 10, 11: «Para que habite la gloria en nuestra tierra».

1. Ut inhabitet gloria in terra nostra, misericordia et veritas obviaverunt sibi, justitia et pax osculatae sunt. Gloria nostra haec est, ait Apostolus, testimonium conscientiae nostrae (II Cor. I, 12). Non quidem tale testimonium, quale ille superbus Pharisaeus habebat, seducta et seductrice cogitatione testimonium perhibens de seipso (Luc. XVIII, 11, 12), et testimonium ejus verum non erat; sed cum Spiritus ipse testimonium perhibet spiritui nostro. Porro hoc testimonium in tribus consistere credo. Necesse est enim primo omnium credere, quod remissionem peccatorum habere non possis, nisi per indulgentiam Dei: deinde, quod nihil prorsus habere queas operis boni, nisi et hoc dederit ipse: postremo, quod aeternam vitam nullis potes operibus promereri, nisi gratis tibi detur et illa. Quis enim potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi qui solus est mundus? (Job. XIV, 4.) Utique quod factum est, non potest non fieri: ipso tamen non imputante, erit quasi non fuerit. Quod Propheta quoque considerans ait: Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum (Psal. XXXI, 2). De operibus vero bonis certum omnino est, quod nemo haec habeat a seipso. Nam si stare non potuit humana natura adhuc integra, quanto minus poterit per seipsam resurgere jam corrupta? Certum est ad suam originem universa, quantum in eis est, tendere, et in eam semper esse partem procliviora. Sic et nos, qui de nihilo creati sumus, constat quia si nobisipsis relinquimur, in peccatum semper, quod nihil est, declinamus.

2. Jam vero de aeterna vita scimus, quia non sunt condignae passiones hujus temporis ad futuram gloriam, nec si unus omnes sustineat. Neque enim talia sunt hominum merita, ut propterea vita aeterna debeatur ex jure, aut Deus injuriam aliquam faceret, nisi eam donaret. Nam ut taceam quod merita omnia dona Dei sunt, et ita homo magis propter ipsa Deo debitor est, quam Deus homini; quid sunt merita omnia ad tantam gloriam? Denique quis melior est propheta, cui Dominus ipse tam insigne testimonium perhibet, dicens: Virum inveni secundum cor meum? (I Reg. XIII, 14; Act. XIII, 22.) Verumtamen et ipse necesse habuit dicere Deo: Non intres in judicium cum servo tuo, Domine (Psal. CXLII, 2). Nemo itaque se seducat; quia si bene cogitare [alias, computare] voluerit, inveniet procul dubio, quod nec cum decem millibus possit occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se (Luc. XIV, 31).

1. Para que habite la gloria en nuestra tierra, la misericordia y la verdad se encontraron, la justicia y la paz se besaron. Nuestra gloria es esta, dice el Apóstol, el testimonio de nuestra conciencia (2 Cor. 1, 12). No ciertamente un testimonio tal como el que aquel soberbio fariseo tenía, dando testimonio de sí mismo con un pensamiento seducido y seductor (Lc. 18, 11, 12), y su testimonio no era verdadero; sino cuando el mismo Espíritu da testimonio a nuestro espíritu. Además, creo que este testimonio consiste en tres cosas. Es necesario, en efecto, primero que nada creer que no puedes tener la remisión de los pecados sino por la indulgencia de Dios: después, que no puedes tener absolutamente nada de obra buena, si no te lo diera él mismo: por último, que no puedes merecer la vida eterna por ninguna obra, si no se te da también ella gratuitamente. ¿Quién puede hacer limpio lo concebido de semilla inmunda, sino quien solo es limpio? (Job 14, 4.) Ciertamente lo que se ha hecho no puede dejar de haberse hecho: sin embargo, no imputándolo él mismo, será como si no hubiera sido. Lo cual considerando también el Profeta dice: Bienaventurado el varón a quien el Señor no imputó el pecado (Sal. 31, 2). Sobre las obras buenas ciertamente es del todo seguro que nadie las tiene de sí mismo. Pues si no pudo permanecer en pie la naturaleza humana aún íntegra, ¿cuánto menos podrá resurgir por sí misma ya corrompida? Es cierto que todas las cosas tienden a su origen en cuanto está en ellas, y son siempre más proclives hacia esa parte. Así también nosotros, que de la nada hemos sido creados, consta que si somos dejados a nosotros mismos, declinamos siempre hacia el pecado, que es nada.

2. Ahora bien, acerca de la vida eterna sabemos que los sufrimientos de este tiempo no son dignos de la gloria futura, ni aunque uno solo los soportara todos. Pues no son tales los méritos de los hombres que por ellos se deba la vida eterna por derecho, o que Dios hiciera alguna injusticia si no la otorgara. Pues, por no mencionar que todos los méritos son dones de Dios, y así el hombre es más deudor de Dios por ellos mismos que Dios del hombre; ¿qué son todos los méritos ante tan grande gloria? Finalmente, ¿quién es mejor profeta que aquel a quien el Señor mismo da tan insigne testimonio, diciendo: He encontrado un hombre según mi corazón (1 Sam 13, 14; Hch 13, 22)? Sin embargo, también él tuvo necesidad de decir a Dios: No entres en juicio con tu siervo, Señor (Sal 142, 2). Por tanto, nadie se engañe a sí mismo; porque si quiere pensar bien [u, observar], encontrará sin duda que con diez mil no puede salir al encuentro de aquel que viene contra él con veinte mil (Lc 14, 31).

3. Verum haec quae nunc diximus non omnino sufficiunt, sed magis initium quoddam et velut fundamentum fidei sunt habenda. Ideoque si credis peccata tua non posse deleri nisi ab eo cui soli peccasti, et in quem peccatum non cadit, bene facis; sed adde adhuc ut et hoc credas, quia per ipsum tibi peccata donantur. Hoc est testimonium quod perhibet in corde tuo Spiritus sanctus, dicens: Dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apostolus, gratis justificari hominem per fidem (Rom. III, 28). Ita de meritis quoque si credis non posse haberi nisi per ipsum, non sufficit, donec tibi perhibeat testimonium Spiritus veritatis, quia habes ea per illum. Sic et de vita aeterna habeas necesse est testimonium Spiritus, quod ad eam divino sis munere perventurus. Ipse enim peccata condonat, ipse donat merita, et praemia nihilominus ipse redonat.

4. Porro testimonia ista credibilia mihi facta sunt nimis. Nam de remissione quidem peccatorum validissimum teneo argumentum, Dominicam passionem. Vox siquidem sanguinis ejus invaluit multo plus quam vox sanguinis Abel, clamans in cordibus electorum, remissionem omnium peccatorum. Traditus est enim propter peccata nostra: nec dubium, quin potentior et efficacior sit mors illius in bonum, quam peccata nostra in malum. De bonis autem operibus argumentum nihilominus efficax mihi est resurrectio ejus, quia resurrexit propter justificationem nostram (Rom. IV, 25). Porro de spe praemiorum testimonium ejus est ascensio, quia ascendit propter glorificationem nostram. Haec tria in psalmis habes, dicente Propheta: Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum (Psal. XXXI, 2); et alibi: Beatus vir cujus est auxilium abs te (Psal. LXXXIII, 6); item alibi: Beatus quem elegisti et assumpsisti, habitabit in atriis tuis (Psal. LXIV, 5). Haec est gloria vera, gloria inhabitans; quia ab eo est, qui per fidem habitat in cordibus nostris. Filii vero Adam gloriam quae ab invicem est quaerentes, gloriam quae a solo Deo est non volebant: et sic gloriam extrinsecus fluentem sectantes, habebant gloriam, non in semetipsis, sed magis in aliis.

973 5. Vis nosse unde sit homini inhabitans gloria? Dico breviter, quoniam ad mystica festinat intentio. Nam et ea sola proposueram in verbis illis propheticis diligentius vestigare, sed reflexit ad moralia occurrens prima fronte apostolicus sermo de interna gloria et testimonio conscientiae. Sic ergo inhabitat haec gloria etiam hic in terra nostra, si misericordia et veritas obviaverint sibi, et sese justitia et pax osculentur.

3. Pero estas cosas que ahora hemos dicho no son del todo suficientes, sino que más bien deben considerarse como un cierto comienzo y como el fundamento de la fe. Por eso, si crees que tus pecados no pueden ser borrados sino por aquel contra quien solo pecaste, y en quien no cae el pecado, haces bien; pero añade además que también creas esto: que por él se te perdonan los pecados. Este es el testimonio que da en tu corazón el Espíritu Santo, diciendo: Tus pecados te son perdonados. Pues así juzga el Apóstol, que el hombre es justificado gratuitamente por la fe (Rom 3, 28). Así también, sobre los méritos, si crees que no pueden tenerse sino por él, no basta hasta que te dé testimonio el Espíritu de la verdad de que los tienes por él. Así también sobre la vida eterna es necesario que tengas el testimonio del Espíritu de que llegarás a ella por don divino. Pues él mismo perdona los pecados, él mismo otorga los méritos, y él mismo, no obstante, devuelve los premios.

4. Además, estos testimonios se me han hecho sumamente creíbles. Pues sobre la remisión de los pecados sostengo como argumento valiosísimo la pasión del Señor. Pues la voz de su sangre ha prevalecido mucho más que la voz de la sangre de Abel, clamando en los corazones de los elegidos la remisión de todos los pecados. Pues fue entregado por nuestros pecados: y no hay duda de que su muerte es más poderosa y eficaz para el bien que nuestros pecados para el mal. Sobre las buenas obras, no menos eficaz argumento es para mí su resurrección, porque resucitó para nuestra justificación (Rom 4, 25). Además, sobre la esperanza de los premios, su ascensión es el testimonio, porque ascendió para nuestra glorificación. Estas tres cosas tienes en los salmos, diciendo el Profeta: Bienaventurado el varón a quien el Señor no imputó pecado (Sal 31, 2); y en otro lugar: Bienaventurado el varón cuya ayuda está en ti (Sal 83, 6); igualmente en otro lugar: Bienaventurado el que elegiste y asumiste, habitará en tus atrios (Sal 64, 5). Esta es la gloria verdadera, la gloria que habita; porque proviene de aquel que por la fe habita en nuestros corazones. Pero los hijos de Adán, buscando la gloria que viene de unos a otros, no querían la gloria que viene de solo Dios: y así, siguiendo la gloria que fluye de fuera, tenían gloria no en sí mismos, sino más bien en otros.

5. ¿Quieres saber de dónde le viene al hombre la gloria que habita en él? Lo digo brevemente, ya que la intención se apresura hacia las cosas místicas. Pues me había propuesto investigar diligentemente solo aquello en las palabras proféticas, pero el discurso apostólico sobre la gloria interna y el testimonio de la conciencia, que se presentó a primera vista, me ha vuelto hacia lo moral. Así, pues, habita esta gloria también aquí en nuestra tierra, si la misericordia y la verdad se encuentran, y la justicia y la paz se besan.

Praevenienti siquidem misericordiae veritas nostrae confessionis [alias, conversionis] occurrat necesse est, ac de caetero sanctimoniam sectemur et pacem, sine qua nemo videbit Deum. Ubi enim compungitur quis, jam tunc eum misericordia praevenit; sed nequaquam ingredietur, donec ei veritas confessionis occurrat. Peccavi Domino, ait ipse David ad Nathan prophetam, cum de adulterio et homicidio argueretur. Et transtulit Dominus peccatum tuum a te, ait propheta (II Reg. XII, 13). Nimirum misericordia et veritas obviaverunt sibi. Et hoc quidem, ut declines a malo. Jam vero ut facias bonum, in tympano et choro tibi psallendum est, ut ipsa mortificatio carnis tuae, et poenitentiae fructus ac justitiae opera in unitate et concordia fiant (quoniam unitas spiritus, vinculum est perfectionis); neque ad dexteram, neque ad sinistram declinaveris. Sunt enim quorum dextera est dextera iniquitatis. Pharisaeus ille, cujus supra meminimus, non erat sicut caeteri hominum (Luc. XVIII, 11); sed ipse sibi, ut diximus, testimonium perhibuit, sed non verum. Sane quisquis ille est, in quo misericordia et veritas obviaverunt sibi, justitia et pax osculatae sunt, secure glorietur; sed glorietur in eo qui sibi testimonium perhibet, in spiritu utique veritatis.

6. Ut inhabitet gloria in terra nostra, misericordia et veritas obviaverunt sibi, justitia et pax osculatae sunt. Si gloria Patris Filius sapiens, cum sit Sapientia ipsa sapientior nemo; liquet profecto gloriam Patris Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam esse. Quia ergo multifarie, multisque modis de eo praedictum fuerat in prophetis (Hebr. I, 1), quod in terris videndus esset, et inter homines conversaturus; quonam modo id factum sit, et impletis quae de eo per os omnium prophetarum praedicta fuerant, habitaverit gloria in terra nostra, Psalmista indicat his verbis, ac si manifestius dicat: Ut verbum caro fieret et habitaret in nobis, misericordia et veritas obviaverunt sibi, justitia et pax osculatae sunt. Magnum sacramentum, fratres, et diligentius perscrutandum, nisi et intellectus mysterio, et ipsi quoque intellectui verba deessent. Dico tamen utcunque modicum id quod sentio, si forte vel occasionem dedisse videar sapienti. Videre mihi videor, dilectissimi, quatuor virtutibus his amictum primum hominem ab ipso suae creationis exordio, et, ut propheta meminit, vestimento salutis indutum (Isai. LXI, 10). Est enim in his quatuor salutis integritas, nec sine his omnibus potest constare salus; praesertim cum nec possent esse virtutes, si ab invicem separentur. Acceperat ergo homo misericordiam, custodem scilicet atque pedisequam, ut ipsa praeveniret, ipsa et sequeretur eum, ipsa quoque protegeret et conservaret ubique.

Pues es necesario que la verdad de nuestra confesión [u, conversión] salga al encuentro de la misericordia que nos previene, y por lo demás sigamos la santidad y la paz, sin la cual nadie verá a Dios. Pues dondequiera que alguien se compunge, ya entonces la misericordia lo previene; pero de ningún modo entrará hasta que la verdad de la confesión le salga al encuentro. He pecado contra el Señor, dijo el mismo David al profeta Natán, cuando era reprendido por el adulterio y el homicidio. Y el Señor ha trasladado de ti tu pecado, dijo el profeta (2 Sam 12, 13). Sin duda, la misericordia y la verdad se encontraron. Y esto, por cierto, para que te apartes del mal. Ahora bien, para que hagas el bien, debes salmear con el tambor y el coro, de modo que la misma mortificación de tu carne, y los frutos de la penitencia y las obras de justicia se realicen en unidad y concordia (ya que la unidad del espíritu es el vínculo de la perfección); y no te desviarás ni a la derecha ni a la izquierda. Pues hay quienes cuya diestra es diestra de iniquidad. Aquel fariseo, que mencionamos arriba, no era como los demás hombres (Lc 18, 11); sino que él mismo se dio testimonio a sí mismo, como dijimos, pero no verdadero. Ciertamente, quienquiera que sea aquel en quien la misericordia y la verdad se han encontrado, la justicia y la paz se han besado, gloríese seguro; pero gloríese en aquel que le da testimonio, en el espíritu de la verdad ciertamente.

6. Para que la gloria habite en nuestra tierra, la misericordia y la verdad se han encontrado, la justicia y la paz se han besado. Si el Hijo es la gloria sabia del Padre, ya que nadie es más sabio que la Sabiduría misma; consta por cierto que Cristo, virtud de Dios y sabiduría de Dios, es la gloria del Padre. Porque, por tanto, se había predicho de él en los profetas de muchas maneras y en diversos modos (Heb 1, 1) que sería visto en la tierra y conversaría entre los hombres; de qué modo se haya hecho eso, y habiéndose cumplido lo que se había predicho de él por boca de todos los profetas, haya habitado la gloria en nuestra tierra, el Salmista lo indica con estas palabras, como si dijera más claramente: Para que el Verbo se hiciera carne y habitara entre nosotros, la misericordia y la verdad se han encontrado, la justicia y la paz se han besado. Gran sacramento, hermanos, y para ser escudriñado más diligentemente, si no faltaran palabras tanto para el misterio como para el entendimiento mismo. Sin embargo, digo de algún modo lo poco que siento, por si acaso pareciera haber dado una ocasión al sabio. Me parece ver, amadísimos, al primer hombre revestido de estas cuatro virtudes desde el comienzo mismo de su creación, y, como menciona el profeta, vestido con la vestidura de la salvación (Is 61, 10). Pues en estas cuatro está la integridad de la salvación, ni sin todas estas puede constar la salvación; sobre todo porque ni podrían ser virtudes si se separaran entre sí. Había recibido el hombre la misericordia, a saber, como custodia y servidora, para que ella le precediera, ella le siguiera, ella también lo protegiera y conservara en todas partes.

Vides qualem nutritium contulit parvulo suo Deus, qualem dedit pedisequam homini recens orto. Sed erat illi necessarius etiam eruditor, tanquam ingenuae et rationabili creaturae, ut non sicut jumentum aliquod custodiretur, sed tanquam parvulus educaretur. Cui sane magisterio nemo poterat aptior inveniri, quam veritas ipsa, quae eum in agnitionem summae perduceret aliquando Veritatis. Interim vero ne sapiens inveniretur ut malum faceret, essetque peccatum ei tanquam scienti bonum, et minime facienti, justitiam quoque, qua regeretur, accepit. Adhuc autem et pacem, qua foveretur et delectaretur, addidit manus benignissima Creatoris: pacem utique duplicem, ut nec intus pugnae, nec foris timores, id est nec caro concupisceret adversus spiritum, nec esset ei creatura ulla formidini. Nam et bestiis omnibus libere imposuit nomina, et serpens ipse, quod violentia non praesumpsit, fraude magis eum aggressus est. Quid huic deerat, quem misericordia 974 custodiebat, docebat veritas, regebat justitia, pax fovebat?

7. Sed heu! homo iste, ad multam perniciem et insipientiam sibi, descendit de Jerusalem in Jericho: siquidem incidit in latrones, a quibus et ante omnia legitur despoliatus (Luc. X, 30). Annon despoliatus, qui Domino veniente nudum se esse conqueritur? Nec vero poterat revestiri, vel ablata sibi recipere vestimenta, nisi Christus amitteret sua. Sicut enim vivificari in anima nisi interveniente corporali morte Christi non potuit, ita nec revestiri sine ejus despoliatione. Et vide, si non propter has quatuor partes vestimenti, quod amiserat primus et vetus homo, in totidem quoque divisa sunt secundi et novi hominis vestimenta. An forte quaeris et tunicam inconsutilem, quae non dividitur, sed sorte provenit? Ego divinam arbitror esse imaginem, quae nimirum non assuta, sed insita atque ipsi impressa naturae, dividi scindique non potest. Ad imaginem nempe et similitudinem Dei factus est homo, in imagine arbitrii libertatem, virtutes habens in similitudine. Et similitudo quidem periit, verumtamen in imagine pertransit homo. Imago siquidem in gehenna ipsa uri poterit, non exuri; ardere, sed non deleri. Haec ergo non scinditur, sed sorte provenit. Et quocunque perveniat anima, simul et ipsa ibi erit. Nam similitudo non sic; sed aut manet in bono, aut, si peccaverit anima, mutatur miserabiliter, jumentis insipientibus similata.

Mira qué clase de nodriza otorgó Dios a su pequeño, qué clase de servidora dio al hombre recién nacido. Pero le era necesario también un instructor, como a criatura noble y racional, para que no fuera custodiado como un jumento cualquiera, sino educado como un niño pequeño. Para cuyo magisterio ciertamente nadie podía encontrarse más apto que la Verdad misma, que lo condujera alguna vez al conocimiento de la suma Verdad. Mientras tanto, para que no se encontrara sabio para hacer el mal, y el pecado le fuera como a quien conoce el bien y no lo hace, recibió también la justicia por la cual fuera regido. Además, la mano benignísima del Creador añadió la paz por la cual fuera fomentado y deleitado: una paz ciertamente doble, de modo que ni hubiera luchas por dentro ni temores por fuera, es decir, ni la carne codiciara contra el espíritu, ni criatura alguna le fuera motivo de temor. Pues impuso libremente nombres a todas las bestias, y la serpiente misma, lo que no presumió por la violencia, lo intentó más bien por el fraude. ¿Qué le faltaba a este hombre, a quien la misericordia custodiaba, la verdad enseñaba, la justicia regía, la paz fomentaba?

7. ¡Pero ay! este hombre, para mucha perdición e insensatez suya, descendió de Jerusalén a Jericó: pues cayó entre ladrones, por quienes se lee que fue ante todo despojado (Lc 10, 30). ¿Acaso no fue despojado quien, al venir el Señor, se queja de estar desnudo? Ni ciertamente podía ser revestido, o recibir las vestiduras que se le habían quitado, si Cristo no perdiera las suyas. Pues así como no pudo ser vivificado en el alma si no intervenía la muerte corporal de Cristo, así tampoco pudo ser revestido sin su despojo. Y mira si, por estas cuatro partes de la vestidura que había perdido el primer y viejo hombre, no fueron divididas en otras tantas las vestiduras del segundo y nuevo hombre. ¿O tal vez buscas también la túnica inconsútil, que no se divide sino que se sortea? Yo juzgo que es la imagen divina, que ciertamente no está cosida, sino insertada e impresa en la naturaleza misma, y no puede ser dividida ni rasgada. Pues a imagen y semejanza de Dios fue hecho el hombre, teniendo en la imagen la libertad del arbitrio, y las virtudes en la semejanza. Y la semejanza ciertamente pereció, pero en la imagen pasa el hombre. Pues la imagen podrá ser quemada en el infierno mismo, pero no consumida; arder, pero no borrarse. Esta, pues, no se rasga, sino que se sortea. Y dondequiera que llegue el alma, al mismo tiempo ella estará allí. Pues la semejanza no es así; sino que o permanece en el bien, o, si la alma peca, se cambia miserablemente, asemejada a los jumentos insensatos.

8. Sed quia spoliatum virtutibus quatuor hominem diximus, quonam modo singulis sit spoliatus, congruum est ut dicamus. Perdidit homo justitiam, cum Eva serpentis, Adam mulieris voci obedivit potius quam divinae. Erat tamen residuum aliquid, quod apprehendere possent, idque Dominus suo illo scrutinio innuebat; sed abjecerunt etiam illud, conversi in verba malitiae, ad excusandas excusationes in peccatis. Prior enim justitiae portio non peccare, secunda per poenitentiam damnare peccatum. Perdidit et misericordiam, cum sic exarsit Eva in concupiscentia sua, ut nec sibi, nec vito, nec filiis parceret nascituris, simul omnes terribili maledicto et necessitati mortis addicens. Adam quoque indignationi divinae mulierem, pro qua peccaverat, objecit, quasi post tergum ejus volens declinare sagittam. Vidit enim mulier lignum quod esset pulchrum visu, et ad vescendum suave, et a serpente audierat tanquam deos se futuros. Funiculus triplex difficile rumpitur, curiositatis, voluptatis, et vanitatis. Haec sola mundus habet, concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, et superbiam vitae. His abstracta et illecta misericordiam omnem crudelis mater abjecit. Sic et Adam, qui mulieri male misertus est ut cum ea peccaret, bene noluit misereri, ut poenam sustineret [alias, aut poenam sustinere] pro ea. Privata est etiam mulier veritate, primo quidem male detorquens quod audierat, Morte morieris (Gen. II, 17); et dicens, Ne forte moriamur: demum serpenti credens, penitus abneganti et dicenti, Nequaquam moriemini. Privatus est et Adam veritate, ubi eam confiteri erubuit, folia, hoc est excusationum operimenta, praetendens. Siquidem ipsa dicit: Qui erubuerit me coram hominibus, erubescam et ego eum coram Patre meo (Luc. IX, 26). Pacem quoque protinus amiserunt, quia non est pax impiis, dicit Dominus (Isai. XLVIII, 22). Nonne enim contrariam legem invenerant in membris suis, quos de novo pudere coeperat nuditatis? Timui ego, inquit, eo quod nudus essem (Gen. III). Non sic miser, non sic paulo ante timebas: non quaerebas folia, licet corpore nudus, sicut et modo.

9. Ex hoc sane (ut Prophetae ipsius parabolam prosequamur, qui sibi obviasse eas, et reconciliatas in osculo memoravit) gravis quaedam inter virtutes videtur orta contentio. Siquidem veritas et justitia miserum affligebant: pax et misericordia zeli hujus expertes judicabant magis esse parcendum. Sunt etenim collactaneae hae duae sibi, quemadmodum et priores. Unde et factum est ut perseverantibus illis in ultione, et praevaricatorem hinc inde caedentibus, et praesentes 975 molestias futuri cumulantibus comminatione supplicii, illae secederent in cor Patris, redeuntes ad Dominum qui illas dedit.

8. Pero ya que dijimos que el hombre fue despojado de las cuatro virtudes, es conveniente que digamos de qué modo fue despojado de cada una. Perdió el hombre la justicia cuando Eva obedeció a la voz de la serpiente, y Adán a la voz de la mujer, antes que a la divina. Quedaba, sin embargo, algo que podían aprehender, y el Señor lo indicaba en aquel escrutinio suyo; pero desecharon también aquello, volviéndose a palabras de malicia para excusar excusas en los pecados. Pues la primera porción de la justicia es no pecar, la segunda condenar el pecado por la penitencia. Perdió también la misericordia cuando Eva se encendió de tal modo en su concupiscencia que no se perdonó ni a sí misma, ni a su marido, ni a los hijos que habían de nacer, condenando a todos a la vez al terrible anatema y a la necesidad de la muerte. También Adán opuso a la indignación divina a la mujer por la cual había pecado, queriendo como desviar la saeta detrás de la espalda de ella. Vio, pues, la mujer que el árbol era hermoso a la vista y suave para comer, y había oído de la serpiente que serían como dioses. El cordón triple difícilmente se rompe: de la curiosidad, del placer y de la vanidad. Estas solas cosas tiene el mundo: la concupiscencia de la carne, la concupiscencia de los ojos y la soberbia de la vida. Abstraída y seducida por estas, la madre cruel desechó toda misericordia. Así también Adán, que malamente se compadeció de la mujer para pecar con ella, bien no quiso compadecerse para sostener [u, o sostener] la pena por ella. Privada fue también la mujer de la verdad, primero ciertamente torciendo mal lo que había oído: Morirás de muerte (Gén 2, 17); y diciendo: No sea que muramos: finalmente creyendo a la serpiente, que negaba totalmente y decía: De ningún modo moriréis. Privado fue también Adán de la verdad, allí donde se avergonzó de confesarla, pretendiendo hojas, esto es, coberturas de excusas. Pues ella misma dice: Quien se avergonzare de mí ante los hombres, me avergonzaré yo también de él ante mi Padre (Lc 9, 26). La paz también la perdieron al instante, porque no hay paz para los impíos, dice el Señor (Is 48, 22). ¿Acaso no habían encontrado una ley contraria en sus miembros aquellos que de nuevo habían comenzado a avergonzarse de la desnudez? Tuve miedo, dijo, por cuanto estaba desnudo (Gén 3). No así, miserable, no así temías poco antes: no buscabas hojas, aunque desnudo de cuerpo, como ahora.

9. De esto ciertamente (para seguir la parábola del mismo Profeta, que recordó que se encontraron y se reconciliaron en el beso) parece haber surgido una grave contienda entre las virtudes. Pues la verdad y la justicia afligían al miserable: la paz y la misericordia, ajenas a este celo, juzgaban que se debía perdonar más bien. Pues estas dos son hermanas de leche entre sí, al igual que las anteriores. Por lo cual también sucedió que, mientras aquellas persistían en la venganza, y golpeaban al prevaricador de una y otra parte, y acumulaban las molestias presentes 975 con la conminación del suplicio futuro, aquellas otras se retiraron al corazón del Padre, volviendo al Señor que las dio.

Solus siquidem ipse cogitabat cogitationes pacis, cum afflictionis plena omnia viderentur. Siquidem non cessabat pax, non ei misericordia dabat silentium, sed pio quodam susurrio paterna pulsantes viscera loquebantur: Nunquid in aeternum projiciet Deus? aut non apponet ut complacitior sit adhuc? Nunquid obliviscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas? (Psal. LXXVI, 8, 10). Et quamvis diu multumque visus sit dissimulare Pater miserationum, ut interim satisfaceret zelo justitiae et veritatis; non tamen infructuosa fuit supplicantium importunitas, sed exaudita est in tempore opportuno.

10. Forte enim interpellantibus tale dicatur dedisse responsum: Usquequo preces vestrae? Debitor sum et sororibus vestris, quas accinctas videtis ad faciendam vindictam in nationibus; justitiae et veritati. Vocentur, veniant, et super hoc verbo pariter conferamus. Festinant ergo legati coelestes, et ut viderunt miseriam hominum et crudelem plagam, ut propheta loquitur, Angeli pacis amare flebant (Isai. XXXIII, 7). Qui enim fidelius quaererent aut rogarent quae ad pacem sunt, quam angeli pacis? Sane ex deliberatione communi ascendit veritas ad constitutam diem, sed ascendit usque ad nubes: necdum plane lucida, sed subobscura et obnubilata adhuc zelo indignationis. Factumque est ut legimus in Propheta: Domine, in coelo misericordia tua, et veritas tua usque ad nubes (Psal. XXXV, 6). Medius autem Pater luminum residebat, et utraque pro parte sua utilius quod habebat loquebatur. Quis putas illi colloquio meruit interesse, et indicabit nobis? quis audivit, et enarrabit? Forte inenarrabilia sunt, et non licet homini loqui. Summa tamen controversiae totius haec fuisse videtur. Eget miseratione creatura rationalis, ait Misericordia, quoniam misera facta est, et miserabilis valde. Venit tempus miserendi ejus, quia jam praeteriit tempus. Econtra Veritas: Oportet, inquit, impleri sermonem quem locutus es, Domine. Totus moriatur Adam necesse est cum omnibus qui in eo erant, qua die vetitum pomum in praevaricatione gustavit. Utquid ergo, ait Misericordia, utquid me genuisti pater citius perituram? Scit enim Veritas ipsa quoniam misericordia tua periit, et nulla est, si non aliquando miserearis. Similiter autem e contrario et illa loquebatur: Quis enim nesciat quod si praedictam sibi praevaricator sententiam mortis evaserit, periit, nec permanebit jam in aeternum veritas tua, Domine?

Pues solo él mismo pensaba pensamientos de paz, cuando todo parecía lleno de aflicción. Pues no cesaba la paz, ni la misericordia le daba silencio, sino que, pulsando las entrañas paternas con un piadoso susurro, hablaban: ¿Acaso desechará Dios para siempre? ¿o no volverá a ser aún más propicio? ¿Acaso olvidará Dios tener misericordia? ¿o contendrá en su ira sus misericordias? (Sal 76, 8, 10). Y aunque por mucho tiempo pareció disimular el Padre de las misericordias, para satisfacer entretanto al celo de la justicia y de la verdad; no fue, sin embargo, infructuosa la importunidad de las suplicantes, sino que fue escuchada en el tiempo oportuno.

10. Pues tal vez se diga que a las que interpelaban se les dio tal respuesta: ¿Hasta cuándo vuestras súplicas? Deudor soy también de vuestras hermanas, a quienes veis ceñidas para hacer venganza en las naciones; a la justicia y a la verdad. Que sean llamadas, que vengan, y deliberemos paritariamente sobre esta palabra. Se apresuran, pues, los mensajeros celestiales, y al ver la miseria de los hombres y la cruel llaga, como habla el profeta, los ángeles de la paz lloraban amargamente (Is 33, 7). Pues ¿quiénes buscarían o pedirían más fielmente lo que conduce a la paz que los ángeles de la paz? Ciertamente, por deliberación común subió la verdad al día señalado, pero subió hasta las nubes: todavía no plenamente lúcida, sino algo oscura y nublada aún por el celo de la indignación. Y sucedió como leemos en el Profeta: Señor, en el cielo está tu misericordia, y tu verdad hasta las nubes (Sal 35, 6). En medio residía el Padre de las luces, y cada una por su parte hablaba lo que consideraba más útil. ¿Quién piensas que mereció estar presente en aquel coloquio, y nos lo indicará? ¿quién oyó, y lo narrará? Tal vez son cosas inefables, y no le es lícito al hombre hablarlas. Sin embargo, la suma de toda la controversia parece haber sido esta. Necesita la criatura racional de misericordia, dijo la Misericordia, porque se ha vuelto mísera, y muy miserable. Ha llegado el tiempo de tener misericordia de ella, porque ya pasó el tiempo. Por el contrario la Verdad: Conviene, dijo, que se cumpla la palabra que hablaste, Señor. Es necesario que muera todo Adán con todos los que en él estaban, el día que gustó el fruto prohibido en la prevaricación. ¿Para qué pues, dijo la Misericordia, para qué me engendraste, padre, para perecer más pronto? Pues la misma Verdad sabe que tu misericordia perece, y es nada, si no tienes alguna vez misericordia. Del mismo modo, sin embargo, por el contrario también ella hablaba: Pues ¿quién no sabría que si el prevaricador escapara de la sentencia de muerte que se le predijo, perece y ya no permanecerá por siempre tu verdad, Señor?

11. Ecce vero unus de cherubin [additur alias, id est magni consilii Angelus] ad regem Salomonem suggerit esse mittendas; quoniam Filio, inquit, datum est omne judicium (Joan. V, 22). Et in ejus ergo conspectu Misericordia et Veritas obviaverunt sibi, eadem quae supra meminimus verba querimoniae repetentes. Fateor, ait Veritas, zelum bonum Misericordia habet, sed utinam secundum scientiam. Nunc autem quid praevaricatori potius quam sorori judicat esse parcendum? At tu, inquit Misericordia, neutri parcis, sed tanta indignatione saevis in praevaricatori, ut involvas pariter et sororem. Quid mali merui? Si quid habes adversum me, dicito mihi: sin autem, quid me persequeris? Grandis controversia, fratres, et intricata nimium disceptatio. Quis non illic diceret: Bonum nobis erat si natus non fuisset homo iste? Sic erat, dilectissimi, omnino sic erat: non videbatur quomodo simul possent erga hominem Misericordia et Veritas conservari. Cumque adjiceret Veritas in ipsum quoque Judicem partis suae injuriam retorqueri [alias, merita retorquere], dicens cavendum omnino ne fieret irritum verbum Patris, ne sermo vivus et efficax qualibet occasione evacuaretur: Parcite, quaeso, ait Pax, parcite verbis hujusmodi. Non nos talis altercatio decet: virtutum est inhonesta contentio.

12. Porro Judex inclinans se, digito scribebat in terra. Erant autem verba Scripturae, quae Pax ipsa legit in auribus omnium (ea siquidem propius assidebat): Haec dicit, Perii, si Adam non moriatur; et haec dicit: 976 Perii, nisi misericordiam consequatur. Fiat mors bona, et habet utraque quod petit. Obstupuere omnes in verbo sapientiae et forma compositionis pariter atque judicii: siquidem manifestum fuit nullam eis querimoniae occasionem relinqui; siquidem fieri posset quod utraque petebat, ut et moreretur, et misericordiam consequeretur. Sed id quomodo fiet, inquiunt? Mors crudelissima, et amarissima est, mors terribilis, et ipso horrenda auditu. Bona fieri quanam ratione poterit? At ille: Mors, inquit, peccatorum pessima, sed pretiosa fieri potest mors sanctorum. Annon pretiosa erit, si fuerit janua vitae, porta gloriae? Pretiosa, inquiunt. Sed quomodo fiet istud? Fieri, ait, potest, si ex charitate moriatur quis, utique qui nihil debeat morti. Neque enim detinere poterit mors innoxium, sed forabitur, ut scriptum est, maxilla Leviathan (Job XL, 19), et destruetur paries medius, solveturque chaos magnum, quod inter mortem vitamque firmatum est. Nimirum charitas fortis ut mors, imo et fortior morte, si fortis illius intraverit atrium, alligabit eum, et diripiet utique vasa ejus, sed et ipso transitu suo ponet profundum maris viam, ut transeant liberati.

11. Pero he aquí que uno de los querubines [se añade en otro lugar, esto es, el Ángel del gran consejo] sugiere que se debe acudir al rey Salomón; ya que al Hijo, dijo, se le ha dado todo juicio (Jn 5, 22). Y en su presencia, por tanto, la Misericordia y la Verdad se encontraron, repitiendo las mismas palabras de queja que mencionamos arriba. Confieso, dijo la Verdad, que la Misericordia tiene un buen celo, pero ojalá fuera según ciencia. Pero ahora ¿por qué juzga que se debe perdonar al prevaricador antes que a la hermana? Pero tú, dijo la Misericordia, no perdonas a ninguno de los dos; sino que con tanta indignación te ensañas con el prevaricador, que envuelves paritariamente a la hermana. ¿Qué mal he merecido? Si tienes algo contra mí, dímelo; si no, ¿por qué me persigues? Grande controversia, hermanos, e intrincada por demás la disputa. ¿Quién no diría allí: Bueno nos fuera si este hombre no hubiera nacido? Así era, amadísimos, totalmente así era: no se veía cómo pudieran conservarse al mismo tiempo hacia el hombre la Misericordia y la Verdad. Y cuando la Verdad añadía que incluso contra el mismo Juez de su parte se retorcía la injuria [u, o retorcía los méritos], diciendo que se debía evitar totalmente que se hiciera irrita la palabra del Padre, que la palabra viva y eficaz fuera evacuada por cualquier ocasión: Calma, os ruego, dijo la Paz, calma con palabras de este tipo. No nos conviene tal altercación: es deshonesta la contienda de las virtudes.

12. Además el Juez, inclinándose, escribía con el dedo en la tierra. Eran las palabras de la Escritura, que la Paz misma leyó a oídos de todos (pues ella estaba sentada más cerca): Esta dice, perezco si Adán no muere; y esta dice: 976 perezco si no alcanza misericordia. Hágase una muerte buena, y cada una tiene lo que pide. Se asombraron todos ante la palabra de sabiduría y la forma de la composición e igualmente del juicio: pues fue manifiesto que no se les dejaba ninguna ocasión de queja; ya que podía hacerse lo que cada una pedía, que muriera y que alcanzara misericordia. Pero ¿cómo se hará eso, dicen? La muerte es crudelísima y amarguísima, la muerte es terrible y horrenda de solo oírla. ¿Por qué razón podrá hacerse buena? Y él: La muerte de los pecadores es pésima, dijo, pero la muerte de los santos puede hacerse preciosa. ¿Acaso no será preciosa si fuera la puerta de la vida, el portal de la gloria? Preciosa, dicen. Pero ¿cómo se hará esto? Puede hacerse, dijo, si alguien muere por caridad, uno que nada deba ciertamente a la muerte. Pues la muerte no podrá detener al inocente, sino que será horadada, como está escrito, la mandíbula de Leviatán (Job 40, 19), y se destruirá la pared intermedia, y se disolverá el gran caos que se ha fijado entre la muerte y la vida. Sin duda la caridad es fuerte como la muerte, incluso más fuerte que la muerte; si el fuerte aquel entrare en su atrio, lo atará y despojará ciertamente sus vasos, y por su mismo tránsito pondrá el profundo del mar como camino para que pasen los liberados.

13. Bonus visus est sermo, utpote fidelis, et omni acceptione dignus. Sed ubi poterit ille innocens inveniri, qui mori velit non ex debito, sed ex voluntate; non ex malo merito, sed ex beneplacito suo? Circuit Veritas orbem terrae; et nemo mundus a sorde, nec infans, cujus est unius diei vita super terram (Job. XIV, 4, 5, juxta LXX). Sed et Misericordia coelum omne perlustrat, et in angelis quoque, ne dixerim pravitatem, minorem tamen invenit charitatem. Nimirum haec victoria alii debebatur, quo majorem charitatem nemo haberet, ut animam suam poneret pro servis inutilibus et indignis. Nam etsi ipse jam non dicit nos servos, hoc ipsum immensae dilectionis est, et eximiae dignationis. Nos autem etsi omnia quae praecepta sunt nobis faceremus, quid aliud dicere deberemus, nisi quod servi inutiles sumus? (Luc. XVII, 10.) Sed quis eum super hoc convenire praesumeret? Redeunt ad constitutam diem veritas et misericordia, anxiae plurimum, non invento quod desiderabant.

14. Tunc vero seorsum pax consolans eas: Vos, inquit, nescitis quidquam, nec cogitatis. Non est qui faciat bonum hoc, non est usque ad unum. Qui consilium dedit, ferat auxilium. Intellexit rex quid loqueretur, et ait: Poenitet me fecisse hominem (Gen. VI, 7). Poena, inquit, me tenet, mihi incumbit sustinere poenam, poenitentiam agere pro homine quem creavi. Tunc ergo dixit: Ecce venio. Non enim potest hic calix transire, nisi bibam illum. Et accersito protinus Gabriele: Vade, inquit, dic filiae Sion: Ecce rex tuus venit (Zach. IX, 9). Festinavit ille, et ait: Adorna thalamum tuum, Sion, et suscipe regem. Porro venturum regem misericordia et veritas praevenerunt, sicut scriptum est: Misericordia et veritas praecedent faciem tuam. Justitia thronum praeparat, secundum illud: Justitia et judicium praeparatio sedis tuae (Psal. LXXXVIII, 15). Pax cum rege venit, ut propheta fidelis inveniretur qui dixerat: Pax erit in terra nostra cum venerit. Inde est quod nato Domino angelorum chorus canebat: Pax in terra hominibus bonae voluntatis (Luc. II, 14). Sed et tunc justitia et pax osculatae sunt, quae non modice videbantur hactenus dissidere. Prior enim, si qua erat ex lege justitia, non osculum, sed aculeum magis habebat, urgens magis timore quam provocans dilectione. Sed nec habuit illa reconciliationem, sicut habet nunc quae ex fide noscitur esse justitia. Alioquin quid erat quod nec Abraham, nec Moyses, nec caeteri justi temporis illius, in obitu suo pacem illam beatitudinis aeternae apprehendere, aut regnum pacis poterant introire, nisi quod minime adhuc justitia et pax sese fuerant osculatae? Ex hoc sane, dilectissimi, ferventiore nobis zelo sectanda justitia est; siquidem justitia et pax osculatae sunt, et indissolubile amicitiarum iniere foedus: ut cuicunque testimonium justitiae secum tulerit, hilari vultu jam et amplexibus laetis excipiatur a pace, in idipsum jam dormiens et requiescens.

13. Bueno pareció el discurso, como fiel y digno de toda aceptación. But ¿donde podrá encontrarse aquel inocente que quiera morir no por deuda, sino por voluntad; no por mal mérito, sino por su beneplácito? La Verdad recorre el orbe de la tierra; y nadie está limpio de suciedad, ni el infante cuya vida es de un solo día sobre la tierra (Job 14, 4, 5, según los LXX). Pero también la Misericordia recorre todo el cielo, y aun en los ángeles, no diré depravación, pero encuentra una caridad menor. Sin duda esta victoria se debía a otro, mayor caridad que el cual nadie tuviera, para que pusiera su vida por siervos inútiles e indignos. Pues aunque él mismo ya no nos llame siervos, esto mismo es de inmensa dilección y de eximia dignación. Nosotros, en cambio, aunque hiciéramos todo lo que se nos ha mandado, ¿qué otra cosa deberíamos decir sino que somos siervos inútiles (Lc 17, 10)? Pero ¿quién presumiría convocarlo sobre esto? Vuelven al día señalado la verdad y la misericordia, muy ansiosas, no habiendo encontrado lo que deseaban.

14. Entonces la Paz, consolándolas aparte: Vosotras, dijo, no sabéis nada, ni pensáis. No hay quien haga este bien, no hay ni siquiera uno. Que aquel que dio el consejo, traiga el auxilio. Entendió el rey lo que ella hablaba, y dijo: Me arrepiento de haber hecho al hombre (Gén 6, 7). La pena, dijo, me retiene, me incumbe a mí sostener la pena, hacer penitencia por el hombre que creé. Entonces, pues, dijo: He aquí que vengo. Pues no puede pasar este cáliz si no lo bebo. Y llamado al instante Gabriel: Ve, dijo, di a la hija de Sión: He aquí que viene tu rey (Zac 9, 9). Se apresuró aquel y dijo: Adorna tu tálamo, Sión, y recibe al rey. Además, la misericordia y la verdad precedieron al rey que había de venir, como está escrito: La misericordia y la verdad precederán tu rostro. La justicia prepara el trono, según aquello: La justicia y el juicio son la preparación de tu sede (Sal 88, 15). La paz viene con el rey, para que se encontrara fiel el profeta que había dicho: Habrá paz en nuestra tierra cuando él venga. De ahí que al nacer el Señor, el coro de los ángeles cantaba: Paz en la tierra a los hombres de buena voluntad (Lc 2, 14). Pero también entonces se besaron la justicia y la paz, que hasta ahora se veía que diferían no poco. Pues la anterior, si alguna justicia había por la ley, no tenía beso, sino más bien aguijón, urgiendo más por el temor que provocando por la dilección. Pero tampoco tuvo aquella reconciliación, como la tiene ahora la que se conoce que es justicia por la fe. De otro modo, ¿qué era lo que ni Abraham, ni Moisés, ni los demás justos de aquel tiempo, podían en su muerte alcanzar aquella paz de la bienaventuranza eterna, o entrar en el reino de la paz, sino que hasta ahora de ningún modo se habían besado la justicia y la paz? Por esto ciertamente, amadísimos, con más ferviente celo debemos seguir la justicia; puesto que la justicia y la paz se han besado, y han iniciado un indisoluble pacto de amistades: para que quienquiera que llevare consigo el testimonio de la justicia, sea recibido ya por la paz con rostro alegre y abrazos gozosos, durmiendo y descansando ya en lo mismo.

Sermo II.

De septiformi Spiritu in Christo.

1. Considerare est, fratres, in solemnitate hodierna Dominicae Annuntiationis, velut amoenissimam quamdam planitiem, simplicem nostrae reparationis historiam. Injungitur nova legatio angelo Gabrieli, et novam Virgo professa virtutem, novae salutationis honoratur obsequio. Antiqua excluditur maledictio mulierum, novam nova mater accipit benedictionem. Impletur per gratiam quae concupiscentiam nescit, ut spiritu superveniente Altissimi pariat filium quae virum dedignatur admittere. Intrat ad nos eadem porta salutis antidotum, qua venenum serpentis ingrediens, universitatem generis humani occuparat. Innumeros hujuscemodi flores ex his facile est legere pratis; sed intueor mediam metuendae profunditatis abyssum. Abyssus plane imperscrutabilis, Incarnationis Dominicae sacramentum; abyssus impenetrabilis. Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (Joan. I, 14). Quis enim investiget, quis attingat, quis apprehendat? Puteus altus est, et in quo hauriam non est mihi. Verumtamen solet interdum superposita puteis humectare linteamina vapor exhalans. Propterea sane licet irrumpere verear propriae conscius infirmitatis, frequenter tamen velut super os hujus putei expando ad te, Domine, manus meas, pro eo quod anima mea sicut terra sine aqua tibi. Et nunc si quid est quod, ascendente deorsum nebula, tenuis ebiberit cogitatio; vobis, fratres, modicum illud sine invidia communicare curabo, velut expresso linteamine vel exigua refundens coelestis stillicidia roris.

2. Quaero igitur, qua ratione Filius magis incarnatus sit, quam Pater aut Spiritus sanctus, cum totius Trinitatis non modo aequalis sit gloria, sed una eademque substantia. Sed quis cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit? Altissimum est mysterium, nec nos oportet temere super hujuscemodi praecipitare sententiam. Videtur tamen nec Patris, nec Spriritus incarnationem in pluritate filiorum effugisse confusionem, dum alius Dei, alius filius hominis diceretur. Videtur et illud congruum, ut his specialiter filius fieret, qui filius erat, ne quid esset ambiguitatis in nomine. Denique ipsa est Virginis nostra gloria singularis et excellens praerogativa Mariae, quod filium unum eumdemque cum Deo Patre meruit habere communem, quam sane periisse constat, si non filius incarnaretur. Sed nec nobis alia dari posset occasio similis sperandae salutis et haereditatis. Factus siquidem primogenitus in multis fratribus, qui unigenitus erat, adscisset eos sine dubio in haereditatem, quos vocarit in adoptionem. Si enim fratres, et cohaeredes.

Sermón II.

Sobre el Espíritu septiforme en Cristo.

1. Se puede considerar, hermanos, en la solemnidad de hoy de la Anunciación del Señor, como una llanura amenísima, la simple historia de nuestra reparación. Se encomienda una nueva embajada al ángel Gabriel, y la Virgen, habiendo profesado una nueva virtud, es honrada con el obsequio de una nueva salutación. Se excluye la antigua maldición de las mujeres, una nueva madre recibe una nueva bendición. Se llena por la gracia la que no conoce concupiscencia, para que, sobreviniendo el espíritu del Altísimo, dé a luz un hijo la que se niega a admitir varón. Entra a nosotros por la misma puerta de la salvación el antídoto, por la cual, entrando el veneno de la serpiente, había ocupado la universalidad del género humano. Innumerables flores de este tipo es fácil recoger de estos prados; pero contemplo en medio un abismo de profundidad temible. Abismo plenamente inescrutable, el sacramento de la Encarnación del Señor; abismo impenetrable. El Verbo se hizo carne, y habitó entre nosotros (Jn 1, 14). ¿Quién investigará, quién alcanzará, quién aprehenderá? El pozo es hondo, y no tengo con qué sacar. Sin embargo, suele a veces el vapor que exhala humedecer los lienzos puestos sobre los pozos. Por eso ciertamente, aunque temo irrumpir consciente de mi propia debilidad, frecuentemente sin embargo, como sobre la boca de este pozo, extiendo hacia ti, Señor, mis manos, porque mi alma es para ti como tierra sin agua. Y ahora, si hay algo que, al ascender la niebla desde abajo, haya bebido el tenue pensamiento; cuidaré de comunicaros, hermanos, aquel poco sin envidia, como de un lienzo exprimido derramando siquiera pequeñas gotas de rocío celestial.

2. Pregunto, pues, por qué razón el Hijo se encarnó más bien que el Padre o el Espíritu Santo, siendo así que de toda la Trinidad no solo es igual la gloria, sino que la sustancia es una y la misma. Pero ¿quién conoció el sentido del Señor? ¿o quién fue su consejero? Es un misterio altísimo, y no nos conviene precipitar temerariamente una sentencia sobre cosas de este tipo. Parece, sin embargo, que ni la encarnación del Padre ni la del Espíritu habrían escapado a la confusión en la pluralidad de hijos, al decirse que uno era hijo de Dios y otro hijo del hombre. Parece también conveniente que se hiciera hijo especialmente para estos aquel que era el Hijo, para que no hubiera ambigüedad alguna en el nombre. Finalmente, esta es la gloria singular y la excelente prerrogativa de María nuestra Virgen, que mereció tener un solo y mismo hijo en común con Dios Padre, la cual ciertamente consta que habría perecido si el Hijo no se encarnara. Pero tampoco se nos podría dar otra ocasión similar de esperar la salvación y la herencia. Pues habiéndose hecho el primogénito entre muchos hermanos el que era el unigénito, habría admitido sin duda a la herencia a aquellos que llamó a la adopción. Pues si hermanos, también coherederos.

Hic ergo Christus Jesus, mediator fidelis, sicut in persona una Dei hominisque substantiam copulavit ineffabili sacramento; sic et in ipsa reconciliatione, consilio usus altissimo, mediam non deseruit aequitatem, utrique tribuens quod oportebat, honorem Deo, homini miserationem. Haec enim optima inter offensum Dominum et reum servum forma compositionis, ut nec honorandi Domini zelo servus opprimatur austeriori sententia; nec rursum, dum huic immoderatius condescenditur, ille debito fraudetur honore.

3. Audi igitur et diligenter observa angelicam in hujus mediatoris ortu distributionem. Gloria, inquiunt, in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis (Luc. II, 14). Hujus denique gratia observationis fideli reconciliatori Christo nec timoris spiritus defuit, quo Patri semper reverentiam exhiberet, semper ei deferret, semper gloriam ejus quaereret; nec spiritus pietatis, quo misericorditer compateretur hominibus. Unde et necessarium habuit spiritum quoque scientiae, per quem timoris pariter et pietatis distributio fieret inconfusa. Et nota quod in primo illo parentum nostrorum peccato 978 tres quidem auctores exstiterunt; sed manifeste defuerunt tria tribus. Dico enim Evam, diabolum et Adam. Non habuit Eva scientiam, quae, ut ait Apostolus, seducta est in praevaricationem (I Tim. II, 14). Verum haec quidem serpenti non defuit, qui callidior describitur caeteris animantibus; sed pietatem malignus non habuit, qui ab initio factus est homicida. Adam vero pius forte videtur, mulierem non contristando; sed timorem Domini dereliquit, voci illius magis obediens, quam divinae. Utinam magis timor Domini praevaluisset in eo! sicut de Christo signanter legitur: Quia replevit eum, non pietatis spiritus, sed timoris (Isai. XI, 3). In omnibus enim et per omnia pietati proximorum timor Domini praeferendus est, et solus ipse est qui totum sibi hominem debeat vindicare. In his igitur tribus, timore, pietate et scientia, mediator noster reconciliavit homines Deo; nam in consilio, et fortitudine de manu adversarii liberavit. Consilio siquidem pristino jure privavit hostem, data potestate, ut manus injiceret innocenti: fortitudine praevaluit, ne violenter posset retinere redemptos, dum victor ab inferis rediit, et vita omnium cum eo surrexit.

Este Jesucristo, pues, mediador fiel, así como en una sola persona unió la sustancia de Dios y del hombre por un sacramento inefable; así también en la reconciliación misma, usando un consejo altísimo, no abandonó la equidad intermedia, atribuyendo a cada uno lo que convenía: el honor a Dios, la misericordia al hombre. Pues esta es la mejor forma de composición entre el Señor ofendido y el siervo reo, para que ni por el celo de honrar al Señor sea el siervo oprimido por una sentencia más austera; ni tampoco, mientras se condesciende con este más inmoderadamente, aquel sea defraudado de su debido honor.

3. Escucha, pues, y observa diligentemente la distribución angélica en el nacimiento de este mediador. Gloria, dicen, a Dios en las alturas, y en la tierra paz a los hombres de buena voluntad (Lc 2, 14). Por último, por razón de esta observación, al fiel reconciliador Cristo ni le faltó el espíritu de temor, por el cual siempre exhibiera reverencia al Padre, siempre le difiriera, siempre buscara su gloria; ni el espíritu de piedad, por el cual misericordiosamente se compadeciera de los hombres. Por lo cual también tuvo necesidad del espíritu de ciencia, por el cual se hiciera sin confusión la distribución tanto del temor como de la piedad. Y nota que en aquel primer pecado de nuestros padres 978 existieron ciertamente tres autores; pero manifiestamente faltaron tres cosas a los tres. Digo pues Eva, el diablo y Adán. No tuvo Eva ciencia, la cual, como dice el Apóstol, fue seducida en la prevaricación (1 Tim 2, 14). Pero esta ciertamente no le faltó a la serpiente, que es descrita como más astuta que los demás vivientes; pero el maligno no tuvo piedad, quien desde el principio fue hecho homicida. Adán en cambio parece tal vez piadoso, por no contristar a la mujer; pero abandonó el temor del Señor, obedeciendo a la voz de ella más que a la divina. ¡Ojalá el temor del Señor hubiera prevalecido más en él! como se lee señaladamente de Cristo: Porque lo llenó no el espíritu de piedad, sino de temor (Is 11, 3). Pues en todo y por todo el temor del Señor debe ser preferido a la piedad hacia los prójimos, y solo él es quien debe reclamar para sí a todo el hombre. En estas tres cosas, pues, temor, piedad y ciencia, nuestro mediador reconcilió a los hombres con Dios; pues en el consejo y la fortaleza los liberó de la mano del adversario. Pues por el consejo privó al enemigo de su antiguo derecho, dándosele potestad para que pusiera las manos en el inocente; por la fortaleza prevaleció, para que no pudiera retener violentamente a los redimidos, mientras el vencedor regresó de los infiernos, y la vida de todos resucitó con él.

4. Exinde cibat nos pane vitae et intellectus, et potat aqua sapientiae salutaris. Est enim intellectus rerum spiritualium et invisibilium, verus animae panis, confirmans cor nostrum, et ad omne opus bonum roborans in omni exercitatione spirituali. Carnalis homo, qui non percipit ea quae sunt spiritus Dei, sed stultitia ei videntur, gemat et lugeat, dicens: Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum (Psal. CI, 5). Ecce enim mera et perfect truth est, non prodesse homini, si universum mundum lucretur, animae autem suae detrimentum faciat. Sed quando id capere possit avarus? Sine causa laborat, quisquis ei id persuadere conatur. Utquid hoc? Nempe quia stultitia illi videtur. Quid verius quam jugum Christi esse suave? Appone homini saeculari, et vide si non magis lapidem quam panem reputabit. Et certe hujusmodi intelligentia veritatis internae vivit anima, et hic est spiritualis cibus. Non enim in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei (Deut. VIII, 3). Verumtamen donec sapiat tibi veritas, non sine difficultate ad interiora trajicitur. Ubi vero coeperis in ea oblectari, jam non cibus, sed potus est: et sine difficultate intrat in animam, quo videlicet spiritualis cibus intelligentiae potu sapientiae digeratur, ne ipsius interioris hominis artibus, id est affectibus, siccitate laborantibus, oneri magis sit quam utilitati.

3. Ex omnibus ergo quae salvandis populis fuerant necessaria, nihil penitus defuit Salvatori. Ipse est enim, de quo praecinit Isaias: Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini (Isai. XI, 1-3). Illud sane diligenter attende, quod florem hunc de radice, non de virga dixerit ascensurum. Etenim si nova Christi caro in Virgine creata esset ex nihilo (quod aestimaverunt nonnulli); non de radice flos, sed forte de virga dici poterat ascendisse. Nunc autem qui prodiit ex radice, sine dubio ab origine communem probatur habuisse materiam. Nam quod super eum Spiritus requievit, nihil in eo contradictionis fuisse declarat. In nobis enim quia non omnino superior est spiritus, non requiescit, carne nimirum adversus spiritum, et spiritu adversus carnem concupiscente: a quo conflictu nos liberet, in quo nihil simile fuit, novus homo et verus homo, qui veram carnis nostrae suscepit originem, sed fermentum vetus concupiscentiae non suscepit.

Sermo III.

De muliere adultera (Joan. VIII, 3-11); de Susanna (Dan. XIII): de B. Maria (Luc. I, 26-38).

4. Desde entonces nos alimenta con el pan de la vida y del entendimiento, y nos da a beber el agua de la sabiduría saludable. Pues el entendimiento de las cosas espirituales e invisibles es el verdadero pan del alma, que confirma nuestro corazón y nos robustece para toda obra buena en todo ejercicio espiritual. Pero el hombre carnal, que no percibe las cosas que son del espíritu de Dios, sino que le parecen estupidez, gima y lamente diciendo: Se secó mi corazón, porque olvidé comer mi pan (Sal 101, 5). Pues he aquí que es verdad pura y perfecta que no aprovecha al hombre si ganara todo el mundo, pero hiciera detrimento de su alma. Pero ¿cuándo podría captar eso el avaro? Sin causa trabaja quienquiera que intente persuadirlo de ello. ¿Para qué esto? Sin duda porque le parece estupidez. ¿Qué hay más verdadero que el yugo de Cristo es suave? Ponlo ante un hombre mundano, y mira si no lo reputará piedra más bien que pan. Y ciertamente por este tipo de inteligencia de la verdad interna vive el alma, y este es el alimento espiritual. Pues no solo de pan vive el hombre, sino de toda palabra que procede de la boca de Dios (Deut 8, 3). Sin embargo, hasta que te sepa bien la verdad, no se traslada a lo interior sin dificultad. Pero cuando hayas comenzado a deleitarte en ella, ya no es comida, sino bebida: y entra sin dificultad en el alma, por lo cual ciertamente el alimento espiritual de la inteligencia se digiera con la bebida de la sabiduría, para que por las artes [u, afectos] del mismo hombre interior, que trabajan con sequedad, no sea más una carga que una utilidad.

3. De todas las cosas, pues, que habían sido necesarias para salvar a los pueblos, nada faltó absolutamente al Salvador. Él mismo es, pues, de quien profetizó Isaías: Saldrá una vara de la raíz de Jesé, y una flor de su raíz ascenderá, y reposará sobre él el espíritu del Señor, espíritu de sabiduría y de entendimiento, espíritu de consejo y de fortaleza, espíritu de ciencia y de piedad, y lo llenará el espíritu del temor del Señor (Is 11, 1-3). Atiende diligentemente a aquello, que dijo que esta flor habría de ascender de la raíz, no de la vara. Pues ciertamente si la nueva carne de Cristo hubiera sido creada de la nada en la Virgen (lo que algunos estimaron); no de la raíz la flor, sino tal vez de la vara se podría decir que ascendió. Ahora bien, quien salió de la raíz, sin duda se prueba que tuvo materia común desde el origen. Pues el que el Espíritu reposara sobre él, declara que nada de contradicción hubo en él. Pues en nosotros, porque no es totalmente superior el espíritu, no reposa, codiciando ciertamente la carne contra el espíritu, y el espíritu contra la carne: de cuyo conflicto nos libre el hombre nuevo y hombre verdadero, en quien nada hubo similar, que asumió el verdadero origen de nuestra carne, pero no asumió el viejo fermento de la concupiscencia.

Sermón III.

Sobre la mujer adúltera (Jn 8, 3-11); sobre Susana (Dan 13); sobre la Bienaventurada María (Lc 1, 26-38).

1. Quam dives es in misericordia, quam magnificus in justitia, in gratia quam munificus, Domine Deus noster! Non est qui similis sit tibi, munerator copiosissime, remunerator aequissime, piissime liberator! Gratis respicis humiles, juste judicas innocentes, misericorditer salvas etiam peccatores. Haec sunt, dilectissimi, quae nobis in mensa divitis hujus patrisfamilias sanctarum testimoniis Scripturarum, hodie quidem, si diligenter advertimus, solito copiosius apponuntur. Nimirum hanc nobis copiam praestant, quae pariter convenerunt, sacrum videlicet tempus Quadragesimae, et sacratissima dies Annuntiationis Dominicae. Hodie enim in auribus nostris deprehensam in adulterio mulierem indulgentia Redemptoris absolvit, hodie innoxium Susannae sanguinem liberavit, hodie quoque beatam Virginem singulari munere gratuitae benedictionis implevit. Magnum convivium, ubi pariter nobis misericordia, justitia et gratia apponuntur! Nunquid non misericordia esca hominum? Salutaris omnino et efficax ad medelam. Nunquid non etiam justitia panis cordis? Et quidem optime confirmans illud, utpote cibus solidus ad nutrimentum. Denique beati qui esuriunt illum, quoniam ipsi saturabuntur (Matth. V, 6). Nunquid non cibus animae gratia Dei sui? Dulcissimus sane, et omnem habens in se suavitatem et delectamentum saporis; imo vero haec sibi omnia pariter vindicans, non modo delectat, sed et reficit, et medetur.

2. Accedamus ad mensam hanc, fratres mei, et ex singulis dapibus vel modicum aliquid degustemus. In lege Moyses mandavit hujusmodi lapidare, aiunt de peccatrice peccatores, de adultera Pharisaei. Sed ad duritiam lapidei cordis vestri ille locutus est. Jesus autem inclinavit se. Domine, inclina coelos tuos, et descende (Psal. CXLIII, 5). Inclinans se, et ad misericordiam flexus (neque enim Judaici cordis erat), digito scribebat, non jam in lapide, sed in terra. Neque hoc tantum semel, sed hic quoque duplex scriptura, sicut apud Moysen tabulae duae. Et forte veritatem et gratiam scribens, et iterum scribens terrae impressisse videtur, secundum quod Joannes apostolus ait: Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est (Joan. I, 17). Considera denique an videri possit de tabula veritatis legisse, unde refelleret Pharisaeos: Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem mittat. Verum quidem abbreviatum, sed vivum et efficax, et ancipiti gladio penetrabilius. Quam graviter enim ad verbum hoc saxea corda transfossa, quam vehementer hoc uno lapillo contritae sint lapideae frontes, rubor ipse confusionis et clandestinus probavit abscessus. Meruit quidem adultera lapidari: sed is punire gestiat, qui dignus non est etiam ipse puniri. Is praesumat a peccatrice exigere ultionem, qui eamdem excipere non meretur. Alioquin ipse sibi vicinior, a se incipiat: in se prius sententiam ferat, exerceatque vindictam. Haec Veritas.

1. ¡Cuán rico eres en misericordia, cuán magnífico en justicia, en gracia cuán munífico, Señor Dios nuestro! No hay quien sea semejante a ti, remunerador copiosísimo, remunerador justísimo, ¡piadosísimo libertador! Graciosamente miras a los humildes, justamente juzgas a los inocentes, misericordiosamente salvas incluso a los pecadores. Estas son, amadísimos, las cosas que se nos ponen en la mesa de este rico padre de familia por los testimonios de las sagradas Escrituras, hoy ciertamente, si atendemos diligentemente, más copiosamente de lo acostumbrado. Sin duda nos proporcionan esta abundancia las cosas que concurrieron paritariamente, a saber, el tiempo sagrado de la Cuaresma y el día sacratísimo de la Anunciación del Señor. Pues hoy en nuestros oídos la indulgencia del Redentor absolvió a la mujer sorprendida en adulterio, hoy liberó la sangre inocente de Susana, hoy también llenó a la bienaventurada Virgen con el don singular de la bendición gratuita. ¡Gran banquete, donde paritariamente se nos sirven la misericordia, la justicia y la gracia! ¿Acaso no es la misericordia alimento de los hombres? Saludable totalmente y eficaz para la medicina. ¿Acaso no es también la justicia pan del corazón? Y ciertamente lo confirma óptimamente, como alimento sólido para el nutrimento. Finalmente, bienaventurados los que tienen hambre de ella, porque ellos serán saciados (Mt 5, 6). ¿Acaso no es alimento del alma la gracia de su Dios? Dulcísima por cierto, y que tiene en sí toda suavidad y deleite de sabor; más aún, reivindicando para sí todas estas cosas paritariamente, no solo deleita, sino que también recrea y sana.

2. Acerquémonos a esta mesa, hermanos míos, y de cada uno de los manjares degustemos siquiera un poco. En la ley Moisés mandó apedrear a tales, dicen de la pecadora los pecadores, de la adúltera los fariseos. Pero aquel habló para la dureza de vuestro corazón de piedra. Jesús en cambio se inclinó. Señor, inclina tus cielos y desciende (Sal 143, 5). Inclinándose, y vuelto hacia la misericordia (pues no era de corazón judaico), escribía con el dedo, ya no en la piedra, sino en la tierra. Ni esto solo una vez, sino que aquí también doble escritura, como en Moisés dos tablas. Y tal vez escribiendo la verdad y la gracia, y de nuevo escribiendo parece haberlas impreso en la tierra, según lo que dice Juan el apóstol: La ley por Moisés fue dada, la gracia y la verdad por Jesucristo fueron hechas (Jn 1, 17). Considera finalmente si puede verse que haya leído de la tabla de la verdad, de donde refutaría a los fariseos: El que de vosotros esté sin pecado, sea el primero en arrojarle la piedra. Palabra ciertamente abreviada, pero viva y eficaz, y más penetrable que espada de doble filo. Pues cuán gravemente fueron atravesados los corazones de piedra ante esta palabra, cuán vehementemente con esta sola piedrecilla fueron trituradas las frentes de piedra, lo probaron el mismo rubor de la confusión y la retirada clandestina. Mereció ciertamente la adúltera ser apedreada: pero desee castigar aquel que no es digno también él mismo de ser castigado. Presuma exigir venganza de la pecadora aquel que no merece recibir la misma. De otro modo, más cercano a sí mismo, comience por sí mismo: dicte primero sentencia sobre sí, y ejerza la venganza. Esta es la Verdad.

3. Caeterum adhuc minus est: et si accusatores refellit haec Veritas, sed ream necdum absolvit. Scribat iterum, scribat gratiam, legat, et audiamus. Nemo te condemnavit, mulier? Nemo, Domine. Nec ego te condemnabo; vade, et amplius noli peccare. O vox misericordiae, o auditus lactitiae salutaris! Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speravi, Domine (Psal. CXLII, 8). Sola nimirum spes apud te miserationis obtinet locum; nec oleum misericordiae, nisi in vase fiduciae ponis. Sed est infidelis fiducia, solius utique maledictionis capax, cum videlicet in spe peccamus. Quanquam nec fiducia illa dicenda sit, sed insensibilitas quaedam, et dissimulatio perniciosa. Quae enim fiducia ei qui periculum non attendit? aut quod ibi timoris remedium, ubi nec timor sentitur, nec materia ipsa timoris? Fiducia solatium est: nec eget ille solatio, qui laetatur cum male fecerit, et in pessimis rebus magis exsultat. Rogemus itaque, fratres, responderi nobis, quantas habeamus iniquitates et peccata; scelera nostra et delicta nobis desideremus ostendi. Scrutemur vias nostras et studia nostra, periculaque universa vigili intentione pensemus. Dicat quisque in pavore suo: Vadam ad portas inferi, ut jam nonnisi in sola Dei misericordia respiremus. Haec vera hominis fiducia, a se deficientis, et innitentis Domino suo. Haec, inquam, vera fiducia, cui misericordia non denegatur, propheta attestante quoniam beneplacitum est Domino super timentes eum, et in eis qui sperant super misericordia ejus (Psal. CXLVI, 11). Nec parva utique suppetit nobis: in nobis quidem timoris, in ipso autem causa fiduciae. Suavis et mitis est, copiosae misericordiae; praestabilis super malitia, multus ad ignoscendum. Credamus sane vel inimicis, qui in eo nihil aliud, unde occasionem struendae calumniae caperent, invenerunt. Compatietur, aiunt, peccatrici, nec sibi oblatam ullatenus occidi patietur. Tenebitur itaque manifestus adversarius legis, cum absolverit lege damnatam. In vestrum, o Pharisaei, caput tota vestrae malignitatis adinventio retorquetur. Diffiditis causae, qui judicium subterfugitis. Nam illa quidem sine injuria legis absolvitur, quae non accusatori relinquitur [alias, quae sine accusatore relinquitur].

3. Pero esto es todavía poco: pues aunque esta Verdad refute a los acusadores, aún no ha absuelto a la rea. Escriba de nuevo, escriba la gracia, lea, y escuchemos. ¿Nadie te ha condenado, mujer? Nadie, Señor. Ni yo te condenaré; vete, y no peques más. ¡Oh voz de misericordia, oh audición de alegría saludable! Hazme oír por la mañana tu misericordia, porque en ti he esperado, Señor (Sal 142, 8). Solo la esperanza, sin duda, obtiene lugar de compasión ante ti; ni pones el óleo de la misericordia sino en el vaso de la confianza. Pero hay una confianza infiel, capaz únicamente de maldición, cuando a saber pecamos en la esperanza. Aunque ni siquiera deba llamarse confianza aquella, sino una cierta insensibilidad y disimulo pernicioso. Pues, ¿qué confianza tiene aquel que no atiende al peligro? ¿O qué remedio de temor hay allí, donde ni se siente el temor, ni la materia misma del temor? La confianza es un consuelo: ni necesita consuelo aquel que se alegra cuando ha hecho mal, y en las peores cosas más se exulta. Roguemos, pues, hermanos, que se nos responda cuántas iniquidades y pecados tenemos; deseemos que se nos muestren nuestros crímenes y delitos. Escudriñemos nuestros caminos y nuestros afanes, y pesemos todos los peligros con vigilante intención. Diga cada uno en su pavor: Iré a las puertas del infierno, para que ya no respiremos sino en la sola misericordia de Dios. Esta es la verdadera confianza del hombre, que desfallece de sí mismo y se apoya en su Señor. Esta, digo, es la verdadera confianza, a la cual no se le deniega la misericordia, atestiguando el profeta que se complace el Señor en los que le temen, y en los que esperan en su misericordia (Sal 146, 11). Ni por cierto se nos suministra poco: en nosotros ciertamente hay causa de temor, pero en él causa de confianza. Es suave y manso, de copiosa misericordia; pronto a arrepentirse sobre la malicia, mucho para perdonar. Creamos ciertamente incluso a los enemigos, quienes no encontraron en él otra cosa de donde tomar ocasión para tramar una calumnia. Se compadecerá, dicen, de la pecadora, ni permitirá en modo alguno que la que se le ha presentado sea muerta. Será tenido, pues, por manifiesto adversario de la ley, cuando haya absuelto a la condenada por la ley. Sobre vuestra cabeza, oh fariseos, se retuerce toda la invención de vuestra malignidad. Desconfiáis de la causa, vosotros que rehuís el juicio. Pues ella ciertamente es absuelta sin injuria de la ley, la cual no es dejada al acusador [o bien, la cual es dejada sin acusador].

4. Sed consideremus, fratres, quonam hinc abeant Pharisaei. Videtisne duos senes (nam a senioribus exire coeperunt) quomodo in pomerio Joachim absconduntur? Susannam quaerunt uxorem ejus: sequamur eos; nam iniqua cogitatione pleni sunt contra eam. Consentire nobis, aiunt senes, aiunt Pharisaei, aiunt lupi, qui ab alterius paulo ante, licet errantis oviculae, fuerant devoratione frustrati. Consentire nobis, et commiscere nobiscum. Inveterati dierum malorum, modo accusabatis adulterium, modo adulterium suadetis. Sed haec est tota justitia vestra, et quae palam arguitis, eadem agitis in occulto. Hinc fuit quod existis unus post unum, cum ille omnium conscius occultorum vestras tam valide percussisset conscientias, dicens: Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem mittat. Merito proinde ad discipulos Veritas ait: Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum coelorum (Matth. V, 20). Alioquin dicemus, aiunt, contra te testimonium. Semen Chanaan, et non Juda, nec hoc quidem Moyses in lege mandavit. An qui decrevit adulteram lapidare, mandavit accusare pudicam? an qui jussit adulteram lapidibus opprimi, etiam jussit contra insontem testimonium ferri? Imo vero sicut adulteram, sic etiam falsum testem non impunitum esse praecepit (Deut. XIX, 16-21; Prov. XIX, 9). Sed qui gloriamini in lege, per legis praevaricationem Deum inhonoratis.

5. Ingemuit Susanna, et ait: Angustiae mihi sunt undique. Undique enim mors; hinc quidem corporea, inde spiritualis. Si hoc, inquit, egero, mors mihi est; si autem non egero, non effugiam manus vestras. Vestras, o Pharisaei, manus nec adultera effugit, nec pudica: vestras accusationes nec sanctus, nec peccator evadit. Dissimulatis peccata vestra, ubi inveneritis aliena: alioquin si quis forte suum non habet, vestrum ei impingitis crimen. Quid tamen Susanna facit, inter mortem et mortem, animae scilicet et corporis, undique angustata? Melius est mihi, inquit, absque opere incidere in manus hominum, quam derelinquere legem Dei mei. Nimirum sciebat ista, quam horrendum sit incidere in manus Dei viventis. Nam homines quidem, cum occiderint corpus, animae non habent ultra quid faciant: ille autem timendus est, qui potestatem habet et corpus et animam mittere in gehennam (Matth. X, 28). Quid familia Joachim tardat? Irruat per posticum, nam in pomerio clamor auditur; clamor autem luporum gravium, et balantis oviculae inter eos.

4. Pero consideremos, hermanos, a dónde se van de aquí los fariseos. ¿Veis a los dos ancianos (pues por los más ancianos empezaron a salir) cómo se esconden en el huerto de Joaquín? Buscan a Susana su mujer: sigámoslos; pues están llenos de inicuo pensamiento contra ella. Consiente con nosotros, dicen los ancianos, dicen los fariseos, dicen los lobos, que poco antes habían sido frustrados en la devoración de otra ovejuela, aunque errante. Consiente con nosotros, y mézclate con nosotros. Envejecidos en días malos, hace poco acusabais el adulterio, ahora persuadís al adulterio. Pero esta es toda vuestra justicia, y lo que públicamente reprendéis, eso mismo hacéis en lo oculto. De aquí fue que salisteis uno tras otro, cuando aquel conocedor de todos los secretos había herido tan fuertemente vuestras conciencias, diciendo: El que de vosotros esté sin pecado, sea el primero en arrojarle la piedra. Con razón por tanto dice la Verdad a los discípulos: Si vuestra justicia no abundare más que la de los escribas y fariseos, no entraréis en el reino de los cielos (Mt 5, 20). De lo contrario diremos, dicen, testimonio contra ti. Simiente de Canaán, y no de Judá, ni siquiera esto mandó Moisés en la ley. ¿Acaso el que decretó apedrear a la adúltera, mandó acusar a la pudorosa? ¿O el que mandó que la adúltera fuera aplastada con piedras, también mandó que se diera testimonio contra la inocente? Más bien, al igual que a la adúltera, así también mandó que el falso testigo no quedara sin castigo (Dt 19, 16-21; Prov 19, 9). Pero vosotros que os gloriáis en la ley, por la prevaricación de la ley deshonráis a Dios.

5. Gimió Susana y dijo: Angustias tengo por todas partes. Pues por todas partes está la muerte; por un lado ciertamente la corporal, por el otro la espiritual. Si hago esto, dice, es la muerte para mí; y si no lo hiciere, no escaparé de vuestras manos. De vuestras manos, oh fariseos, ni la adúltera escapa, ni la pudorosa: de vuestras acusaciones ni el santo ni el pecador evaden. Disimuláis vuestros pecados donde encontráis los ajenos: de lo contrario, si alguno por si acaso no tiene el suyo, le imponéis vuestro crimen. ¿Qué hace Susana, entre muerte y muerte, a saber, de la alma y del cuerpo, angustiada por todas partes? Mejor es para mí, dice, caer sin la obra en manos de los hombres, que abandonar la ley de mi Dios. Sin duda sabía ella cuán horrendo es caer en manos del Dios vivo. Pues los hombres ciertamente, cuando han matado el cuerpo, no tienen más que puedan hacer a la alma: pero a aquel se debe temer, que tiene potestad de echar el cuerpo y la alma en la gehenna (Mt 10, 28). ¿Por qué tarda la familia de Joaquín? Irrumpa por la puerta trasera, pues en el huerto se oye un clamor; clamor, en cambio, de lobos pesados, y de una ovejuela balando entre ellos.

Sed non patitur ab eis innoxiam devorari, qui ab ipsis eorum faucibus tam dignanter eripuit etiam eripi non merentem. Merito proinde cum duceretur ad mortem, erat cor ejus fiduciam habens in Domino, quem usque adeo timuisset, ut timorem omnem postposuisset humanum, et ipsius legem et simul vitae praeposuisset, et famae. Non enim dictus fuerat sermo hujuscemodi aliquando de Susanna. Sed et parentes ejus justi erant, et vir ejus honoratior omnium Judaeorum. Merito igitur a justo Judice justam de injustis obtinuit ultionem, quae tam vehementer justitiam esurivit, ut propter eam contemneret mortem corporis, opprobrium generis, luctum inconsolabilem amicorum.

6. Et nos, fratres, si a Christo audivimus: Nec ego te condemnabo, si peccare jam nolumus contra ipsum, si in Christo volumus pie vivere; necesse est sustineamus persecutionem, ne malum pro malo, aut maledictum pro maledicto reddamus. Alioquin qui patientiam non servaverit, perdet justitiam; hoc est, vitam perdet; hoc est, perdet animam suam. Mihi vindictam, et ego retribuam, dicit Dominus (Rom. XII, 19). Ita prorsus est. Ipse retribuet, sed si ei vindictam serves, si non tollas ab eo judicium, si non reddas retribuentibus tibi mala. Faciet judicium, sed injuriam patienti; in aequitate judicabit, sed pro mansuetis terrae. Jam vobis, ni fallor, molestum est, quod deliciae tardant. Non miremini: deliciae sunt. Non onerabunt quamlibet satiatos, nec a ructantibus quidem poterunt fastidiri.

7. Missus est Gabriel angelus a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth. Miraris quod Nazareth, parva civitas, et tanti regis nuntio illustretur, et tanto? Sed magnus latet in hac parva civitate thesaurus; latet, inquam, sed homines latet, non Deum. An non thesaurus Dei Maria? ubicunque illa est, et cor ejus. Oculi ejus super eam, ubique respicit humilitatem ancillae suae. Novit coelum Unigenitus Dei Patris? Si novit coelum, et Nazareth. Quidni sciat patriam suam? quidni noverit haereditatem suam? Coelum ex Patre, Nazareth ex matre vindicat sibi, sicut ipse se et Filium David, et Dominum esse testatur (Matth. XXII, 42-45). Coelum coeli Domino, terram autem dedit filiis hominum (Psal. CXIII, 16). Cedat ergo ei utrumque necesse est in possessionem, quia non modo Dominus, sed et filius hominis est. Audi etiam quomodo terram sibi tanquam filius hominis vindicat, sed et communicat tanquam sponsus. Flores, inquit, apparuerunt in terra nostra (Cant. II, 12). Neque hinc discrepat, quod Nazareth interpretatur flos.

Pero no permite que la inocente sea devorada por ellos, quien de sus mismas fauces tan dignamente arrebató incluso a la que no merecía ser arrebatada. Con razón, por tanto, cuando era llevada a la muerte, estaba su corazón teniendo confianza en el Señor, a quien hasta tal punto había temido, que había pospuesto todo temor humano, y había antepuesto su ley tanto a la vida como a la fama. Pues no se había dicho palabra de esta clase en algún tiempo sobre Susana. Pero también sus padres eran justos, y su marido el más honrado de todos los judíos. Con razón, pues, del justo Juez obtuvo justa venganza de los injustos, ella que tan vehementemente tuvo hambre de justicia, que por ella despreció la muerte del cuerpo, el oprobio de su linaje, el luto inconsolable de los amigos.

6. Y nosotros, hermanos, si hemos oído de Cristo: Ni yo te condenaré, si ya no queremos pecar contra él, si en Cristo queremos vivir piadosamente; es necesario que suframos persecución, para que no devolvamos mal por mal, ni maldición por maldición. De lo contrario, el que no hubiere guardado la paciencia, perderá la justicia; esto es, perderá la vida; esto es, perderá su alma. Mía es la venganza, y yo retribuiré, dice el Señor (Rom 12, 19). Así es precisamente. Él mismo retribuirá, pero si le reservas la venganza, si no le quitas el juicio, si no devuelves males a los que te retribuyen males. Hará juicio, pero para el que padece injuria; juzgará con equidad, pero por los mansos de la tierra. Ya a vosotros, si no me engaño, os es molesto que las delicias tarden. No os maravilléis: son delicias. No cargarán a quienesquiera que estén saciados, ni por cierto podrán ser asqueadas ni siquiera por los que eructan.

7. Fue enviado el ángel Gabriel por Dios a una ciudad de Galilea, cuyo nombre era Nazaret. ¿Te maravillas de que Nazaret, pequeña ciudad, sea ilustrada por el nuncio de tan gran rey, y por tan grande nuncio? Pero un gran tesoro late escondido en esta pequeña ciudad; late, digo, pero late para los hombres, no para Dios. ¿Acaso no es María el tesoro de Dios? dondequiera que ella está, allí también está su corazón. Sus ojos están sobre ella, en todas partes mira la humildad de su sierva. ¿Conoce el cielo el Unigénito de Dios Padre? Si conoce el cielo, también Nazaret. ¿Por qué no ha de conocer su patria? ¿por qué no ha de conocer su herencia? El cielo por el Padre, Nazaret por la madre reclama para sí, como él mismo testifica que es tanto el Hijo de David como el Señor (Mt 22, 42-45). El cielo del cielo para el Señor, pero la tierra la dio a los hijos de los hombres (Sal 113, 16). Es necesario, pues, que ambos le cedan en posesión, porque no solo es el Señor, sino también el hijo del hombre. Oye también cómo reclama para sí la tierra como hijo del hombre, pero también la comunica como esposo. Las flores, dice, han aparecido en nuestra tierra (Cant 2, 12). Ni discrepa de esto el que Nazaret se interprete como flor.

Amat florigeram patriam flos de radice Jesse, et libenter inter lilia pascitur flos campi et lilium convallium. Commendat enim flores pulchritudo, suaveolentia, et spes fructus; gratia triplex. Teque florem reputat Deus; et bene ei complacet in te, si tibi nec honestae conversationis decor, nec bonae opinionis fragrantia, nec intentio desit futurae retributionis. Fructus enim spiritus est vita aeterna.

8. Ne timeas, Maria; invenisti enim gratiam apud Dominum. Quantam gratiam? Gratiam plenam, gratiam singularem. Singularem, an generalem? Utramque sine dubio, quia plenam, et eo singularem, quo generalem: ipsa enim generalem singulariter accepisti. Eo, inquam, singularem, quo generalem: nam sola prae omnibus gratiam invenisti. Singularem quod sola hanc inveneris plenitudinem; generalem, quod de ipsa plenitudine accipiant universi. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Singulariter quidem fructus ventris tui est; sed ad omnium quidem mentes te mediante pervenit. Sic nimirum, sic olim ros totus in vellere, totus in area; sed in nulla parte areae totus, sicut in vellere fuit (Judic. VI, 37-40). In te sola Rex ille dives et praedives exinanitus; excelsus, humiliatus; immensus, abbreviatus, et angelis minoratus est: verus denique Deus et Dei Filius incarnatus. Sed quo fructu? Nempe ut omnes ejus paupertate locupletemur, ejus humilitate sublevemur, ejus minoratione magnificemur, ejus incarnatione adhaerentes Deo, incipiamus unus esse spiritus cum eo.

9. Sed quid dicimus, fratres? cuinam potissimum vasi gratia infundetur? Si, ut supra meminimus, capax quidem est misericordiae fiducia, patientia vero justitiae, quale jam poterimus idoneum gratiae receptaculum exhibere? Balsamum est purissimum, et solidissimum vas requirit. Et quid tam purum, quidve tam solidum quam humilitas cordis? Merito proinde humilibus dat gratiam; merito respexit Deus humilitatem ancillae suae. Quonam merito, quaeris? Eo utique, quo animum humilem meritum non occuparet humanum, quominus libere influeret divinae gratiae plenitudo. Sed ad hanc nobis humilitatem quibusdam erit gradibus ascendendum. Primo enim cor hominis, quem adhuc peccare delectat, nec miseram consuetudinem proposito meliore mutavit, ne sit gratiae capax propriis vitiis praepeditur. Secundo quoque, ubi jam corrigere mores, et priores nequitias de caetero non iterare proponit; ipsa tamen peccata praeterita, licet jam amputata quodam modo videantur, dum in eo manent, gratiam non admittunt. Manent autem donec confessione laventur, donec succedentibus dignis fructibus poenitentiae de medio fiant.

Ama la patria florígera la flor de la raíz de Jesé, y con gusto entre los lirios se apacienta la flor del campo y el lirio de los valles. Pues recomiendan a las flores la hermosura, la fragancia y la esperanza del fruto; gracia triple. Y Dios te reputa como flor; y bien se complace en ti, si no te falta ni el decoro de la honesta conversación, ni la fragancia de la buena opinión, ni la intención de la futura retribución. Pues el fruto del espíritu es la vida eterna.

8. No temas, María; porque has hallado gracia ante el Señor. ¿Cuánta gracia? Gracia plena, gracia singular. ¿Singular o general? Ambas sin duda, porque plena, y por ello singular, en cuanto general: pues tú misma recibiste singularmente la general. Por eso, digo, singular, en cuanto general: pues sola tú entre todas hallaste gracia. Singular porque sola tú hallaste esta plenitud; general, porque de esa plenitud todos reciben. Bendita tú entre las mujeres, y bendito el fruto de tu vientre. Singularmente por cierto es fruto de tu vientre; pero a las mentes de todos llega por tu mediación. Así sin duda, así antaño estuvo el rocío todo en el vellón, todo en la era; pero en ninguna parte de la era estuvo todo, como estuvo en el vellón (Jue 6, 37-40). En ti sola aquel Rey rico y muy rico se anonadó; el excelso, fue humillado; el inmenso, abreviado, y menorado respecto a los ángeles: finalmente, Dios verdadero e Hijo de Dios encarnado. ¿Pero con qué fruto? A saber, para que todos seamos enriquecidos por su pobreza, aliviados por su humildad, magnificados por su minoración, y por su encarnación, adhiriéndonos a Dios, comencemos a ser un solo espíritu con él.

9. ¿Pero qué decimos, hermanos? ¿en qué vaso principalmente se infundirá la gracia? Si, como recordamos arriba, capaz es ciertamente de la misericordia la confianza, y de la justicia la paciencia, ¿qué receptáculo idóneo de la gracia podremos ya presentar? Es un bálsamo purísimo, y requiere un vaso muy sólido. ¿Y qué hay tan puro, o qué tan sólido como la humildad del corazón? Con razón, por tanto, da la gracia a los humildes; con razón miró Dios la humildad de su sierva. ¿Por qué mérito, preguntas? Por aquel ciertamente por el cual el mérito humano no ocupara el ánimo humilde, para que fluyera libremente la plenitud de la gracia divina. Pero a esta humildad habremos de ascender por ciertos grados. Primero, pues, el corazón del hombre a quien todavía le deleita pecar, y no ha cambiado la miserable costumbre con un propósito mejor, impedido por sus propios vicios no es capaz de la gracia. Segundo también, donde ya propone corregir las costumbres, y no reiterar en lo sucesivo las iniquidades anteriores; sin embargo, esos mismos pecados pasados, aunque ya parezcan de algún modo amputados, mientras permanecen en él, no admiten la gracia. Pero permanecen hasta que sean lavados por la confesión, hasta que por los subsiguientes dignos frutos de penitencia sean quitados de en medio.

Sed vae tibi, si forte vitiis et peccatis perniciosior successerit ingratitudo. Quid enim tam evidenter gratiae adversatur? Tepescimus processu temporis a fervore conversationis nostrae, paulatim refrigescit charitas, abundat iniquitas, ut consummemur carne, qui spiritu coeperamus. Inde enim est ut minus ea sciamus quae a Deo donata sunt nobis, indevoti pariter et ingrati. Timorem Domini relinquimus, religiosam omittimus solitudinem, verbosi, curiosi, faceti, etiam detractores et murmuratores, vacantes nugis, fugitantes laboris et disciplinae, quoties sine nota id licet; quasi vero confestim sit etiam sine noxa. Quid ergo tantis repulsam obstaculis gratiam nobis deesse miramur? Jam vero si quis, juxta Apostolum, ut verbum Christi, verbum gratiae in eo habitet, gratus est (Coloss. III, 16, 15); si quis devotus, si quis sollicitus, si quis spiritu fervens: caveat sibi ne suis fidat meritis, ne suis operibus innitatur: alioquin nec hujuscemodi animum intrat gratia. Nimirum plenus est, nec in eo jam invenit gratia locum sibi.

10. Considerastis Pharisaeum illum orantem? Non erat raptor, non injustus, non adulter. An sine fructibus poenitentiae erat? Jejunabat bis in Sabbato, decimas dabat omnium quae possidebat. Sed ingratum forsitan suspicamini. Audite quid dicat: Deus, gratias ago tibi. Sed non erat vacuus, non erat exinanitus, non erat humilis, sed elatus. Non enim quid sibi deesset, scire, studuit, sed exaggeravit meritum suum: nec erat illa solida plenitudo, sed tumor. Vacuus proinde rediit, qui plenitudinem simulavit. Nam publicanus ille, qui exinanivit se ipsum, quoniam vacuum vas exhibere curavit, gratiam retulit ampliorem (Luc. XVIII, 10, 14). Nos ergo, fratres, si gratiam cupimus invenire, sic de caetero abstineamus a vitiis, ut de praeteritis quoque peccatis digne poeniteamus. Nihilominus quoque solliciti simus, et devotos nos Deo et vere humiles exhibere. Hujusmodi nempe animas gratanter respicit pio illo respectu, de quo Sapiens ait: Quoniam gratia et misericordia Dei est in sanctos ejus, et respectus in electos illius (Sap. IV, 15). Et forte propterea quater revocat animam quam respicit, dicens: Revertere, revertere, Qunamitis; revertere, revertere, ut intueamur te (Cant. VI, 12): quo videlicet nec in peccandi consuetudine, nec in conscientia peccatorum; sed nec in tepore et torpore ingratitudinis, aut in elationis caecitate persistat. A quo nos quadripartito periculo revocare et eripere dignetur, qui factus est nobis a Deo Patre sapientia, et justitia, et sanctificatio, et redemptio, Jesus Christus Dominus noster, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per infinita saecula saeculorum. Amen.

Pero ¡ay de ti!, si por si acaso a los vicios y pecados sucediere una ingratitud más perniciosa. Pues, ¿qué se opone tan evidentemente a la gracia? Nos entibiamos con el paso del tiempo del fervor de nuestra vida, poco a poco se enfría la caridad, abunda la iniquidad, de modo que seamos consumados por la carne los que por el espíritu habíamos comenzado. Pues de aquí es que menos conozca aquellas cosas que nos han sido dadas por Dios, siendo igualmente indevotos e ingratos. Dejamos el temor del Señor, omitimos la soledad religiosa, verbosos, curiosos, facetos, incluso detractores y murmuradores, vacantes en naderías, huyendo del trabajo y la disciplina, cuantas veces es lícito sin nota; como si de hecho fuera al punto también sin daño. ¿Por qué, pues, nos maravillamos de que la gracia, rechazada por tantos obstáculos, nos falte? Pero ya si alguno, según el Apóstol, para que la palabra de Cristo, la palabra de la gracia habite en él, es agradecido (Col 3, 16, 15); si alguno es devoto, si alguno es solícito, si alguno es ferviente en espíritu: guárdese de fiar en sus méritos, de apoyarse en sus obras: de otro modo, en un ánimo de esta clase no entra la gracia. Sin duda está lleno, ni en él encuentra ya la gracia lugar para sí.

10. ¿Habéis considerado a aquel fariseo orando? No era ladrón, ni injusto, ni adúltero. ¿Acaso estaba sin frutos de penitencia? Ayunaba dos veces en el sábado, daba diezmos de todo lo que poseía. Pero tal vez sospechéis que era ingrato. Oíd lo que dice: Dios, gracias te doy. Pero no estaba vacío, no estaba anonadado, no estaba humilde, sino hinchado. Pues no procuró saber qué le faltaba, sino que exageró su mérito: ni era aquella una plenitud sólida, sino un tumor. Volvió, por tanto, vacío quien simuló plenitud. En cambio aquel publicano, que se anonadó a sí mismo, puesto que procuró presentar un vaso vacío, reportó una gracia más amplia (Lc 18, 10, 14). Nosotros, pues, hermanos, si deseamos hallar gracia, abstengámonos en lo sucesivo de los vicios, de modo que también de los pecados pasados nos arrepintamos dignamente. Asimismo seamos solícitos en presentarnos devotos a Dios y verdaderamente humildes. Pues a las almas de esta clase las mira con agrado con aquel piadoso mirar del cual dice el Sabio: Porque la gracia y la misericordia de Dios es para sus santos, y el respeto para sus elegidos (Sab 4, 15). Y tal vez por esto revoca cuatro veces al alma que mira, diciendo: Vuélvete, vuélvete, Sunamitis; vuélvete, vuélvete, para que te miremos (Cant 6, 12): para que, a saber, ni en la costumbre de pecar, ni en la conciencia de los pecados; pero ni en la tibieza y el torpor de la ingratitud, o en la ceguera de la elación persista. De cuyo cuádruple peligro se digne revocarnos y librarnos aquel que ha sido hecho para nosotros por Dios Padre sabiduría, y justicia, y santificación, y redención, Jesucristo nuestro Señor, que con el Padre y el Espíritu Santo vive y reina Dios por los siglos de los siglos. Amén.

IN NATIVITATE S. JOANNIS BAPTISTAE. SERMO De lucerna ardente tripliciter, et tripliciter lucente. Sit procul ab his conventibus, fratres, increpatio illa prophetae, Judaica reprobantis conventiculla, et dicentis: Iniqui sunt coetus vestri (Isai. I, 13). Hi nimirum coetus non iniqui, sed plane sancti, sed religiosi, sed pleni gratia, digni benedictione. Convenitis siquidem ad audiendum Deum: convenitis ad laudandum, ad orandum, ad adorandum eum. Sacer est conventus uterque, placens Deo, angelis familiaris. State ergo in reverentia, fratres, state in sollicitudine et devotione mentis: maximeque in loco orationis, et in hac schola Christi, et auditorio spirituali. Nolite considerare, dilectissimi, quae videntur et temporalia sunt, sed magis quae non videntur, aeterna: secundum fidem, non secundum faciem judicate. Terribiliter siquidem metuendus est locus uterque: nec major adesse credendus est numerus hominum quam angelorum. Patet utrobique sine dubio porta coeli, scala illa erecta est, ascendunt et descendunt angeli super Filium hominis. Gigas nempe est iste Filius hominis: coelum ei sedes est, terra scabellum pedum ejus. Elevata est magnificentia ejus super coelos: manet tamen nobiscum usque ad saeculi consummationem. Ascendunt et descendunt itaque ad Deum angeli sancti, quia caput et corpus unus est Christus.

2. Nec tamen ubi caput, sed ubicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur et aquilae, licet non possit caput a corpore separari. Denique et ipse ait: Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum (Matth. XVIII, 20). Sed forte quis dicat: Ubi est modo Christus? Ostende nobis Christum, et sufficit nobis. Quid curiosos circumducitis oculos? Num ad videndum, et non magis ad audiendum convenistis? Dominus Deus aperuit mihi aurem, ait propheta (Isai. L, 5). Aurem meam aperuit, ut audiam quid loquatur: non oculum; ut videam vultum ejus, illuminavit. Aut certe suam mihi aperuit aurem, non faciem revelavit. Post parietem stat, audit, et auditur: sed necdum apparet. Audit orantes, erudit audientes. An experimentum ejus quaeritis, qui in me loquitur Christus? (II Cor. XIII, 3.) Ego, inquit, qui loquor justitiam (Isai. LXIII, 1). Quidni loquatur ore, quod ipse plasmavit? Quidni suo utatur, ut libet, artifex instrumento? Non tantum aures eorum, sed et labia mea aperi, Domine: ego enim labia mea non prohibebo, Domine tu scisti. Bene enim omnia facis; et surdos facis audire, et mutos loqui.

3. Audite ergo, fratres, quid de Joanne loquatur, cujus solemnis hodie nativitas celebratur. Ille, inquit, erat lucerna ardens, et lucens (Joan. V, 35). Magnum testimonium, fratres mei: magnus enim est cui perhibetur, sed major est ipse qui perhibet. Ille, inquit, erat lucerna ardens, et lucens. Est enim tantum lucere vanum, tantum ardere parum: ardere et lucere perfectum. Audi quid dicat Scriptura: Sapiens permanet ut sol, stultus autem ut luna mutatur (Eccli. XXVII, 12). Quia enim splendet luna sine fervore; modo plena, modo exigua, modo nulla videtur.

EN EL NATALICIO DE S. JUAN BAUTISTA. SERMÓN. Sobre la lámpara que arde de tres modos, y luce de tres modos. Esté lejos de estas reuniones, hermanos, aquella increpación del profeta, que reprueba los conventículos judaicos y dice: Inicuas son vuestras asambleas (Is 1, 13). Estas reuniones, ciertamente, no son inicuas, sino plenamente santas, sino religiosas, sino llenas de gracia, dignas de bendición. Pues os reunís para oír a Dios: os reunís para alabarle, para orarle, para adorarle. Sagrada es cada reunión, grata a Dios, familiar a los ángeles. Estad, pues, en reverencia, hermanos, estad en solicitud y devoción de ánimo: y máxime en el lugar de la oración, y en esta escuela de Cristo, y auditorio espiritual. No consideréis, amadísimos, las cosas que se ven y son temporales, sino más bien las que no se ven, las eternas: juzgad según la fe, no según la apariencia. Pues terriblemente ha de ser temido cada lugar: ni ha de creerse que asiste mayor número de hombres que de ángeles. Está abierta en ambas partes sin duda la puerta del cielo, aquella escala está erguida, ascienden y descienden los ángeles sobre el Hijo del hombre. Gigante es ciertamente este Hijo del hombre: el cielo es su sede, la tierra el escabel de sus pies. Elevada está su magnificencia sobre los cielos: permanece, sin embargo, con nosotros hasta la consumación del siglo. Ascienden y descienden, pues, hacia Dios los ángeles santos, porque la cabeza y el cuerpo es un solo Cristo.

2. Y no obstante, no solo donde está la cabeza, sino dondequiera que estuviere el cuerpo, allí se congregarán también las águilas, aunque no puede separarse la cabeza del cuerpo. Finalmente él mismo también dice: Donde dos o tres estuvieren congregados en mi nombre, en medio de ellos estoy (Mt 18, 20). Pero tal vez alguien diga: ¿Dónde está ahora Cristo? Muéstranos a Cristo, y nos basta. ¿Por qué lleváis de acá para allá los ojos curiosos? ¿Acaso no os habéis reunido para oír, y no más bien para ver? El Señor Dios me abrió la oreja, dice el profeta (Is 50, 5). Me abrió la oreja para que oiga lo que habla: no el ojo para que vea su rostro, iluminó. O ciertamente me abrió su oreja, no reveló su rostro. Detrás de la pared está, oye y es oído: pero aún no aparece. Oye a los que oran, instruye a los que oyen. ¿Buscáis acaso una prueba de él, de Cristo que habla en mí? (2 Cor 13, 3). Yo, dice, que hablo justicia (Is 63, 1). ¿Por qué no ha de hablar por la boca, que él mismo plasmó? ¿Por qué no ha de usar el artífice su instrumento como le plazca? No solo las orejas de ellos, sino también mis labios abre, Señor: pues yo no prohibiré mis labios, Señor, tú lo supiste. Pues bien lo haces todo; y haces a los sordos oír, y a los mudos hablar.

3. Oíd, pues, hermanos, lo que habla de Juan, cuyo solemne natalicio se celebra hoy. Él, dice, era la lámpara ardiente y luciente (Jn 5, 35). Gran testimonio, hermanos míos: pues grande es aquel por quien se da, pero mayor es él mismo que lo da. Él, dice, era la lámpara ardiente y luciente. Pues solo lucir es vano, solo arder es poco: arder y lucir es perfecto. Oye lo que dice la Escritura: El sabio permanece como el sol, pero el estúpido se muda como la luna (Eclo 27, 12). Porque, de hecho, como la luna brilla sin hervor; ahora plena, ahora exigua, ahora nula se ve.

Mutuatum siquidem lumen nunquam in eodem permanet statu, sed crescit, deficit, extenuatur, annihilatur, et penitus non comparet. Sic qui conscientias suas in alienis labiis posuerunt, modo magni, modo parvi sunt, modo nulli, secundum quod adulantium linguis vel vituperare placuerit, vel laudare. At vero solis splendor igneus est, et cum fervet acrius, etiam oculis lucidior exhibetur. Sic sapientis ardor internus foris lucet: et si non ei datur utrumque, curat semper ardere magis, ut Pater suus qui videt in abscondito, reddat ei. Vae nobis, fratres, si luxerimus tantum. Nam lucemus quidem, et magnificamur ab hominibus; sed mihi pro minimo est, ut ab humano judicer die. Qui enim judicat me, Dominus est, qui fervorem ab omnibus exigit, splendorem vero non ita. Ignem, inquit, veni mittere in terram; et quid volo nisi ut accendatur? (Luc. XII, 49.) Hoc nempe commune mandatum, hoc est quod exigitur ab universis; nec ulla, si deesse contigerit, admittitur excusatio.

4. Caeterum singulariter apostolis et apostolicis viris dicitur: Luceat lux vestra coram hominibus (Matth. V, 16): nimirum tanquam accensis, et vehementer accensis, et quibus non timeatur a flatu quolibet aut impulsione ventorum. Dictum est et Joanni; sed illi in aure audiunt; Joannes in spiritu tanquam angelus eruditur. Nimirum tanto propinquior Deo, quanto vox Verbo vicina, cui nulla voce alia media quod foris sonet oporteat intimari. Neque enim Joannem praedicatio, sed inspiratio docuit quem replevit Spiritus in utero matris suae. Vere ardens et vehementer accensus, quem sic praeoccupavit flamma coelestis, ut jam Christi sentiret adventum, qui necdum sentire poterat vel se ipsum. Nimirum novus ille ignis, qui recens elapsus e coelo, per os Gabrielis in aurem intraverat Virginis, rursum per os Virginis et matris aurem introivit ad parvulum: ut ab ea hora vas electionis suae Spiritus sanctus impleret, et lucernam Christo Domino pararet. Fuit ergo jam tunc ardens lucerna, sed interim adhuc sub modio, donec super candelabrum poneretur, et luceret omnibus qui erant in domo Domini. Illo enim in tempore solum adhuc potuit illuminare modium suum; soli interim lucere matri, magnum ei pietatis sacramentum revelans ipso motu novae exsultationis. Unde mihi hoc, inquit, ut veniat mater Domini mei ad me? Quis enim tibi indicavit matrem Domini, mulier sancta? Unde me nosti? Ut facta est, inquit, vox salutationis tuae in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo (Luc. I, 43, 44).

Pues la luz prestada nunca permanece en el mismo estado, sino que crece, desfallece, se atenúa, se aniquila y no aparece en absoluto. Así los que pusieron sus conciencias en los labios ajenos, ahora son grandes, ahora pequeños, ahora nulos, según haya placido a las lenguas de los aduladores o vituperar o alabar. En cambio, el esplendor del sol es ígneo, y cuando hierve más intensamente, también se presenta más lúcido a los ojos. Así el ardor interno del sabio luce afuera: y si no se le da lo uno y lo otro, cuida siempre de arder más, para que su Padre, que ve en lo escondido, le retribuya. ¡Ay de nosotros, hermanos, si solo hubiéremos lucido! Pues lucimos ciertamente y somos magnificados por los hombres; pero para mí es de lo mínimo ser juzgado por el día humano. Pues quien me juzga es el Señor, quien exige el hervor de todos, pero el esplendor no tanto. Fuego, dice, vine a meter en la tierra; ¿y qué quiero sino que se encienda? (Lc 12, 49). Pues este es el mandato común, esto es lo que se exige de todos; ni se admite ninguna excusa si llegara a faltar.

4. Por lo demás, singularmente se dice a los apóstoles y a los varones apostólicos: Luzca vuestra luz ante los hombres (Mt 5, 16): a saber, como a encendidos, y vehementemente encendidos, y por quienes no se tema ningún soplo o impulso de los vientos. Se dijo también a Juan; pero aquellos oyen en la oreja; Juan es instruido en el espíritu como un ángel. Sin duda tanto más cercano a Dios cuanto la voz es vecina al Verbo, a quien no conviene que por ninguna otra voz mediadora se le intime lo que fuera suena. Pues a Juan no le enseñó la predicación, sino la inspiración, a quien el Espíritu llenó en el útero de su madre. Verdaderamente ardiente y vehementemente encendido, a quien de tal modo preocupó la llama celestial, que ya sentía el advenimiento de Cristo, quien aún no podía sentirse ni a sí mismo. Sin duda aquel nuevo fuego que, recién bajado del cielo, había entrado por la boca de Gabriel en la oreja de la Virgen, de nuevo por la boca de la Virgen y la oreja de la madre entró al párvulo: para que desde aquella hora el Espíritu Santo llenara su vaso de elección, y preparara la lámpara a Cristo Señor. Fue, pues, ya entonces lámpara ardiente, pero entre tanto todavía bajo el celemín, hasta que fuera puesta sobre el candelero, y luciera a todos los que estaban en la casa del Señor. Pues en aquel tiempo solo pudo todavía iluminar su celemín; lucir entre tanto solo a la madre, revelándole un gran sacramento de piedad por el mismo movimiento de su nueva exultación. ¿De dónde a mí esto, dice, que venga la madre de mi Señor a mí? ¿Quién te indicó la madre del Señor, mujer santa? ¿De dónde me conoces? Al punto que se hizo, dice, la voz de tu salutación en mis orejas, exultó de gozo el infante en mi útero (Lc 1, 43, 44).

5. Illuminavit ergo jam tunc modium, sub quo latebat: sed quem non latebat ardens lucerna sub modio, totum paulo post mundum novis illustratura fulgoribus. Ille erat, inquit, lucerna ardens, et lucens. Non ait: Lucens, et ardens; quia Joannis ex fervore splendor, non fervor prodiit ex splendore. Sunt enim qui non eo lucent, quia fervent; sed magis fervent ut luceant: at isti plane non fervent charitatis spiritu, sed studio vanitatis. Vultis nosse quemadmodum arsit Joannes, et luxit? Ego utrumque in eo triplicem posse arbitror inveniri, et ardorem scilicet, et splendorem. Ardens enim erat in se ipso vehementi austeritate conversationis: erga Christum, intimo quodam et pleno fervore devotionis; erga peccantes proximos, constantia liberae increpationis. Luxit nihilominus, ut paucis dixerim, exemplo, digito, verbo, et se ipsum ostendens ad imitationem, et luminare majus quod latebat, ad peccatorum remissionem, et ipsas quoque tenebras nostras illuminans, sicut scriptum est: Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine; Deus meus, illumina tenebras meas (Psal. XVII, 29); utique ad correctionem.

6. Considera igitur hominem angelico promissum oraculo, conceptum miraculo, sanctificatum in utero, et novum in novo homine poenitentiae mirare [alias imitare] fervorem. Victum et vestitum, ait Apostolus, his contenti simus (I Tim. VI, 8). Apostolica perfectio ista est; sed Joannes etiam haec contempsit. Denique audi Dominum in Evangelio: Venit, inquit, Joannes Baptista non manducans, nec bibens (Matth. XI, 18); plane nec vestiens. Sicut enim non est locusta cibus, nisi aliquorum forte irrationabilium animalium; sic nec pilus cameli humanum est indumentum. Quid tu pilos tuos, camele, deposuisti? Utinam gibbum magis deposuisses. Quid vos, irrationabiles ferae et reptilia deserti, cibos exquiritis delicatos? Joannes, sanctus homo, missus a Deo, imo angelus Dei, sicut ait Pater: Ecce mitro angelum meum ante te (Luc. XII, 27); hic ergo Joannes, quo nullus major in natis mulierum, innocentissimum illud corpus sic castigat, sic extenuat, sic affligit: vos indui festinatis bysso et purpura, et splendide epulari? Heu! hic est praesentis totus honor diei? haec Baptistae reverentia tota? haec nativitatis ejus prophetata quondam laetitia 985 est? Cujus enim memoriam agitis, o nimis delicati cultores? cujus celebratis natalem? Nonne illius qui in eremo fuit hirsutus veste, confectus inedia? Quid existis in desertum videre, filii Babylonis? arundinem vento agitatam? Quid igitur? hominem mollibus vestitum? nutritum mollibus? In his nempe tota versatur haec vestra celebritas: in popularis favoris aura sectanda, in gloria vestium, et voluptate ciborum. Sed quid haec ad Joannem? Neque enim Joannes fecit sic, aut talibus unquam potuit delectari.

5. Iluminó, pues, ya entonces el celemín bajo el cual yacía: pero a quien no se le ocultaba la lámpara ardiente bajo el celemín, poco después habría de ilustrar a todo el mundo con nuevos fulgores. Él era, dice, lámpara ardiente y luciente. No dice: Luciente y ardiente; porque de Juan del hervor el esplendor, no el hervor del esplendor procedió. Pues hay quienes no lucen por eso, porque hierven; sino que más bien hierven para lucir: pero estos claramente no hierven con el espíritu de la caridad, sino con el afán de la vanidad. ¿Queréis saber de qué modo ardió Juan, y lució? Yo pienso que en él puede encontrarse un triple ardor y esplendor. Pues era ardiente en sí mismo por la vehemente austeridad de su vida: hacia Cristo, por un cierto íntimo y pleno hervor de devoción; hacia los prójimos pecadores, por la constancia de la libre increpación. Lució asimismo, para decirlo en pocas palabras, con el ejemplo, con el dedo, con la palabra, tanto mostrándose a sí mismo para la imitación, como el lumbrera mayor que yacía oculto, para la remisión de los pecados, y también iluminando nuestras mismas tinieblas, como está escrito: Porque tú iluminas mi lámpara, Señor; Dios mío, ilumina mis tinieblas (Sal 17, 29); ciertamente para la corrección.

6. Considera, pues, al hombre prometido por el oráculo angélico, concebido por un milagro, santificado en el útero, y mira con asombro [o bien, imita] en el hombre nuevo el nuevo hervor de la penitencia. Teniendo alimento y con qué cubrirnos, dice el Apóstol, con esto estemos contentos (1 Tim 6, 8). Perfección apostólica es esa; pero Juan incluso despreció estas cosas. Finalmente oye al Señor en el Evangelio: Vino, dice, Juan el Bautista no comiendo ni bebiendo (Mt 11, 18); claramente tampoco vistiéndose. Pues así como la langosta no es alimento, sino tal vez de algunos animales irracionales; así tampoco el pelo de camello es vestidura humana. ¿Por qué has depuesto tus pelos, camello? Ojalá hubieras depuesto más bien la joroba. ¿Por qué vosotros, fieras irracionales y reptiles del desierto, buscáis alimentos delicados? Juan, hombre santo, enviado por Dios, más aún, ángel de Dios, como dice el Padre: He aquí que envío a mi ángel ante ti (Lc 12, 27); este Juan, pues, a quien ninguno mayor entre los nacidos de mujer, así castiga, así extenúa, así aflige aquel cuerpo inocentísimo: ¿vosotros os apresuráis a vestiros de lino fino y púrpura, y a banquetear espléndidamente? ¡Ay! ¿es este todo el honor del presente día? ¿esta toda la reverencia del Bautista? ¿esta la alegría de su natalicio antiguamente profetizada? (985). ¿De quién hacéis la memoria, oh cultivadores demasiado delicados? ¿de quién celebráis el natalicio? ¿No de aquel que en el eremo estuvo velludo de vestido, consumido por la inedia? ¿Qué salisteis a ver al desierto, hijos de Babilonia? ¿una caña agitada por el viento? ¿Qué pues? ¿un hombre vestido de ropas muelles? ¿nutrido en delicias? Pues en estas cosas se versa toda vuestra celebridad: en seguir el aura del favor popular, en la gloria de los vestidos y en la voluntad de los alimentos. Pero ¿qué son estas cosas para Juan? Pues ni Juan hizo así, ni pudo nunca deleitarse con tales cosas.

7. Multi, inquit angelus, in nativitate ejus gaudebunt (Luc. I, 14). Verum id quidem: Multi in nativitate ejus gaudent: et paganis ipsis, ut audivimus, laeta est et solemnis. Illi celebrant quod ignorant, sed non ita debuerant Christiani. Nunc vero et ipsi in hac beati Joannis Baptistae nativitate gaudent; sed utinam de nativitate, non de vanitate. Quid est enim nisi vanitas vanitatum quidquid sub sole est? aut quid amplius habet homo de universo labore suo, quo sub sole laborat? Fratres, sub sole est quidquid oculis cernitur, quidquid huic corporeae luci subjacere videtur. Quid vero illud, nisi vapor ad modicum parens? (Jac. IV, 45.) Quid illud, nisi fenum, et flos feni? Omnis caro fenum, ait Dominus, et omnis gloria ejus quasi flos feni. Fenum aruit, et flos decidit; verbum autem Domini manet in aeternum (Isai. XL, 6, 8). In hoc verbo laboremus, fratres; in quo et vivere, et gaudere possimus in aeternum. Operemur non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam. Quis ille? Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei (Matth. IV, 4). Seminemus in hoc verbo, charissimi, seminemus in spiritu; quoniam qui in carne seminant, solam habent metere corruptionem. Gaudeamus intus, et non sub sole, sed, juxta Apostolum, tanquam tristes, propter humilitatem et gravitatem: semper autem gaudentes (II Cor. VI, 10), propter internam consolationem. Gaudeamus, dilectissimi, in nativitate beati Joannis, et gaudeamus de ipsa nativitate.

8. Copiosa siquidem nobis in ejus recordatione laetitiae causa, multiplex est materia gaudiorum. Ille erat lucerna ardens et lucens, et Judaei voluerunt exsultare in luce ejus; ipse vero potius gaudebat in fervore devotionis, gaudebat ad vocem sponsi tanquam amicus sponsi. Nobis in utroque gaudendum est; in altero quidem ei, nobis in altero congaudendum. Ardebat enim sibi, nobis autem lucebat. Gaudeamus in fervore ejus ad imitationem: gaudeamus et in lumine, non tamen ibi manentes, sed ut in lumine ejus videamus lumen, lumen utique verum, quod non est ipse, sed cui testimonium perhibet ipse. Venit Joannes, ait Dominus, nec manducans, nec bibens (Matth. XI, 18). Incentivum fervoris id mihi est, et materia humilitatis. Quis enim in nobis est, fratres, qui Joannis poenitentiam intuens, suam, non dico magnificare, sed alicujus saltem momenti reputare praesumat? Quis audeat murmurare in laboribus suis, et dicere: Satis est quod patior, nedum nimis? Quae enim homicidia, quae sacrilegia, aut quae flagitia sic puniebat Joannes in se ipso? Accendamur ad poenitentiam, fratres, interrogemus conscientias nostras, et animemur ad ultionem exigendam de nobis, ut horrendum possimus evadere judicium Dei viventis. Quidquid vero minus est fervoris, humilitas suppleat purae confessionis. Fidelis enim Deus, et si confiteamur iniquitates nostras, si miserias nostras exponamus, si non excusemus infirmitates nostras, dimittet nobis peccata nostra.

7. Muchos, dice el ángel, en su natalicio se gozarán (Lc 1, 14). Verdad es eso ciertamente: Muchos en su natalicio se gozan: y para los mismos paganos, según hemos oído, es alegre y solemne. Ellos celebran lo que ignoran, pero no así debieron hacerlo los cristianos. Ahora en verdad también ellos en este natalicio del bienaventurado Juan Bautista se gozan; pero ojalá que por el natalicio, no por la vanidad. Pues ¿qué es sino vanidad de vanidades todo lo que hay bajo el sol? ¿o qué más tiene el hombre de todo su trabajo con que bajo el sol trabaja? Hermanos, bajo el sol está todo lo que se distingue con los ojos, lo que se ve estar sujeto a esta luz corpórea. ¿Qué es en verdad aquello, sino un vapor que aparece por un momento? (Sant 4, 14). ¿Qué aquello sino el heno, y la flor del heno? Toda carne es heno, dice el Señor, y toda su gloria como la flor del heno. Se secó el heno y la flor cayó; pero la palabra del Señor permanece eternamente (Is 40, 6, 8). En esta palabra trabajemos, hermanos; en la cual podamos vivir y gozar eternamente. Obremos no el alimento que perece, sino el que permanece para la vida eterna. ¿Cuál es aquel? No solo de pan vive el hombre, sino de toda palabra que procede de la boca de Dios (Mt 4, 4). Sembremos en esta palabra, carísimos, sembremos en el espíritu; puesto que los que siembran en la carne, solo han de segar corrupción. Gocémonos dentro, y no bajo el sol, sino según el Apóstol, como tristes, por la humildad y la gravedad: pero siempre gozosos (2 Cor 6, 10), por la consolación interna. Gocémonos, amadísimos, en el natalicio del bienaventurado Juan, y gocémonos del natalicio mismo.

Copiosa por cierto es para nosotros la causa de alegría en su recuerdo, múltiple es la materia de los gozos. Él era la lámpara ardiente y luciente, y los judíos quisieron exultar en su luz; pero él mismo más bien se gozaba en el fervor de la devoción, se gozaba con la voz del esposo como amigo del esposo. En lo uno y lo otro debemos gozarnos; en lo uno ciertamente por él, en lo otro debemos congozarnos por nosotros. Pues ardía para sí, pero para nosotros lucía. Gocémonos en su hervor para la imitación: gocémonos también en la luz, pero no permaneciendo allí, sino para que en su luz veamos la luz, la luz ciertamente verdadera, que no es él, sino de la cual él mismo da testimonio. Vino Juan, dice el Señor, ni comiendo ni bebiendo (Mt 11, 18). Incentivo de fervor es eso para mí, y materia de humildad. ¿Quién hay entre nosotros, hermanos, que mirando la penitencia de Juan, presuma no ya magnificar la suya, sino reputarla al menos de algún momento? ¿Quién osaría murmurar en sus trabajos y decir: Basta lo que padezco, y aun demasiado? ¿Qué homicidios, qué sacrilegios o qué crímenes castigaba así Juan en sí mismo? Encendámonos a la penitencia, hermanos, interroguemos nuestras conciencias, y animémonos a exigir de nosotros la venganza, para que podamos escapar del horrendo juicio del Dios vivo. Lo que en verdad fuere menos de fervor, lo supla la humildad de la pura confesión. Pues fiel es Dios, y si confesamos nuestras iniquidades, si exponemos nuestras miserias, si no excusamos nuestras flaquezas, nos perdonará nuestros pecados.

9. Ex hoc sane et erga proximorum delicta fervorem intuere Joannis. His nempe dignus est et rationi consentaneus ordo, ut incipiendum tibi memineris a te ipso. Ab occultis, inquit, meis munda me, et ab alienis parce servo tuo (Psal. XVIII, 13, 14). Genimina viperarum, ait Joannes, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? De quanto mentis fervore procedere putas scintillas istas, imo carbones desolatorios? Sic neque Pharisaeis 986 parcens: Nolite, inquit, dicere quia patrem habemus Abraham: potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae (Luc. III, 7, 8). Sed minus hoc videatur, si vel ipsum veretur potentis vultum, et non tota libertate spiritus arguit peccantem regem, crudelem atque superbum; sacra quadam vehementia ad boc ipsum prodiens de deserto, si vel blanditiis ejus, vel ipso mortis terrore movetur. Metuebat, inquit, Herodes Joannem, et audito eo multa faciebat, et libenter eum audiebat. Ac ille nihil ob hoc parcens: Non licet, ait, tibi habere eam. Ligatus quoque, et in carcerem trusus, nihilominus fortiter stetit in veritate, et occubuit pro veritate feliciter (Marc. VI, 17-28). Ferveat etiam in nobis zelus iste, charissimi; ferveat amor justitiae, odium iniquitatis. Nemo, fratres, vitia palpet; peccata dissimulet nemo. Nemo dicat: Nunquid custos fratris mei sum ego? Nemo, quod in se est, aequanimiter ferat, cum viderit ordinem deperire, minui disciplinam. Est enim consentire, silere, cum arguere possis: et scimus quia similis poena facientes maneat et consentientes.

10. Jam vero super humili et omnino ferventissima devotione Joannis erga Dominum quid loquemur? Inde enim exsultavit in utero (Luc. I, 44); inde expavit in Jordane baptizaturus eum (Matth. III, 14); inde non modo Christum, qui putabatur, sed vel ipsam corrigiam calceamenti ejus solvere dignum se esse negabat (Marc. I, 7); inde gaudebat amicus sponsi ad vocem sponsi (Luc. I, 44); inde gratiam se accepisse pro gratia fatebatur; illum autem non ad mensuram habere Spiritum, sed plenitudinem de qua omnes acciperent, clamitabat (Joan. I, 16). Nonne Deo subjecta eris, anima mea? (Psal. LXI, 1.) Alioquin non ero lucerna ardens, nisi toto corde, tota mente, et ex omnibus viribus meis diligam Dominum Deum meum. Sola enim est charitas quae accendit ad salutem; sola quam infundit et inflammat Spiritus, quem exstinguere prohibemur (Thess. V, 19). Habes quemadmodum Joannes arserit: et in hoc ipso quemadmodum luxerit, indicatum est, si advertisti. Neque enim ardorem ejus nosse poteras, nisi luxisset.

9. A partir de esto ciertamente mira también el fervor de Juan hacia los delitos de los prójimos. Pues este es el orden digno y conforme a la razón, que te acuerdes de empezar por ti mismo. De mis faltas ocultas, dice, límpiame, y de las ajenas perdona a tu siervo (Sal 17, 13, 14). Generación de víboras, dice Juan, ¿quién os enseñó a huir de la ira venidera? ¿De cuánto hervor de la mente piensas que proceden estas centellas, más aún, carbones desoladores? Así, no perdonando ni siquiera a los fariseos (986): No queráis, dice, decir que tenemos por padre a Abraham: pues poderoso es Dios para de estas piedras suscitar hijos de Abraham (Lc 3, 7, 8). Pero parezca esto menos, si aun teme el rostro del potente, y no con toda la libertad del espíritu reprende al rey pecador, cruel y soberbio; con una cierta sagrada vehemencia saliendo del desierto para esto mismo, si se mueve o por sus halagos, o por el mismo terror de la muerte. Temía, dice, Herodes a Juan, y habiéndole oído hacía muchas cosas, y con gusto le oía. Y él, no perdonando nada por esto: No te es lícito, dice, tenerla. Atado también y metido en la cárcel, no obstante permaneció fuertemente en la verdad, y murió por la verdad felizmente (Mc 6, 17-28). Hierva también en nosotros ese celo, carísimos; hierva el amor de la justicia, el odio de la iniquidad. Nadie, hermanos, acaricie los vicios; nadie disimule los pecados. Nadie diga: ¿Acaso soy yo el guardián de mi hermano? Nadie, en lo que de él depende, lo lleve con ecuanimidad cuando vea perecer el orden, disminuir la disciplina. Pues es consentir el callar cuando puedes reprender: y sabemos que semejante pena aguarda a los que hacen y a los que consienten.

10. Ya en verdad sobre la humilde y del todo ferventísima devoción de Juan hacia el Señor, ¿qué diremos? De ahí por cierto exultó en el útero (Lc 1, 44); de ahí se estremeció en el Jordán habiéndole de bautizar (Mt 3, 14); de ahí no solo a Cristo, como se pensaba, sino que velaba negaba que él fuera digno de soltar la misma correa de su calzado (Mc 1, 7); de ahí se gozaba el amigo del esposo a la voz del esposo (Lc 1, 44); de ahí confesaba haber recibido gracia por gracia; pero a aquel clamaba tener no según medida el Espíritu, sino la plenitud de la cual todos recibieran (Jn 1, 16). ¿Acaso no estarás sujeta a Dios, alma mía? (Sal 60, 2). De lo contrario no seré lámpara ardiente, sino amo al Señor mi Dios con todo el corazón, con toda la mente y con todas mis fuerzas. Pues sola es la caridad la que enciende para la salvación; sola la que infunde e inflama el Espíritu, a quien se nos prohíbe extinguir (1 Tes 5, 19). Tienes cómo ardió Juan: y en esto mismo cómo lució, se ha indicado, si has advertido. Pues no podías haber conocido su ardor si no hubiera lucido.

11. Luxit ergo, ut supra memini, exemplo, digito, verbo: opere se ipsum. Christum indice, nosmetipsos nobis sermone declarans. Tu puer, propheta Altissimi vocaberis, ait pater; praeibis enim ante faciem Domini parare vias ejus, ad dandam scientiam salutis plebi ejus. Ad dandam, inquit, non salutem: neque enim ille lux; sed scientiam salutis, ut testimonium perhiberet de lumine. Scientiam, inquit, salutis, in remissionem peccatorum (Luc. I, 76, 77). Num salutis scientiam sapiens parvipendere potest? Ponamus tamen necdum venisse Joannem, necdum significasse nobis de Christo. Ubi salutem quaeremus? Peccavi peccatum grande, quod sanguine vitulorum vel hircorum deleri non potest, quia non holocaustis delectatur Altissimus. Memoria mea infecta est faece hujus amurcae: non est novacula quae membranam hanc radere possit, quia tota totam imbibit faecem. Si peccati mei oblitus fuero, stultus sum et ingratus; si in memoria mea permanet, arguet me in aeternum. Quid igitur faciam? Ibo ad Joannem, et audiam vocem laetitiae, misericordiae vocem, sermonem gratiae, verbum remissionis et pacis. Ecce, inquit, Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi (Joan. I, 29); et alibi: Qui habet sponsam, inquit, sponsus est (Joan. III, 29). Ostendit igitur quia venit Deus, quia sponsus, quia Agnus. Quia Deus, certum est quod peccata remittere possit; sed utrum velit, adhuc in quaestione est. Vult profecto, quia sponsus est, quia amabilis est. Et Joannes amicus sponsi est, quia sponsus nisi amicos habere non novit. Et licet velit gloriosam sponsam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid ejusmodi; non tamen quaerit talem (ubi enim illam inveniret?), sed talem potius ipse facit, talem sibi exhibet ipse. Audi denique quid dicat per prophetam. Vulgo dicitur: Nunquid mulier, si dormierit cum altero viro, revertetur ad virum suum priorem? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis. Revertere tamen 987 ad me, et ego suscipiam te. (Jerem. III, 1). Ecce quod poscit, ecce quod velit.

12. Sed tu fortassis timeas eam quam facere venit delictorum purgationem, ne ustione et scissione ossa et medullas ossium collidat, ne dolorem inferat morte graviorem. Audi: Agnus est, in mansuetudine venit cum lana et lacte, solo verbo justificans impium. Quid enim est, juxta comicum, facilius dictu? (Terent. Phorm. II, I, 70.) Tantum, inquit, dic verbo, et sanabitur puer meus (Matth. VIII, 8). Utquid ergo deinceps haesitemus, fratres, et non omni fiducia ad thronum gloriae accedamus? [alias, ascendamus.]

11. Lució, pues, como arriba recordé, con el ejemplo, con el dedo, con la palabra: con la obra a sí mismo. A Cristo con el índice, declarándonos a nosotros mismos con el sermón. Tú, niño, profeta del Altísimo serás llamado, dice el padre; pues irás ante la faz del Señor a preparar sus caminos, para dar la ciencia de la salvación a su pueblo. Para dar, dice, no la salvación: pues ni aquel era la luz; sino la ciencia de la salvación, para que diera testimonio de la luz. La ciencia, dice, de la salvación, para la remisión de los pecados (Lc 1, 76, 77). ¿Acaso puede el sabio menospreciar la ciencia de la salvación? Pongamos, sin embargo, que aún no hubiera venido Juan, aún no nos hubiera significado sobre Cristo. ¿Dónde buscaremos la salvación? Pequé pecado grande, que con sangre de becerros o de machos cabríos no puede ser borrado, porque no se deleita el Altísimo con holocaustos. Mi memoria está infectada con la hez de este alpechín: no hay navaja que pueda raer esta membrana, porque toda ella embebió toda la hez. Si me hubiere olvidado de mi pecado, soy estúpido e ingrato; si permanece en la memoria, me argüirá eternamente. ¿Qué haré, pues? Iré a Juan, y oiré la voz de la alegría, la voz de la misericordia, el sermón de la gracia, la palabra de la remisión y de la paz. He aquí, dice, el Cordero de Dios, he aquí el que quita los pecados del mundo (Jn 1, 29); y en otra parte: El que tiene a la esposa, dice, es el esposo (Jn 3, 29). Mostró, por tanto, que vino Dios, porque es esposo, porque es Cordero. Porque es Dios, cierto es que puede remitir los pecados; pero si quiere, todavía está en cuestión. Quiere seguramente, porque es esposo, porque es amable. Y Juan es amigo del esposo, porque el esposo no sabe tener sino amigos. Y aunque quiere una esposa gloriosa no teniendo mancha, ni arruga, ni algo de esa clase; sin embargo no busca a tal (pues ¿dónde la encontraría?), sino que tal más bien la hace él mismo, tal se la presenta él mismo (987). Oye finalmente lo que dice por el profeta. Vulgarmente se dice: ¿Acaso la mujer, si hubiere dormido con otro varón, volverá a su marido anterior? Pero tú has fornicado con muchos amantes. Vuelve sin embargo a mí, y yo te recibiré. (Jer 3, 1). He aquí lo que pide, he aquí lo que quiere.

12. Pero tú tal vez temas esa purgación de los delitos que viene a hacer, no sea que por el incendio y la incisión colida los huesos y las médulas de los huesos, no sea que infiera un dolor más grave que la muerte. Oye: es Cordero, viene en mansedumbre con lana y leche, con sola la palabra justificando al impío. Pues ¿qué hay, según el cómico, más fácil de decir? (Terencio, Phormio 2.1.70). Solo, dice, di de palabra, y será sanado mi siervo (Mt 8, 8). ¿Para qué, pues, dudemos en lo sucesivo, hermanos, y no con toda confianza nos acerquemos al trono de la gloria? [o bien, ascendamos.]

Agamus Joanni gratias, et eo mediante transeamus ad Christum, quia, ut ait ipse: Illum oportet crescere, me autem minui (Joan. III, 36). Quomodo minui? Splendore utique, non fervore. Retraxit radios, collegit se [alias, recollegit se], ne fieret sicut is qui totum profert spiritum suum. Illum, inquit, oportet crescere, qui exhauriri non potest, de cujus plenitudine omnes accipiunt; me autem minui, cui datus est spiritus ad mensuram, et danda magis opera ut ardere semper valeam quam lucere. Praecessi solem, tanquam sidus matutinum; abscondi necesse est, orto jam sole. Non est mihi nisi modicum olei quo ungar; volo illud in vase tutius quam in lampade possidere.

IN VIGILIA SS. PETRI ET PAULI APOSTOLORUM. SERMO De triplici auxilio quod a sanctis accipimus.

1. In sanctorum Vigiliis necesse est vigilare hominem spiritualem, qui solemnitates eorum celebrare desiderat in spiritu et veritate. Aliae enim carnalium, aliae spiritualium vigiliae. Illi et nitidiores cultus, et epulas praeparant lautiores; et fortassis in ipsis vigiliis operantur opera tenebrarum, laetantur cum male fecerit et exsultant in rebus pessimis. Vos non ita didicistis Christum, qui Christum secuti estis, qui omnia reliquistis, qui vigilanti oculo vigiliarum nomen debetis attendere. Ad hoc enim vigiliae proponuntur, ut evigilemus, si in aliquo peccato vel negligentia dormitamus, et praeoccupemus faciem sanctorum in confessione. Non sic filii hujus saeculi, non sic, qui potentes sunt ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatem; qui obdormierunt in flagitiis et facinoribus suis. Illud vos non lateat, quia qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt; et qui dormiunt, nocte dormiunt: et frustra sonat eis nomen Vigiliarum sanctarum, cum ipsi magis dormire studeant, quam vigilare. Vos autem non estis filii noctis, neque tenebrarum, sed lucis et diei (I Thess. V, 5-8), ut non vos praeoccupent natalitii sanctorum dies, et inveniant imparatos.

2. Tria sunt igitur quae in festivitatibus sanctorum vigilanter considerare debemus: auxilium sancti, exemplum ejus, confusionem nostram. Auxilium ejus, quia qui potens in terra fuit, potentior est in coelis ante faciem Domini Dei sui. Si enim dum hic viveret, misertus est peccatoribus, et oravit pro eis; nunc tanto amplius, quanto verius agnoscit miserias nostras, orat pro nobis Patrem: quia beata illa patria charitatem ejus non immutavit, sed augmentavit.

Demos gracias a Juan, y mediando él pasemos a Cristo, porque, como dice él mismo: A él le conviene crecer, a mí en cambio menguar (Jn 3, 36). ¿Cómo menguar? En el esplendor ciertamente, no en el fervor. Retrajo los rayos, se recogió [o bien, se recogió de nuevo], para no hacerse como aquel que profiere todo su espíritu. A él, dice, le conviene crecer, que no puede ser agotado, de cuya plenitud todos reciben; a mí en cambio menguar, a quien le fue dado el espíritu con medida, y se ha de poner más empeño para que siempre pueda arder que lucir. Precedí al sol como astro matutino; es necesario ocultarse, habiendo nacido ya el sol. No tengo sino un poco de óleo con que me unja; quiero poseerlo más seguro en el vaso que en la lámpara.

EN LA VIGILIA DE LOS SANTOS APÓSTOLES PEDRO Y PABLO. SERMÓN. Sobre el triple auxilio que recibimos de los santos.

1. En las Vigilias de los santos es necesario que vigile el hombre espiritual, que desea celebrar sus solemnidades en espíritu y verdad. Pues unas son las vigilias de los carnales, otras las de los espirituales. Aquellos preparan tanto cultos más nítidos como banquetes más espléndidos; y tal vez en las mismas vigilias obran obras de las tinieblas, se alegran cuando han hecho mal y exultan en las cosas peores. Vosotros no así aprendisteis a Cristo, los que habéis seguido a Cristo, los que lo habéis dejado todo, los que con ojo vigilante debéis atender al nombre de las Vigilias. Para esto pues se proponen las vigilias, para que despertemos, si en algún pecado o negligencia dormitamos, y preocupemos la faz de los santos en la confesión. No así los hijos de este siglo, no así los que son potentes para beber vino, y varones fuertes para mezclar la embriaguez; que se durmieron en sus delitos y fechorías. No se os oculte aquello, que los que están ebrios, de noche están ebrios; y los que duermen, de noche duermen: y en vano les suena el nombre de las Vigilias santas, cuando ellos más estudian dormir que vigilar. Vosotros en cambio no sois hijos de la noche, ni de las tinieblas, sino de la luz y del día (1 Tes 5, 5-8), para que no os preocupen los días natalicios de los santos y os encuentren impares.

2. Tres son por tanto las cosas que en las festividades de los santos debemos considerar vigilantemente: el auxilio del santo, su ejemplo, nuestra confusión. Su auxilio, porque quien fue potente en la tierra, es más potente en los cielos ante la faz del Señor su Dios. Pues si mientras vivía aquí se compadeció de los pecadores y oró por ellos; ahora tanto más cuanto más verdaderamente conoce nuestras miserias, ora por nosotros al Padre: porque aquella patria bienaventurada no cambió su caridad, sino que la aumentó.

Neque enim quia impassibilis omnino, ideo, ei incompassibilis factus est: sed nunc potius induit sibi viscera misericordiae, cum ante fontem misericordiae assistit [alias, existit]. Est et alia causa, quae magis urget sanctos ut solliciti sint de nobis, quia, juxta vocem Apostoli, Deus providet pro nobis, ne sine nobis consummentur (Hebr. XI, 40), sicut ait sanctus David: Me exspectant justi, donec retribuas mihi (Psal. CXLI, 8). Debemus etiam attendere exemplum ejus, quia quandiu in terris visus est, et cum hominibus conversatus est, non declinavit ad dexteram, neque ad sinistram: sed viam regiam tenuit, donec veniret ad illum qui dicit, Ego sum via, veritas et vita (Joan. XIV, 6). Intuemini humilitatem operum ejus, auctoritatem verborum ejus, et tunc videbitis quomodo tam verbo quam exemplo luxerit inter homines; qualia nobis vestigia dereliquerit, 988 ut ambulemus per ea, et non erremus in eis. Vere, juxta prophetam, Semita justi recta est, rectus callis justi ad ambulandum (Isai. XXVI, 7).

3. Sed et diligentiori intuitu confusionem nostram inspiciamus: quia homo ille similis nobis fuit passibilis, ex eodem luto formatus ex quo et nos. Quid ergo est, quod non solum difficile, sed et impossibile credimus, ut faciamus opera quae fecit, ut sequamur vestigia ejus? Confundamur, fratres, et contremiscamus ad vocem istam, si forte haec confusio adducat nobis gloriam, si forte generet gratiam nobis timor iste. Homines isti fuerunt qui praecesserunt nos, qui tam mirabiliter processerunt per vias vitae, ut vix eos homines fuisse credamus. Sic ergo in sanctorum festivitatibus et gaudere et confundi debemus: gaudere, quia patronos praemisimus; confundi, quia eos imitari non possumus. Ita semper gaudium nostrum in hac valle lacrymarum, lacrymarum pane condiri debet, ut semper non solum extrema; sed et prima gaudii luctus occupet: quia etsi magna est gaudiorum materia, sed maxima est dolorum. Memor fui Dei, clamat justus, et delectatus sum: sed et statim subjungit, Defecit spiritus meus, turbatus sum, et non sum locutus. (Psal. LXXVI, 4, 5).

4. Quod si haec in Vigiliis uniuscujusque sancti cogitare debemus, quid faciemus in solemnitate sanctorum et summorum Apostolorum? Petrum et Paulum loquor. Sufficeret unius festivitas ad infundendam exsultationem universae terrae: sed amborum juncta est ad cumulum gaudiorum, ut quomodo in vita sua dilexerunt se, ita in morte non sint separati.

Pues no porque sea del todo impasible, por eso se ha hecho incompasivo con nosotros: sino que ahora más bien se ha vestido de entrañas de misericordia, cuando asiste [o bien, existe] ante la fuente de la misericordia. Hay también otra causa que más urge a los santos a estar solícitos de nosotros, porque, según la voz del Apóstol, Dios provee por nosotros, para que no sin nosotros sean consumados (Heb 11, 40), como dice el santo David: Me esperan los justos, hasta que me retribuyas (Sal 141, 8). Debemos también atender a su ejemplo, porque mientras se vio en tierras y conversó con los hombres, no declinó a la derecha ni a la izquierda: sino que mantuvo la vía regia, hasta que viniera a aquel que dice: Yo soy el camino, la verdad y la vida (Jn 14, 6). Mirad la humildad de sus obras, la autoridad de sus palabras, y entonces veréis cómo tanto con la palabra como con el ejemplo lució entre los hombres; qué clase de huellas nos dejó (988), para que caminemos por ellas y no erremos en ellas. Verdaderamente, según el profeta: La senda del justo es recta, derecho el carril del justo para caminar (Is 26, 7).

3. Pero también con más diligente intuición miremos nuestra confusión: porque aquel hombre fue semejante a nosotros pasible, formado del mismo lodo de que también nosotros. ¿Qué es, pues, que no solo difícil, sino también imposible creemos que hagamos las obras que hizo, que sigamos sus huellas? Confundámonos, hermanos, y temblemos ante esa voz, si por si acaso esta confusión nos traiga gloria, si por si acaso engendre gracia para nosotros este temor. Hombres fueron estos que nos precedieron, que tan maravillosamente procedieron por los caminos de la vida, que apenas creemos que hayan sido hombres. Así pues en las festividades de los santos debemos tanto gozarnos como confundirnos: gozarnos porque enviamos delante patronos; confundirnos porque no podemos imitarlos. Así siempre nuestro gozo en este valle de lágrimas debe ser condimentado con el pan de lágrimas, para que siempre no solo lo último, sino también lo primero del gozo el luto ocupe: porque aunque es grande la materia de los gozos, pero es máxima la de los dolores. Me acordé de Dios, clama el justo, y me deleité: pero también al punto subyace: Desfalleció mi espíritu, me turbé y no hablé. (Sal 76, 4, 5).

4. Pero si estas cosas debemos pensar en las Vigilias de cada uno de los santos, ¿qué haremos en la solemnidad de los santos y sumos Apóstoles? Hablo de Pedro y Pablo. Bastaría la festividad de uno solo para infundir la exultación en toda la tierra: pero la de ambos está unida para colmo de los gozos, para que así como en su vida se amaron, así en la muerte no estén separados.

Quid illis potentius dum fuerunt in terris, quorum alteri traduntur claves regni coelorum, alteri magisterium Gentium: alter Ananiam et Sapphiram occidit in verbis oris sui, alter donat quidquid donat in persona Christi; et cum infirmatur, tunc fortior est et potens? Quam potentiores sunt in coelis, qui tam potentes fuerunt in terris! Et qui nobis reliquerunt majora exempla, quam illi qui in fame et siti, in frigore et nuditate, et in omnibus illis quae Paulus enumerat (II Cor. XI, 23-33; Hebr. XI, 36-38), jugiter sunt afflicti, et demum felici martyrio regna coelestia conscenderunt? Vere nobis rubor confusionis sunt, quos vix audeamus respicere, ne dicam imitari. Oremus ergo eos ut ipsi propitium nobis reddant amicum suum, judicem nostrum, qui est Deus benedictus in saecula. Amen.

IN FESTO SS. PETRI ET PAULI APOSTOLORUM.

SERMO I. De triplici custodia quam apostoli habent super nos, et de tribus gradibus conversationis nostrae.

1. Gloriosa nobis solemnitas illuxit, quam praeclari martyres, martyrum duces, apostolorum principes, morte clarissima consecrarunt. Isti sunt Petrus et Paulus, duo magna luminaria, quos Deus in corpore Ecclesiae suae constituit quasi geminum lumen oculorum. Hi mihi traditi sunt in magistros et in mediatores, quibus secure me committere possim: quia et notas mihi fecerunt vias vitae, et mediantibus illis ad illum Mediatorem ascendere potero, qui venit pacificare per sanguinem suum et quae in coelis, et quae in terris sunt. Ille enim in utraque natura purissimus est, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus. Quomodo ergo ad illum accedere audebo, qui sum supra modum peccans peccator, qui peccavi supra numerum arenae maris, cum ille purior, ego impurior esse non possim? Verendum ne incidam in manus Dei viventis, si illi appropinquare vel inhaerere praesumpsero, quem a me tanta differentia dividit, quantum distat inter bonum et malum. Propterea dedit mihi Deus homines istos, qui et homines essent, et peccatores, et maximi peccatores, qui in se ipsis et de se ipsis discerent qualiter aliis misereri deberent. Magnorum enim criminum rei magnis criminibus facile donabunt veniam, et in qua mensura mensum est eis, remetientur nobis. Peccavit peccatum grande Petrus apostolus; et fortassis quo grandius nullum est: et tam velocissime, quam facillime veniam consecutus est, et sic, ut nihil de singularitate sui primatus amitteret.

¿Qué hubo más potente que ellos mientras estuvieron en la tierra, de los cuales a uno se le entregan las llaves del reino de los cielos, al otro el magisterio de las Gentes: uno mata a Ananías y Safira con las palabras de su boca, el otro dona cuanto dona en la persona de Cristo; y cuando se enferma, entonces es más fuerte y potente? ¡Cuán más potentes son en los cielos quienes tan potentes fueron en la tierra! ¿Quiénes nos dejaron mayores ejemplos que aquellos que en el hambre y la sed, en el frío y la desnudez, y en todas aquellas cosas que Pablo enumera (2 Cor 11, 23-33; Heb 11, 36-38), continuamente fueron afligidos, y finalmente por un feliz martirio ascendieron a los reinos celestiales? Verdaderamente para nosotros son rubor de confusión, a quienes apenas nos atrevemos a mirar, por no decir imitar. Roguémosles, pues, que ellos mismos nos vuelvan propicio a su amigo, nuestro juez, que es Dios bendito por los siglos. Amén.

EN LA FIESTA DE LOS SANTOS APÓSTOLES PEDRO Y PABLO.

SERMÓN I. Sobre la triple custodia que los apóstoles tienen sobre nosotros, y sobre los tres grados de nuestra conversación.

1. Una gloriosa solemnidad nos ha iluminado, la cual los preclaros mártires, jefes de los mártires, príncipes de los apóstoles, consagraron con una muerte clarísima. Estos son Pedro y Pablo, dos grandes luminares (luminaria), a quienes Dios constituyó en el cuerpo de su Iglesia como una doble luz de los ojos. Estos me han sido entregados como maestros y como mediadores, a quienes pueda encomendarme con seguridad: porque tanto me dieron a conocer los caminos de la vida, como mediando ellos podré ascender a aquel Mediador que vino a pacificar por su sangre tanto lo que está en los cielos como lo que está en la tierra. Pues Él en ambas naturalezas es purísimo, el cual no cometió pecado, ni se halló dolo en su boca. ¿Cómo, pues, me atreveré a acercarme a Él, yo que soy un pecador pecando sobremanera, que he pecado por encima del número de la arena del mar, cuando Él no puede ser más puro, ni yo más impuro? Es de temer que caiga en manos de Dios vivo si presumiera acercarme o adherirme a Él, a quien tanta diferencia me divide de Él, cuanto dista entre el bien y el mal. Por eso me dio Dios a estos hombres, que fueran tanto hombres como pecadores, y máximos pecadores, que en sí mismos y de sí mismos aprendieran de qué modo debían compadecerse de otros. Pues los reos de grandes crímenes fácilmente concederán el perdón a los grandes crímenes, y en la medida en que se les midió a ellos, nos remidirán a nosotros. Pecó con pecado grande el apóstol Pedro; y tal vez del cual ninguno hay mayor: y tan veloz como fácilmente alcanzó el perdón, y de tal modo que nada perdiera de la singularidad de su primado.

Sed et Paulus qui in ipsa viscera nascentis Ecclesiae tam singulariter quam incomparabiliter grassatus est, per ipsius Filii Dei vocem ad fidem adducitur, et pro tantis malis tantis bonis repletus est, ut Vas electionis fieret ad portandum nomen ejus coram gentibus, et regibus, et filiis Israel (Act. IX, 15): vas dignum, et coelestibus ferculis repletum: de quo et sanus escam, et infirmus accipiat medicinam.

2. Tales decebat humano generi pastores et doctores constitui, qui et dulces essent, et potentes, et nihilominus sapientes. Dulces, ut me blande et misericorditer susciperent; potentes, ut fortiter protegerent; sapientes, ut ad viam, et per viam ducerent quae ducit ad civitatem. Quid Petro dulcius, qui tam dulciter ad se omnes convocat peccatores, sicut et Actus apostolici et Epistolarum ejus series attestatur? Quid illo potentius, cui et terra obedivit, cum mortuos reddidit, et mare sub pedibus ejus se calcabile praebuit (Matth. XIV, 29); qui Simonem Magum spiritu oris sui in aere attigit, qui claves regni coelorum tam singulariter accepit, ut praecedat sententia Petri sententiam coeli? Denique quodcunque ligaveris, inquit, super terram, erit ligatum et in coelis; et quodcunque solveris super terram, erit solutum in coelis (Matth. XVI, 19). Quid autem illo sapientius, cui non caro et sanguis, sed Pater qui in coelis est, sapientiam illam, quae de coelis est, multa largitate revelavit? Libentissime Paulum sequor, qui prae nimia dulcedine luget eos qui peccaverunt, et non egerunt poenitentiam (II Cor. XII, 21): qui fortior est omni principatu et potestate (Rom. VIII, 38): qui sapientiam et medullam sacrorum sensuum non a primo vel secundo, sed a tertio coelo largiter asportavit (II Cor. XII, 2).

3. Hi sunt magistri nostri, qui a magistro omnium vias vitae plenius didicerunt, et docent nos usque in hodiernum diem. Quid ergo docuerunt vel docent nos apostoli sancti? Non piscatoriam artem, non scenofactoriam, vel quidquid hujusmodi est: non Platonem legere, non Aristotelis versutias inversare, non semper discere, et nunquam ad veritatis scientiam pervenire. Docuerunt me vivere. Putas, parva res est scire vivere? Magnum aliquid, imo maximum est. Non vivit qui superbia inflatur, qui luxuria sordidatur, qui caeteris inficitur pestibus; quoniam non est hoc vivere, sed vitam confundere, et appropinquare usque ad portas mortis. Bonam autem vitam ego puto, et mala pati, et bona facere, et sic perseverare usque ad mortem. Dicitur vulgo, quia qui bene se pascit, bene vivit. Sed mentita est iniquitas sibi; quia non bene vivit, nisi qui bonum facit.

Pero también Pablo, que en las mismas entrañas de la Iglesia naciente tan singular como incomparablemente hizo estragos, es llevado a la fe por la voz del mismo Hijo de Dios, y por tantos males fue llenado de tantos bienes, que se hiciera vaso de elección (vas electionis) para llevar su nombre ante las gentes, y los reyes, e hijos de Israel (Hech 9, 15): vaso digno, y lleno de manjares celestiales: de donde tanto el sano reciba alimento, como el enfermo reciba medicina.

2. Tales convenía que fueran constituidos pastores y doctores para el género humano, que fueran tanto dulces como potentes, y no menos sabios. Dulces, para que me recibieran blanda y misericordiosamente; potentes, para que me protegieran fuertemente; sabios, para que me condujeran a la vía y por la vía que conduce a la ciudad. ¿Qué hay más dulce que Pedro, que tan dulcemente convoca a sí a todos los pecadores, como tanto los Hechos Apostólicos como la serie de sus Epístolas atestigua? ¿Qué hay más potente que él, a quien hasta la tierra obedeció cuando devolvió a los muertos, y el mar bajo sus pies se ofreció transitable (Mt 14, 29); que alcanzó a Simón el Mago en el aire con el espíritu de su boca, que recibió las llaves del reino de los cielos tan singularmente que la sentencia de Pedro precede a la sentencia del cielo? Finalmente: "todo lo que ligares —dice— sobre la tierra, será ligado también en los cielos; y todo lo que desatares sobre la tierra, será desatado en los cielos" (Mt 16, 19). ¿Y qué hay más sabio que aquel a quien no la carne ni la sangre, sino el Padre que está en los cielos, le reveló con mucha largueza aquella sabiduría que es de los cielos? De muy buena gana sigo a Pablo, que por su excesiva dulzura llora a los que pecaron y no hicieron penitencia (2 Cor 12, 21): que es más fuerte que todo principado y potestad (Rom 8, 38): que la sabiduría y la médula de los sentidos sagrados no del primero o segundo, sino del tercer cielo la trajo largamente (2 Cor 12, 2).

Estos son nuestros maestros, que del Maestro de todos aprendieron más plenamente los caminos de la vida, y nos enseñan hasta el día de hoy. ¿Qué, pues, nos enseñaron o nos enseñan los santos apóstoles? No el arte de la pesca, no la de fabricar tiendas, o cualquier cosa de este género: no a leer a Platón, no a dar vueltas a las astucias de Aristóteles, no a estar siempre aprendiendo y nunca llegar al conocimiento de la verdad. Me enseñaron a vivir. ¿Piensas que es poca cosa saber vivir? Es algo grande, más aún, lo máximo. No vive quien se infla de soberbia, quien se mancha de lujuria, quien se infecta de las demás pestes; puesto que esto no es vivir, sino confundir la vida y acercarse hasta las puertas de la muerte. Yo en cambio pienso que la buena vida es tanto padecer males como hacer bienes, y así perseverar hasta la muerte. Se dice vulgarmente que quien bien se alimenta, bien vive. Pero la iniquidad se ha mentido a sí misma; porque no vive bien sino quien hace el bien.

4. Arbitror autem quod tu, qui in congregatione es, bene vivis, si vivis ordinabiliter, sociabiliter et humiliter: ordinabiliter tibi, sociabiliter proximo, humiliter Deo. Ordinabiliter, ut in omni conversatione tua sollicitus sis observare vias tuas, et in conspectu Domini, et in conspectu proximi, cavens et tibi a peccato, et illi a scandalo. Sociabiliter, ut studeas amari, et amare; blandum te et affabilem exhibere; supportare non solum patienter, sed et libenter infirmitates fratrum tuorum, tam morum quam corporum. Humiliter, ut cum haec omnia feceris, spiritum vanitatis studeas exsufflare, qui ex hujusmodi nasci solet; et quantumcunque illum senseris, negare omnino consensum. Sic et in patiendo malum, quoniam triplex est, triplicem providentiam adhibere te oportet. Est enim quod a te pateris, quod a proximo, quod a Deo. Primum est austeritas poenitentiae; secundum, vexatio alienae malitiae; tertium, flagellum correctionis divinae. In eo quod a te pateris, debes voluntarie sacrificare; quod a proximo, patienter ferre, quod a Deo, sine murmure et cum gratiarum actione sustinere. Non sic multi filiorum Adam, qui erraverunt in solitudine, in inaquoso (Psal. CVI, 4). Erraverunt plane, et errant a via veritatis, qui in solitudinem superbiae recedentes, socialem vitam habere non volunt, quorum singularitas associari non potest. Sed et in inaquoso; quia nullo imbre lacrymarum compuncti, in terra sterili et arenti perpetua siccitate morantur. Propterea viam civitatis habitaculi non invenerunt; quia inveterati in terra aliena, coinquinati sunt cum mortuis, deputati cum his qui in inferno sunt.

5. Non erat ita solitarius ille, de quo sanctus Jeremias ait: Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius, et tacebit, quia levavit se super se (Thren. III, 27, 28). Illi erraverunt, sed iste sedebit. Semper enim illi errant corde; iste autem non sedet, sed sedebit solitarius, cum habuerit honorem singularitatis, illius videlicet judiciariae potestatis insigne, quod sancti in terra sua possidebunt, cum laetitia sempiterna erit eis. Tacebit etiam, id est cum tranquillitate judicabit, sicut Dominus sabaoth cum tranquillitate judicat omnia. Quare? Quia levavit se super se, id est cum adolescens esset, et aetatis lubricae sentiret ardores, senem induit, relinquens quod erat, assumens quod non erat. Levavit, inquit, se super se: quia non respicit ad se, sed ad illum qui est super se. Sedebit enim, et tacebit etiam modo a strepitu diabolicarum suggestionum, a strepitu carnalium desideriorum, a strepitu mundi. Felix anima, quae linguas istas non exaudit, audiat licet: illa multum felicior, si tamen aliqua est, cui penitus non loquuntur.

Estimo además que tú, que estás en la congregación, vives bien si vives ordenadamente, sociablemente y humildemente: ordenadamente para ti, sociablemente para el prójimo, humildemente para Dios. Ordenadamente, para que en toda tu conversación seas solícito en observar tus caminos, tanto en presencia del Señor como en presencia del prójimo, guardándote tanto tú del pecado como a él del escándalo. Sociablemente, para que estudies ser amado y amar; exhibirte blando y afable; soportar no solo pacientemente, sino también de buena gana las enfermedades de tus hermanos, tanto de las costumbres como de los cuerpos. Humildemente, para que cuando hayas hecho todas estas cosas, estudies soplar fuera el espíritu de la vanidad, que de tales cosas suele nacer; y por cuanto lo sientas, negar del todo el consentimiento. Así también en el padecer el mal, puesto que es triple, te conviene aplicar una triple providencia. Pues hay lo que padeces de ti mismo, lo del prójimo, lo de Dios. Lo primero es la austeridad de la penitencia (990); lo segundo, la vejación de la malicia ajena; lo tercero, el azote de la corrección divina. En aquello que padeces de ti mismo, debes sacrificar voluntariamente; lo que del prójimo, llevarlo pacientemente; lo que de Dios, sostenerlo sin murmullo y con acción de gracias. No así muchos de los hijos de Adán, que erraron en la soledad, en lugar sin agua (Sal 106, 4). Erraron plenamente, y erran del camino de la verdad, los que retirándose a la soledad de la soberbia, no quieren tener vida social, cuya singularidad no puede ser asociada. Pero también en lugar sin agua; porque no compungidos por ninguna lluvia de lágrimas, permanecen en tierra estéril y seca en perpetua sequedad. Por eso no encontraron el camino de la ciudad de la habitación; porque envejecidos en tierra extraña, están manchados con los muertos, computados con los que están en el infierno.

5. No era así de solitario aquel de quien san Jeremías dice: Bueno es para el varón cuando hubiere llevado el yugo desde su adolescencia. Se sentará solitario y callará, porque se levantó sobre sí mismo (Lam 3, 27-28). Aquellos erraron, pero este se sentará. Pues siempre aquellos erran de corazón; este en cambio no se sienta, sino que se sentará solitario, cuando tuviere el honor de la singularidad, a saber, la insignia de aquella potestad judiciaria que los santos poseerán en su tierra, cuando la alegría sempiterna sea para ellos. Callará también, esto es, con tranquilidad juzgará, así como el Señor de los ejércitos con tranquilidad lo juzga todo. ¿Por qué? "Porque se levantó sobre sí mismo", esto es, cuando era adolescente y sentía los ardores de la edad resbaladiza, se vistió del hombre viejo, dejando lo que era, asumiendo lo que no era. "Se levantó —dice— sobre sí mismo": porque no vuelve la vista a sí mismo, sino a aquel que está sobre él. Pues se sentará, y callará también ahora del estrépito de las sugestiones diabólicas, del estrépito de los deseos carnales, del estrépito del mundo. Feliz el alma que no escucha estas lenguas, aunque las oiga; aquella mucho más feliz, si es que hay alguna, a quien de ningún modo le hablan.

Haec est sapientia, quam Apostolus loquitur inter perfectos, abscondita in mysterio, quam nemo principum saeculi hujus cognovit (I Cor. II, 6, 7). Sic me apostoli et vivere et conscendere [alias, credere] docuerunt. Gratias tibi ago, Domine Jesu, qui abscondisti haec a sapientibus, et prudentibus, et revelasti ea parvulis istis qui te secuti sunt, et reliquerunt omnia propter nomen tuum.

SERMO II.

1. Sancti isti, quorum solemnis hodie passio celebratur, multam nobis de se loquendi causam, multam quoque materiam praebuere. Verum ego unum timeo, ne toties audita verba salutis vilescere nobis incipiant tanquam verba. Vilis siquidem et volatilis res verbum hominis, nullius molis [alias, morae], nullius ponderis, nullius pretii, nullius soliditatis. Aerem verberat, unde et verbum dicitur: et sicut folium quod vento rapitur, effluit, et non est qui consideret. Nemo vestrum, fratres, sic accipiat, imo nemo sic despiciat verbum Dei. Dico enim vobis: Bonum illi fuisset, si non audisset homo ille. Fructus vitae sunt verba Dei, non folia; et si folia, sed aurea sunt. Proinde non parvipendantur, non pertranseant, non praetervolent. Ipsa quoque colligite fragmenta ne pereant. Terra enim, quae saepius supervenientem susceperit imbrem, et non fecerit fructum, terra reproba est, proxima maledicto (Hebr. VI, 7, 8). Sic et ea quae in Evangelio sterilis ficulnea legitur, si posteaquam foderit circa eam vineae cultor, atque miserit stercora, nihilominus sterilis inventa fuerit (Luc. XIII, 6-9), nonne jam securis ad radicem illius arboris est ponenda?

2. Et ego dico vobis, si minus boni in saecularibus invenerit, majorem in eis Dominus habiturus est patientiam quam in nobis, quibus coelestium consolationum pluviam voluntariam segregavit: quibus non sarculus disciplinae, non paupertatis et vilitatis 991 stercora defuerunt. An non stercora sunt abominationes Aegyptiorum, quas immolamus Deo nostro? Stercora plane vilia ad aspectum, sed ad fructum utilia. Non refugiat hanc foeditatem, qui fecunditatem desiderat: siquidem ex deformi stercorum acervo, qui portatur in agrum, formosus surget acervus manipulorum, qui reportabitur ex agro. Propterea non vilescat vobis vilitas pretiosa; sed pretiosius cunctis thesauris Aegypti, Christi improperium aestimate. Verumtamen terrenum habentibus sterquilinium, ipsa quoque coelestis non deest pluvia: quae est orationum devotio, jucunda ruminatio psalmodiae, dulcis meditatio, consolatio Scripturarum. Denique et haec ipsa pluvia est, quam accipitis per os meum, si quando de flumine, cujus impetus laetificat Dei civitatem, et torrente voluptatis illius aliqua super vos, dum de eis loquimur, stillicidia stillare contigerit.

Esta es la sabiduría que el Apóstol habla entre los perfectos, escondida en el misterio, la cual ninguno de los príncipes de este siglo conoció (1 Cor 2, 6-7). Así me enseñaron los apóstoles tanto a vivir como a ascender [o bien, creer]. Gracias te doy, Señor Jesús, que escondiste estas cosas a los sabios y prudentes, y las revelaste a estos pequeñuelos que te siguieron y lo dejaron todo por tu nombre.

SERMÓN II.

1. Estos santos, cuya solemne pasión hoy se celebra, mucha causa de hablar de ellos, mucha materia también nos proporcionaron. Pero yo temo una cosa: que las palabras de salvación tantas veces oídas empiecen a envilecerse para nosotros como simples palabras. Pues cosa vil y volátil es la palabra del hombre, de ninguna masa [o bien, demora], de ningún peso, de ningún precio, de ninguna solidez. Golpea el aire, de donde también se llama palabra (verbum): y como hoja que el viento arrebata, se esfuma y no hay quien lo considere. Ninguno de vosotros, hermanos, así reciba, antes bien ninguno así desprecie la palabra de Dios. Pues os digo: Bueno le hubiera sido si no hubiera oído aquel hombre. Frutos de vida son las palabras de Dios, no hojas; y si hojas, pero son de oro. Por tanto no se desprecien, no pasen de largo, no pasen volando. Recoged también los mismos fragmentos para que no perezcan. Pues la tierra que más a menudo recibiere la lluvia que le sobreviene y no hiciere fruto, tierra réproba es, próxima a la maldición (Heb 6, 7-8). Así también lo que en el Evangelio se lee de la higuera estéril: si después de que cavare en torno a ella el cultivador de la viña y pusiere abono (stercora), no obstante fuera hallada estéril (Lc 13, 6-9), ¿no se ha de poner ya el hacha a la raíz de aquel árbol?

2. Y yo os digo: si menos bienes hallare en los seculares, mayor paciencia ha de tener el Señor en ellos que en nosotros, para quienes segregó la lluvia voluntaria de las consolaciones celestiales: para quienes no faltaron el azadón de la disciplina, ni el abono (stercora) (991) de la pobreza y la vileza. ¿O no son abono (stercora) las abominaciones de los egipcios que inmolamos a nuestro Dios? Abono (stercora) plenamente viles a la vista, pero útiles para el fruto. No rehúya esta suciedad quien desea la fecundidad: puesto que del deforme montón de abono (stercora) que es llevado al campo, hermoso surgirá el montón de manojos que será traído de vuelta del campo. Por tanto, no se os envilezca la vileza preciosa; sino más precioso que todos los tesoros de Egipto estimad el oprobio de Cristo. Sin embargo, para los que tienen el estercolero terreno, tampoco falta la misma lluvia celestial: que es la devoción de las oraciones, la alegre rumiación de la salmodia, la dulce meditación, la consolación de las Escrituras. Finalmente, también esta misma es la lluvia que recibís por mi boca, si alguna vez del río cuyo ímpetu alegra la ciudad de Dios, y del torrente de aquel placer algunos destellos [stillicidia] os aconteciere destilar mientras de ellos hablamos.

3. Sed necesse habeo interdum circumfodere, quandoquidem posuerunt me custodem et cultorem in vineis. Heu! qui meam non colui, nec custodivi, necesse habeo tamen, dum hunc occupo locum, et circumfodere nonnunquam, et apponere stercora. Molestum id quidem, sed dissimulare non audeo: sciens multo amplius securim nocituram, quam sarculum; ignem, quam fimum. Itaque et arguere, et increpare interdum necesse est: nec ignoro fimum esse verbum increpatorium, verbum improperii, et quod si non excuset necessitas, ipsum quoque minus deceat proferentem. Sed quid agimus, quod hoc fimo etsi aliquos impinguari, sed alios plane et lapidari, et indurari videmus? Hinc namque scriptum est: De stercore boum lapidabitur piger (Eccli. XXII, 2). An non impinguatur, qui increpatus benigne accipit, mansuete respondet, libenter emendare conatur? Haec plane salubris et fecunda impinguatio est, ut corripiat me justus in misericordia, et increpet; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Ex ea siquidem pinguedine, quam generat oleum peccatoris, abundantius pullulant spinae et tribuli, et omnis radix amaritudinis germinat copiosius. Itaque qui justorum increpationem misericordiam nominat, satis indicat quemadmodum suscipienda sit, quam benigno animo, quam devota mente; quantaque ei gratia sit habenda. Sic enim accipientibus nobis erit impinguatio salubris, non fertilis vitiorum, quemadmodum oleum peccatoris, sed fructus illius, quem secundum Apostolum habemus in sanctificatione (Rom. VI, 22). Quid autem facimus tibi, o piger, quid ad hanc misericordiam irritaris magis, et exasperaris? Nonne bonum fimum sparsi in agro tuo? Unde ergo lapides habet? Sed tu, inimice homo; quoniam qui diligit iniquitatem, odit animam suam: (Psal. X, 6.) tu, inquam, inimice homo, hoc fecisti; qui desidiam tuam non excutere, sed excusare pergens, fimum tibi pervertis in lapides, et unde impinguari debueras, lapidaris. Haec idcirco dicta sunt, fratres, ut noveritis quam benigne audiendum sit, quam devote suscipiendum, quam sollicite conservandum quidquid ad animarum salutem pertinet, et non sicut verbum hominum, sed sicut (quod vere est) verbum Dei, sive illud consolatorium, sive commonitorium, sive etiam increpatorium audiatur (alias, videatur). Excessi, fateor, ipsius propemodum festivitatis oblitus, sed, ut arbitror, non ad insipientiam vobis, si firmiter inhaeserint animo quae audistis.

4. Et nunc jam de solemnitate ipsa vel breviter aliquid loqui tentemus. Apostolorum Christi festus agitur dies, quibus sane plurimum a nobis honorem deberi scio; sed utrum possit aliquis exhiberi, haesito satis. Nimis enim honorati sunt amici tui, Deus; nimis confortatus est principatus eorum (Psal. CXXXVIII, 17). Quid enim? si in terra adhuc positi omnia poterant, non quidem in se, sed in Christo; quid non poterunt hodie viventes in 992 aeterna felicitate cum ipso?

3. Pero tengo necesidad a veces de cavar en torno, puesto que me pusieron como guardián y cultivador en las viñas. ¡Ay! yo que no cultivé ni guardé la mía, tengo necesidad sin embargo, mientras ocupo este lugar, tanto de cavar en torno algunas veces como de aplicar abono (stercora). Molesto es eso por cierto, pero no me atrevo a disimular: sabiendo que mucho más dañará el hacha que el azadón; el fuego que el estiércol (fimum). Así pues, tanto argüir como increpar a veces es necesario: ni ignoro que el estiércol (fimum) es la palabra increpatoria, la palabra de oprobio, y que si la necesidad no la excusa, ella misma también es menos decorosa para quien la profiere. Pero ¿qué hacemos, que por este estiércol (fimum) vemos que algunos ciertamente se engordan, pero otros claramente tanto son lapidados como endurecidos? De aquí pues está escrito: "Por el estiércol de bueyes será lapidado el perezoso" (Eclo 22, 2). ¿Acaso no se engorda quien, increpado, recibe benignamente, responde mansamente, de buena gana se esfuerza en enmendarse? Esta claramente es una saludable y fecunda engorda: que me corrija el justo con misericordia y me increpe; pero el óleo del pecador no engorde mi cabeza. Pues de aquella gordura que genera el óleo del pecador, más abundantemente brotan espinas y abrojos, y toda raíz de amargura germina más copiosamente. Así pues, quien a la increpación de los justos la llama "misericordia", bastante indica de qué modo ha de ser recibida, con qué ánimo tan benigno, con qué mente tan devota; y cuánta gracia se le ha de tener. Pues así, recibiéndola nosotros, habrá una engorda saludable, no fértil de vicios como el óleo del pecador, sino aquel fruto de ella que según el Apóstol tenemos en la santificación (Rom 6, 22). Pero ¿qué te hacemos a ti, oh perezoso, por qué ante esta misericordia más te irritas y te exasperas? ¿Acaso no esparcí buen abono (fimum) en tu campo? ¿De dónde pues tiene piedras? Pero tú, hombre enemigo; puesto que quien ama la iniquidad odia su alma (Sal 10, 6): tú, digo, hombre enemigo, hiciste esto; quien no procediendo a sacudir tu desidia sino a excusarla, te perviertes el abono (fimum) en piedras, y de donde debías haber sido engordado, eres lapidado. Estas cosas por esto fueron dichas, hermanos, para que sepáis cuán benignamente se ha de oír, cuán devotamente recibir, cuán solícitamente conservar lo que pertenece a la salud de las almas, y no como palabra de hombres sino como (lo que verdaderamente es) palabra de Dios, ya sea que se oiga como consolatoria, o monitoria, o incluso increpatoria. Me excedí, lo confieso, casi olvidado de la misma festividad, pero, según juzgo, no para vuestra insensatez, si firmemente se han adherido al ánimo las cosas que habéis oído.

4. Y ahora ya de la solemnidad misma intentemos hablar algo brevemente. Se celebra el día festivo de los Apóstoles de Cristo, a los cuales ciertamente sé que por nosotros se les debe muchísimo honor; pero si alguno puede ser exhibido, dudo bastante. Pues "sobremanera honrados son tus amigos, Dios; sobremanera confortado está el principado de ellos" (Sal 138, 17). ¿Qué pues? si puestos todavía en la tierra todo lo podían, no por cierto en sí sino en Cristo; ¿qué no podrán hoy viviendo en la (992) eterna felicidad con Él?

Mortales adhuc et morituri imperium vitae et mortis videbantur habere, solo nimirum verbo mortificantes vivos, et mortuos suscitantes: quanto magis nunc, cum honorati sunt nimis, nimis confortatus est principatus eorum? Sed quid est, fratres? cum apostolorum beata hodie memoria celebretur, nunquid nativitatis seu conversionis eorum, aut certe vitae vel miraculorum solemnis agitur commemoratio? Non est, fratres, nativitatis humanae solemnitas ista, sicut paulo ante beati Joannis diem natalitium celebrastis. Ille enim nascens honoratur, quia nascitur sanctificatus. Denique in Joanne solo celebrior est passione nativitas; quia etsi passus pro Christo est, cum pro justitia et veritate occubuit, evidentius tamen natus pro eo est, nimirum homo missus a Deo, qui in hoc natus est, et ad hoc venit in mundum, ut perhiberet testimonium veritati (Joan. I, 7). Sed neque conversionem apostolorum, aut eorum miracula hodie recensemus, sicut certis diebus aliis, alterius quidem conversio, alterius de carcere liberatio facta per angelum festivis Ecclesiae gaudiis ad memoriam revocatur. Mortem specialius veneramur, qua nihil inter homines humano judicio plus horretur.

5. Considerate, fratres, Ecclesiae sanctae judicium, secundum fidem, non secundum faciem judicantis. Mortem siquidem apostolorum in eorum recolit solemnitate praecipua. Hodie nimirum Petrus crucifixus est, hodie decollatus est Paulus. Haec hodiernae causa festivitatis, haec praesentium materia gaudiorum. In his igitur festum agens diem et laetum, sine dubio spiritum sponsi habet Ecclesia, spiritum Domini: in cujus conspectu, sicut habes in psalmo: Pretiosa est mors sanctorum (Psal. CXV, 15). Quantos enim, dum paterentur apostoli, credimus adfuisse, qui nequaquam pretiosis mortibus illorum inviderent? Visi sunt enim oculis insipientium mori, et aestimata est afflictio exitus eorum, et sic quidem visi sunt oculis insipientium mori: Mihi autem, ait Propheta, nimis honorati sunt amici tui, Deus; nimis confortatus est principatus eorum. Fratres, amici Dei mori videntur oculis insipientium; sed in oculis sapientium judicantur potius obdormire. Denique et Lazarus dormiebat, quia amicus erat (Joan. XI, 11): et cum dederit dilectis suis somnum, ecce haereditas Domini (Psal. CXXVI, 2, 3).

6. Studeamus, fratres, vivere vita justorum, sed morte eorum mori multo magis desideremus. Sapientia enim justorum novissima praefert, ibi nos judicans, ubi nos invenerit. Omnino necesse est vitae praesentis finem futurae cohaerere principio, nec ibi tolerabilis dissimilitudo est.

Mortales todavía y por morir, parecían tener el imperio de la vida y de la muerte, a saber con sola la palabra mortificando a los vivos y resucitando a los muertos: ¿cuánto más ahora, cuando son honrados sobremanera, sobremanera confortado está el principado de ellos? Pero ¿qué es esto, hermanos? cuando se celebra hoy la memoria bienaventurada de los apóstoles, ¿acaso se celebra la conmemoración solemne de su nacimiento o conversión, o ciertamente de su vida o milagros? No es, hermanos, aquella solemnidad del nacimiento humano, como poco antes celebrasteis el día natalicio del bienaventurado Juan. Pues él al nacer es honrado porque nace santificado. Finalmente, solo en Juan es más célebre el nacimiento que la pasión; porque aunque padeció por Cristo cuando murió por la justicia y la verdad, más evidentemente sin embargo nació por Él, a saber, hombre enviado de Dios que en esto nació y para esto vino al mundo, para que diera testimonio a la verdad (Jn 1, 7). Pero ni la conversión de los apóstoles ni sus milagros hoy reseñamos, como en otros días ciertos la conversión de uno, o la liberación de otro de la cárcel hecha por el ángel, se trae a la memoria con los festivos gozos de la Iglesia. La muerte más especialmente veneramos, de la cual nada entre los hombres por el juicio humano más se horroriza.

5. Considerad, hermanos, el juicio de la santa Iglesia, según la fe, no según la cara de quien juzga. Pues la muerte de los apóstoles recuerda en su solemnidad principal. Hoy por cierto Pedro fue crucificado, hoy fue decapitado Pablo. Esta es la causa de la festividad de hoy, esta la materia de los presentes gozos. En estos, por tanto, celebrando el día festivo y alegre, sin duda el espíritu del esposo tiene la Iglesia, el espíritu del Señor: en cuya presencia, como tienes en el salmo: "Preciosa es la muerte de los santos" (Sal 115, 15). ¿Cuántos creemos que asistieron mientras padecían los apóstoles que de ningún modo envidiarían las preciosas muertes de ellos? Pues parecieron a los ojos de los insensatos morir, y fue estimada como aflicción la salida de ellos, y así por cierto parecieron a los ojos de los insensatos morir: "Para mí en cambio —dice el Profeta— sobremanera honrados son tus amigos, Dios; sobremanera confortado está el principado de ellos". Hermanos, los amigos de Dios parecen morir a los ojos de los insensatos; pero a los ojos de los sabios se juzga más bien que duermen. Finalmente, también Lázaro dormía porque era amigo (Jn 11, 11): y cuando hubiere dado a sus amados el sueño, he aquí la herencia del Señor (Sal 126, 2-3).

Estudiemos, hermanos, vivir la vida de los justos, pero mucho más deseemos morir la muerte de ellos. Pues la sabiduría de los justos prefiere las cosas postreras (novissima), juzgándonos allí donde nos hubiere encontrado. Del todo es necesario que el fin de la vida presente sea coherente con el principio de la futura, ni hay allí tolerable disimilitud.

Sicut enim si quis duo sibi, ut ita dixerim, cinctoria consuere aut colligare voluerit, minus de reliquis partibus curans, ipsa quae sibi copulanda sunt capita, uniformiter parat, ne dissideant a se ipsis; ita dico vobis, quantumlibet exstiterit conversatio spiritualis, si carnalis fuerit consummatio nostra, vitae illi spirituali penitus non cohaeret, nec caro et sanguis regnum Dei poterunt possidere. Fili, ait Sapiens, memorare novissima tua, et non peccabis (Eccli. VII, 40). Nimirum quod haec maxime recordatio faciat timoratum; timor expellat peccatum, negligentiam non admittat.

7. Hinc et Moyses de quibusdam: Utinam, ait, saperent, et intelligerent, ac novissima providerent! (Deut. XXXII, 29.) In quibus utique verbis tria quaedam nobis video commendari; sapientiam, intelligentiam, providentiam. Arbitror sane tribus eas assignari posse temporibus, ut aeternitatis quaedam imago reformari videatur in nobis, praesentia moderantibus per sapientiam, praeterita per intelligentiam dijudicantibus, novissima providentibus ad cautelam. Haec nempe spiritualis est exercitii summa, haec studii spiritualis; ut sapienter disponamus praesentia nostra, recogitemus in amaritudine animae nostrae praeterita, futura quoque 993 sollicite provideamus. Sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc saeculo, ait Apostolus (Tit. II, 12): ut videlicet in praesenti sobrietas observetur: ut justa satisfactione praeterita, quae nobis sine fructu salutis praeteriere, tempora redimantur; ut pietatis clypeum imminentibus de futuro periculis opponamus. Sola est enim quae ad omnia valet pietas, cultus scilicet Dei humilis et devotus: nec aliter nobis est providere novissima, nisi ut universa, quae nobis imminere videntur pericula, sedula nobiscum cogitatione versantes, discamus de nostra omnino industria, magis autem de nostris diffidere meritis, et soli divinae nos protectioni committere pio quodam mentis affectu, et affectu [alias deest et effectu.] piae intentionis in ipsum, cujus datum optimum, et donum perfectum est consummatio felix, et mors pretiosa.

8. Habes in Evangelio tria haec ipsa, tibi sermone Domini commendata: Beati, inquit, pauperes, beati mites, beati qui lugent (Matth. V, 3-5). Beati qui futura sapiunt, prae desiderio coelestium interno quodam sapore mentis praesentia respuentes. Beati qui novissima provident, in mansuetudine suscipientes insitum verbum, quod eorum salvare animas potest, et pietate cordis ad futuram tendunt haereditatem. Beati qui pristinum intelligentes errorem, crebris lavant lacrymis lectum suum. Vides quid optat vir sanctus, quid obtinere cupit eis, pro quibus orat?

Pues así como si alguno quisiera coser o ligar para sí dos, por así decir, cinturones, cuidando menos de las partes restantes, prepara uniformemente las cabezas mismas que se han de acoplar entre sí para que no disientan de sí mismas; así os digo: por mucho que haya existido la conversación espiritual, si nuestra consumación fuere carnal, con aquella vida espiritual de ningún modo es coherente, ni la carne y la sangre podrán poseer el reino de Dios. "Hijo —dice el Sabio— acuérdate de tus postrimerías (novissima), y no pecarás" (Eclo 7, 40). A saber, porque este recuerdo hace sobremanera temeroso; el temor expulsa el pecado, no admite la negligencia.

7. De aquí que también Moisés dice de algunos: "¡Ojalá fueran sabios, y entendieran, y proveyeran para sus postrimerías!" (Dt 32, 29). En cuyas palabras ciertamente veo que se nos recomiendan tres cosas: sabiduría, inteligencia y providencia. Pienso en verdad que pueden asignarse a tres tiempos, para que una cierta imagen de la eternidad parezca reformarse en nosotros, moderando las cosas presentes por la sabiduría, juzgando las pasadas por la inteligencia y proveyendo para las postrimerías por cautela. Esta es ciertamente la suma del ejercicio espiritual, esta la del estudio espiritual: que dispongamos sabiamente nuestras cosas presentes, repensemos en la amargura de nuestra alma las pasadas y también (993) proveamos solícitamente para las futuras. "Vivamos sobria, justa y piadosamente en este siglo", dice el Apóstol (Tit 2, 12): para que, a saber, en el presente se observe la sobriedad; para que se rediman con justa satisfacción los tiempos pasados que para nosotros pasaron sin fruto de salvación; para que opongamos el escudo de la piedad a los peligros inminentes del futuro. Pues la piedad es la única que vale para todo, a saber, el culto de Dios humilde y devoto: ni de otro modo podemos proveer para las postrimerías, sino que, dando vueltas con diligente pensamiento a todos los peligros que parecen amenazarnos, aprendamos a desconfiar totalmente de nuestra propia industria, y más aún de nuestros méritos, y a encomendarnos a la sola protección divina con un cierto piadoso afecto de la mente, y por el efecto de la piadosa intención hacia Él, cuyo "don óptimo y regalo perfecto" es la consumación feliz y la muerte preciosa.

8. Tienes en el Evangelio estas mismas tres cosas, recomendadas por la palabra del Señor: "Bienaventurados —dice— los pobres, bienaventurados los mansos, bienaventurados los que lloran" (Mt 5, 3-5). Bienaventurados los que son sabios para lo futuro, rechazando lo presente por un cierto sabor interno de la mente ante el deseo de las cosas celestiales. Bienaventurados los que proveen para las postrimerías, recibiendo en mansedumbre la palabra injertada que puede salvar sus almas, y por la piedad del corazón tienden hacia la herencia futura. Bienaventurados los que, entendiendo su error antiguo, lavan con frecuentes lágrimas su lecho. ¿Ves qué desea el varón santo, qué desea obtener para aquellos por quienes ora?

Utinam, inquit, saperent, et intelligerent, ac novissima providerent! Ac si manifestius dicat: Utinam esset in eis spiritus sapientiae, et intelligentiae, atque consilii! Utinam haec in nobis inveniantur, fratres, ut suaviter omnia nostra per sapientiam disponamus, ut intellectu praeterita peccata damnemus, ut provideamus futura consilio! Utinam sapiamus ad praesentis vitae moderationem! utinam intelligamus ad praeteritae correctionem! utinam devota in Deum fide provideamus, ut felicem habeamus, ipso miserante, consummationem! Hic enim est funiculus triplex, quo trahimur ad salutem; ordinata conversatio, rectum judicium, fides devota.

Sermo III.

De lectione libri Sapientiae: «Hi sunt viri misericordiae.» (Eccl. XLIV, 10, 11.)

1. Merito, fratres, apostolis sanctis attribuit mater Ecclesia, quod in Sapientiae libris legitur: Hi sunt viri misericordiae, quorum justitiae oblivionem non acceperunt: cum semine eorum permanent bona. Sunt enim hi plane viri misericordiae, sive quia misericordiam consecuti, sive quia misericordia pleni, seu quia misericorditer a Deo nobis donati sunt. Et vide quam misericordiam consecuti sunt. Paulum interroga de se ipso, vel magis sponte confitentem ausculta. Qui fui blasphemus, et persecutor, et iniquus; sed misericordiam consecutus sum (I Tim. I, 13). Quis enim non audivit quanta mala fecerit sanctis in Jerusalem? nec solum in Jerusalem, sed et per totam Judaeam insaniae ferebatur habenis, ut Christi membra laniaret in terris. Denique hac furia vectus ibat, sed praeventus a gratia est. Ibat spirans minarum et caedis in discipulos Domini, et discipulus Domini factus est, cui ostenderetur quanta eum oporteret pro nomine ipsius pati. Ibat dirum toto corpore virus exhalans, et subito in electionis vas mutatus est, ut jam cor illius eructaret verbum bonum, verbum pium, et diceret: Domine, quid me vis facere? (Act. IV.) Haec utique, haec mutatio dexterae Excelsi. Merito proinde loquebatur: Fidelis sermo et omni acceptione dignus, quoniam Dominus Jesus venit peccatores salvos facere quorum primus ego sum (I Tim. I, 15). Hoc ergo apud beatum Paulum fiduciae et consolationis accipite, fratres, ut ad Dominum jam conversos non nimis cruciet praeteritorum, conscientia delictorum; sed tantum humiliet vos, sicut et ipsum. Ego sum, inquit, minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei (I Cor. XV, 9).

"¡Ojalá —dice— fuesen sabios, y entendiesen, y proveyesen para sus postrimerías!" Como si dijese más claramente: ¡Ojalá estuviera en ellos el espíritu de sabiduría, y de inteligencia, y de consejo! ¡Ojalá estas cosas se hallen en nosotros, hermanos, para que dispongamos suavemente todas nuestras cosas por la sabiduría, para que por el entendimiento condenemos los pecados pasados, para que proveamos lo futuro por el consejo! ¡Ojalá seamos sabios para la moderación de la vida presente! ¡Ojalá entendamos para la corrección de la pasada! ¡Ojalá con devota fe en Dios proveamos para que tengamos, por su misericordia, una consumación feliz! Pues este es el cordel triple por el cual somos arrastrados a la salvación: la conversación ordenada, el juicio recto y la fe devota.

Sermón III.

De la lectura del libro de la Sabiduría: "Estos son varones de misericordia." (Eclo 44, 10-11)

1. Con razón, hermanos, la madre Iglesia atribuye a los santos apóstoles lo que se lee en los libros de la Sabiduría: "Estos son varones de misericordia, cuyas justicias no han recibido el olvido: con la simiente de ellos permanecen los bienes". Pues estos son claramente varones de misericordia, ya sea porque alcanzaron misericordia, ya porque están llenos de misericordia, o porque misericordiosamente nos fueron dados por Dios. Y ved qué misericordia alcanzaron. Interroga a Pablo sobre sí mismo, o más bien escucha a quien confiesa espontáneamente. "Que fui blasfemo, y perseguidor, e inicuo; pero alcancé misericordia" (1 Tim 1, 13). Pues ¿quién no oyó cuántos males hizo a los santos en Jerusalén? Y no solo en Jerusalén, sino que por toda Judea era llevado por las riendas de la locura, para despedazar a los miembros de Cristo en la tierra. Finalmente, llevado por esta furia iba, pero fue prevenido por la gracia. Iba respirando amenazas y muerte contra los discípulos del Señor, y se hizo discípulo del Señor, a quien se le mostraría cuántas cosas le convenía padecer por su nombre. Iba exhalando por todo su cuerpo un funesto veneno, y de pronto fue mudado en vaso de elección (vas electionis), para que ya su corazón eructara una palabra buena, una palabra piadosa, y dijera: "Señor, ¿qué quieres que haga?" (Hech 4). Esta ciertamente, esta mudanza de la diestra del Muy Alto. Con razón por tanto hablaba: "Palabra fiel y digna de toda aceptación, que el Señor Jesús vino a salvar a los pecadores de los cuales el primero soy yo" (1 Tim 1, 15). Tomad pues esto para confianza y consuelo en el bienaventurado Pablo, hermanos, para que no os torture demasiado la conciencia de los delitos pasados a quienes ya os habéis convertido al Señor; sino que solo os humille, como a él mismo. "Yo soy —dice— el mínimo de los apóstoles, que no soy digno de ser llamado apóstol porque perseguí a la Iglesia de Dios" (1 Cor 15, 9).

Ita et nos humiliemur sub potenti manu Dei, et fiduciam habeamus, 994 quia et nos misericordiam consecuti sumus, abluti sumus, sanctificati sumus. Et hoc quidem omnibus nobis quoniam omnes peccavimus, et egemus hac gloria Dei.

2. Verum apud beatum Petrum aliud habeo quod apponam, eo carius, quo rarius; et quo singularius, eo sublimius. Nam peccavit Paulus, sed ignorans fecit in incredulitate sua: Petrus cum cecidit, apertos habebat oculos. Porro ubi abundavit delictum, ibi superabundavit et gratia. Eorum siquidem qui peccant antequam Deum noverint, antequam miserationes ejus experti sint, antequam portaverint jugum suave et onus leve, priusquam devotionis gratiam, et consolationes acceperint Spiritus sancti; eorum, inquam, copiosa redemptio est. Et tales omnes nos fuimus. At eorum qui post conversionem suam peccatis et vitiis implicantur, ingrati acceptae gratiae, et post missam manum ad aratrum retro respiciunt, tepidi et carnales facti, aut post agnitam viam veritatis retro eunt apostatae manifesti: eorum utique perpaucos invenias, qui post haec redeant in gradum pristinum, sed magis in sordibus positi sordescant adhuc. Super quos propheta deplorat: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? et: Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora (Thren. IV, 1, 5).

3. Nec tamen si quis hujusmodi est, desperamus de eo, tantum ut resurgere velit cito. Quanto enim diutius permanebit, tanto evadet difficilius. Beatus vero qui tenebit, et allidet parvulos Babylonis ad petram: etenim si creverint, vix poterunt superari. Filioli, haec dico ut non peccetis. Sed et si quis peccaverit, Advocatum habemus apud Patrem, qui potest quod nos minime possumus: tantum qui cecidit, non adjiciat in malum ut profundius cadat, sed magis ut resurgat, confidens quod nec ei negabitur venia, si tamen ex corde confiteatur peccata sua. Si enim is, de quo loquimur, Petrus post tam gravem lapsum ad tantam rediit eminentiam sanctitatis; quis de caetero desperet, si tantum egredi voluerit a peccatis? Attende quod scriptum est: Egressus foras, flevit amare (Matth. XXVI, 75). In egressu confessionem oris, in amaro fletu compunctionem cordis intellige. Et attende, quod tunc primum recordatus est verbi quod dixerat Jesus: tunc primum cordi fuit verbum, quo praedicta fuerat ejus infirmitas, cum evanuit praesumpta temeritas. Vae tibi, qui post lapsum fortiorem te nobis exhibes. Utquid tam rigidus es in tuam ipsius perniciem?

Así también nosotros humillémonos bajo la poderosa mano de Dios, y tengamos confianza, (994) porque también nosotros hemos alcanzado misericordia, hemos sido lavados, hemos sido santificados. And esto por cierto para todos nosotros, puesto que todos pecamos y necesitamos esta gloria de Dios.

2. Pero en el bienaventurado Pedro tengo otra cosa que añadir, tanto más querida cuanto más rara; y cuanto más singular, tanto más sublime. Pues pecó Pablo, pero lo hizo ignorando en su incredulidad: Pedro cuando cayó, tenía los ojos abiertos. Por lo demás, donde abundó el delito, allí sobreabundó también la gracia. Pues de aquellos que pecan antes de haber conocido a Dios, antes de haber experimentado sus misericordias, antes de haber llevado el yugo suave y la carga ligera, antes de haber recibido la gracia de la devoción y los consuelos del Espíritu Santo; de ellos, digo, copiosa es la redención. Y tales fuimos todos nosotros. Pero de aquellos que después de su conversión se enredan en pecados y vicios, ingratos a la gracia recibida, y después de haber puesto la mano en el arado miran hacia atrás, hechos tibios y carnales, o después de haber conocido el camino de la verdad vuelven atrás como apóstatas manifiestos: de ellos ciertamente muy pocos hallarías que después de esto vuelvan al grado antiguo, sino que más bien puestos en las suciedades se ensucian todavía más. Sobre los cuales el profeta deplora: "¿Cómo se ha oscurecido el oro, se ha mudado el color óptimo?" y: "Los que se criaban en escarlata abrazaron el estiércol" (Lam 4, 1. 5).

3. Sin embargo, si alguno es de esta clase, no desesperamos de él, con tal de que quiera levantarse pronto. Pues cuanto más tiempo permanezca, tanto más difícilmente escapará. Bienaventurado en verdad el que tomare y estrellare a los pequeñuelos de Babilonia contra la piedra: porque si crecieren, apenas podrán ser vencidos. Hijitos míos, estas cosas os digo para que no pequéis. Pero si alguno pecare, Abogado tenemos ante el Padre, que puede lo que nosotros mínimamente podemos: solo que el que cayó no añada mal para caer más profundamente, sino más bien para levantarse, confiando en que no se le negará el perdón, si sin embargo confiesa de corazón sus pecados. Pues si aquel de quien hablamos, Pedro, después de tan grave caída volvió a tanta eminencia de santidad, ¿quién de lo demás desesperará, si solo quisiere salir de los pecados? Atiende a lo que está escrito: "Saliendo fuera, lloró amargamente" (Mt 26, 75). En la salida entiende la confesión de la boca, en el llanto amargo la compunción del corazón. Y atiende a que entonces primero se acordó de la palabra que había dicho Jesús: entonces primero estuvo en su corazón la palabra con la que había sido predicha su enfermedad, cuando se desvaneció la presumida temeridad. ¡Ay de ti, que después de la caída te nos muestras más fuerte! ¿Para qué eres tan rígido para tu propia perdición?

Inclinare potius, ut melius erigaris, et ne prohibeas frangi quod distortum est, ut possit melius solidari. Quid indignaris increpanti gallo? tibi potius indignare. Pluviam voluntariam, ait Psalmista, segregabis, Deus, haereditati tuae, et infirmata est. Bona infirmitas, quae segregatur haereditati, quae medicum non repellit. Induratos enim, tanquam vas figuli in virga ferrea conteret: et haereditas infirmata est, ait, tu vero perfecisti eam (Psal. LXVII, 10).

4. Audistis certe quam misericordiam consecuti sint apostoli nostri, ut jam nemo ex vobis super peccatis praeteritis ultra quam necesse sit confundatur, in cubili conscientiae suae compunctus. Quid enim? forte peccasti in saeculo; nunquid amplius Paulo? Quod si et ipsa in religione; nunquid plus Petro? Attamen illi in toto corde poenitentiam agentes, non modo salutem, sed et sanctitatem consecuti sunt; etiam et salutis ministerium, et magisterium adepti sunt sanctitatis. Et tu ergo fac similiter, quoniam propter te Scriptura loquitur, viros illos esse misericordiae: utique propter multam misericordiam, quam consequi meruerunt.

5. Potes tamen in hoc verbo etiam illud non inconvenienter accipere, viros misericordiae fuisse apostolos, id est plenos misericordia, seu viros misericordiae, id est misericorditer datos Ecclesiae universae. Scimus enim quod viri isti nec sibi vixere, nec sibi mortui sunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est; magis autem nobis omnibus propter illum. Quantum enim proderit nobis eorum justitia, quando ipsa quoque, sicut 995 ostensum est, tantum profuere peccata? Pro nobis facit eorum vita, eorum doctrina, etiam et mors ipsa. Etenim in conversione continentiam, in praedicatione sapientiam, in passione sua patientiam nobis beati apostoli contulerunt. Quartum usque hodie conferre non cessant misericordia pleni, quod est sanctarum fructus orationum. Quamvis et in ipsa eorum vita adhuc invenias quod annumeres, fiduciam scilicet, quam nobis miraculorum exhibitione praebuerunt. Et quis enumeret quam multa nobis per eos beneficia provenerunt? Bene ergo de eis Scriptura loquitur: Quoniam hi sunt viri misericordiae; et addidit: Quorum justitiae oblivionem non acceperunt (Eccli. XLIV).

6. Vis ut nec tua accipiat oblivionem? A triplici cave periculo: et florebit in aeternum ante Dominum. Legis enim: Quia tepidus es, incipiam te emovere ex ore meo (Apoc. III, 16); legis: Si averterit se justus a justitia sua, etc., omnium justitiarum ejus non recordaber (Ezech. XVIII, 24); legis quibusdam dicendum in judicio: Non novi vos (Matth. VII, 23); illis sine dubio, qui receperunt mercedem suam. Ergo omnis justitia tepida, omnis transitoria, omnis vendita, erit in oblivione coram Deo. Sed non ita apostolorum justitiae.

Inclínate más bien para que mejor seas erigido, y no prohíbas que se rompa lo que está torcido para que pueda mejor consolidarse. ¿Por qué te indignas con el gallo que te increpa? Indígnate más bien contigo mismo. "Lluvia voluntaria —dice el Salmista — apartarás, Dios, para tu heredad, y fue debilitada". Buena enfermedad la que se aparta para la heredad, la que no repele al médico. Pues a los endurecidos, como vaso de alfarero, los quebrantará con vara de hierro: y "la heredad fue debilitada —dice—, pero tú la perfeccionaste" (Sal 67, 10).

4. Habéis oído ciertamente qué misericordia alcanzaron nuestros apóstoles, para que ya ninguno de vosotros se confunda por los pecados pasados más de lo que sea necesario, compungido en el lecho de su conciencia. ¿Qué pues? tal vez pecaste en el mundo, ¿acaso más que Pablo? Y si también en la religión, ¿acaso más que Pedro? Sin embargo, ellos haciendo penitencia de todo corazón, no solo alcanzaron la salvación, sino también la santidad; incluso alcanzaron el ministerio de la salvación y el magisterio de la santidad. Y tú, por tanto, haz lo mismo, puesto que por ti la Escritura dice que aquellos varones son de misericordia: ciertamente por la mucha misericordia que merecieron alcanzar.

5. Puedes sin embargo en esta palabra también no inconvenientemente aceptar que los apóstoles fueron varones de misericordia, esto es, llenos de misericordia, o varones de misericordia, esto es, misericordiosamente dados a la Iglesia universal. Pues sabemos que estos varones ni para sí vivieron ni para sí murieron, sino para aquel que por ellos murió; más bien para todos nosotros por causa de él. ¿Cuánto nos aprovechará su justicia, cuando incluso sus pecados, como se (995) ha mostrado, aprovecharon tanto? Por nosotros hace la vida de ellos, la doctrina de ellos, e incluso la misma muerte. Pues en la conversión los bienaventurados apóstoles nos confirieron continencia, en la predicación sabiduría, en su pasión paciencia. Una cuarta cosa hasta el día de hoy no cesan de conferir, llenos de misericordia, que es el fruto de las santas oraciones. Aunque incluso en su misma vida todavía halles qué enumerar, a saber la confianza que nos proporcionaron por la exhibición de milagros. ¿Y quién enumerará cuántos beneficios nos han llegado por medio de ellos? Bien por tanto la Escritura habla de ellos: "Puesto que estos son varones de misericordia"; y añadió: "Cuyas justicias no han recibido el olvido" (Eclo 44).

6. ¿Quieres que la tuya tampoco reciba el olvido? Guárdate de un triple peligro: y florecerá eternamente ante el Señor. Pues lees: "Porque eres tibio, empezaré a vomitarte de mi boca" (Apoc 3, 16); lees: "Si el justo se apartare de su justicia, etc., de todas sus justicias no me acordaré" (Ez 18, 24); lees lo que se ha de decir a algunos en el juicio: "No os conozco" (Mt 7, 23); a aquellos sin duda que recibieron su recompensa. Por tanto, toda justicia tibia, toda transitoria, toda vendida, estará en el olvido ante Dios. Pero no así las justicias de los apóstoles.

Quod ex eo satis apparet, quod sequitur: Cum semine eorum permanent bona. Manent enim usque hodie in nobis apostolorum vestigia; et eorum religio, quia ex Deo est, non potest dissolvi. Vestes Israelitici populi quadraginta annis in deserto perseveraverunt integrae (Deut. VIII, 4); multo magis apostolorum vestes super jumentum Salvatoris impositae. Cum semine, inquit, eorum. Quod est semen, quia secutus adjungit: Haereditas sancta nepotes eorum? Idem profecto et semen sunt, et nepotes. Meministis credo: scientibus enim legem loquor: meministis, inquam, legalis mandati, ut suscitet frater superstes semen fratri defuncto sine semine (Gen. XXXVIII, 8; Deut. XXV, 5). Quis sine semine? Singulariter, ait, sum ego donec transeam (Psal. CXL, 10). Ideoque resurgens: Vade, inquit, dic fratribus meis (Joan. XX, 17). Ac si dicat: Fratres sunt, faciant quod fratres. Ergo per Evangelium ipsi nos genuerunt; non tamen sibi, sed Christo, quia per Evangelium Christi. Hinc est quod moleste tulit Paulus quosdam eorum dici, a quibus geniti fuerant per Evangelium, indignans adversus eos qui dicebant: Ego sum Pauli, ego sum Cephae, ego Apollo (I Cor. I, 12; I Cor. III, 4); Christi magis omnes et fieri volens, et dici. Itaque semen apostolorum sumus per praedicationem; sed per adoptionem et haereditatem semen Christi, et apostolorum nepotes.

IN ASSUMPTIONE B. V. MARIAE. SERMO I. De gemina susceptione, Christi scilicet et Mariae.

1. Virgo hodie gloriosa coelos ascendens, supernorum gaudia civium copiosis sine dubio cumulavit augmentis. Haec est enim, cujus salutationis vox et ipsos exsultare facit in gaudio, quos materna adhuc viscera claudunt (Luc. I, 41). Quod si parvuli necdum nati anima liquefacta est ut Maria locuta est, quid putamus quaenam illa fuerit coelestium exsultatio, cum et vocem audire, et videre faciem, et beata ejus frui praesentia meruerunt? Nobis vero, charissimi, quae in ejus Assumptione solemnitatis occassio, quae causa laetitiae, quae materia gaudiorum? Mariae praesentia totus illustratur orbis: adeo ut et ipsa jam coelestis patria clarius rutilet virgineae lampadis irradiata fulgore. Merito proinde resonat in excelsis gratiarum actio et vox laudis; sed plangendum nobis quam plaudendum magis esse videtur. Quantum enim de ejus praesentia coelum exsultat, nunquid non consequens est, ut tantum lugeat hic noster inferior mundus ejus absentiam? Cesset tamen querela nostra, quia nec nobis hic est manens civitas; sed eam inquirimus, ad quam hodie Maria benedicta pervenit.

Lo cual aparece suficientemente de lo que sigue: "Con la simiente de ellos permanecen los bienes". Pues permanecen hasta el día de hoy en nosotros las huellas de los apóstoles; y la religión de ellos, porque es de Dios, no puede disolverse. Las vestiduras del pueblo israelita por cuarenta años en el desierto perseveraron íntegras (Dt 8, 4); mucho más las vestiduras de los apóstoles impuestas sobre el jumento (jumentum) del Salvador. "Con la simiente —dice— de ellos". ¿Cuál es la simiente?, porque a continuación añade: "¿Es la herencia santa los nietos de ellos?". Lo mismo ciertamente son tanto la simiente como los nietos. Os acordáis, creo (pues hablo a quienes conocen la ley): os acordáis, digo, del mandato legal de que el hermano sobreviviente suscite simiente al hermano difunto sin simiente (Gén 38, 8; Dt 25, 5). ¿Quién sin simiente? "Singularmente —dice— estoy yo hasta que pase" (Sal 140, 10). Y por eso al resucitar: "Ve —dice—, di a mis hermanos" (Jn 20, 17). Como si dijera: Son hermanos, hagan lo que hacen los hermanos. Por tanto, por el Evangelio ellos mismos nos engendraron; no sin embargo para sí, sino para Cristo, porque por el Evangelio de Cristo. De aquí es que Pablo llevó a mal que algunos fueran llamados de aquellos por quienes habían sido engendrados por el Evangelio, indignándose contra los que decían: "Yo soy de Pablo, yo soy de Cefas, yo soy de Apolo" (1 Cor 1, 12; 1 Cor 3, 4); queriendo más bien que todos se hicieran y dijeran de Cristo. Y así somos simiente de los apóstoles por la predicación; pero por la adopción y la herencia simiente de Cristo, y nietos de los apóstoles.

EN LA ASUNCIÓN DE LA BIENAVENTURADA VIRGEN MARÍA. SERMÓN I. De la doble recepción, a saber de Cristo y de María.

1. La Virgen hoy gloriosa subiendo a los cielos, sin duda aumentó los gozos de los ciudadanos superiores con copiosos incrementos. Pues esta es aquella cuya voz de salutación hace exultar de gozo incluso a aquellos a quienes todavía encierran las vísceras maternas (Lc 1, 41). Que si el alma del pequeñuelo aún no nacido se derritió cuando habló María, ¿cuál pensamos que fue aquella exultación de los seres celestiales cuando merecieron tanto oír su voz, como ver su rostro, y disfrutar de su presencia bendita? Pero para nosotros, carísimos, ¿qué ocasión de solemnidad hay en su Asunción, qué causa de alegría, qué materia de gozos? Con la presencia de María todo el orbe se ilumina: de tal modo que incluso la misma patria celestial ahora brilla más claramente irradiada por el fulgor de la lámpara virginal. Con razón por tanto resuena en las alturas la acción de gracias y la voz de alabanza; pero parece que nosotros debemos más bien llorar que aplaudir. Pues cuanto el cielo exulta por su presencia, ¿acaso no es consecuente que tanto lamente este nuestro mundo inferior su ausencia? Cese sin embargo nuestra queja, porque no tenemos aquí ciudad permanente, sino que buscamos aquella a la cual hoy llegó la bienaventurada María.

In qua si conscripti cives sumus, dignum profecto est etiam in exsilio, etiam super flumina Babylonis ejus nos recordari, ejus communicare gaudiis, ejus participare laetitiam, maximeque 996 eam, quae tam copioso impetu laetificat hodie civitatem Dei, ut sentiamus et ipsi stillicidia stillantia super terram. Praecessit nos regina nostra, praecessit, et tam gloriose suscepta est, ut fiducialiter sequantur Dominam servuli clamantes: Trahe nos post te; in odorem unguentorum tuorum curremus (Cant. I, 3). Advocatam praemisit peregrinatio nostra, quae tanquam Judicis mater, et mater misericordiae, suppliciter et efficaciter salutis nostrae negotia pertractabit.

2. Pretiosum hodie munus terra nostra direxit in coelum, ut dando et accipiendo felici amicitiarum foedere copulentur humana divinis, terrena coelestibus, ima summis. Illo enim ascendit fructus terrae sublimis, unde data optima, et dona perfecta descendunt. Ascendens ergo in altum Virgo beata, dabit ipsa quoque dona hominibus. Quidni daret? Siquidem nec facultas ei deesse poterit, nec voluntas. Regina coelorum est, misericors est; denique mater est unigeniti Filii Dei. Nihil enim sic potest potestatis ejus seu pietatis magnitudinem commendare: nisi forte aut non creditur Dei Filius honorare matrem; aut dubitare quis potest omnino in affectum charitatis transisse Mariae viscera, in quibus ipsa quae ex Deo est charitas novem mensibus corporaliter requievit.

3. Et haec quidem propter nos dixerim, fratres, sciens difficile esse ut in tanta inopia charitas illa perfecta, non quaerens quae sua sunt, valeat inveniri. Ut tamen interim sileam beneficia, quae pro illius glorificatione consequimur; si eam diligimus, gaudebimus utique, quia vadit ad Filium. Plane, inquam, congratulabimur ei, nisi forte, quod absit! inventrici gratiae omnimodis inveniamur ingrati. Quem enim in castellum mundi hujus intrantem prius ipsa susceperat, ab eo suscipitur hodie sanctam ingrediens civitatem. Sed cum quanto putas honore, cum quanta putas exsultatione, cum quanta gloria? Nec in terris locus dignior uteri virginalis templo, in quo Filium Dei Maria suscepit; nec in coelis regali solio, in quo Mariam hodie Mariae filius sublimavit. Felix nimirum utraque susceptio; ineffabilis utraque, quia utraque inexcogitabilis est. Utquid enim ea hodie in ecclesiis Christi evangelica lectio recitatur, in qua mulier benedicta in mulieribus excepisse intelligitur Salvatorem?

En la cual, si somos ciudadanos inscritos, digno es por cierto incluso en el exilio, incluso sobre los ríos de Babilonia, acordarnos de ella, comunicar con sus gozos, participar de su alegría, y sobre todo de (996) ella, que con tan copioso ímpetu alegra hoy a la ciudad de Dios, para que sintamos también nosotros las gotas (stillicidia) que gotean sobre la tierra. Nos precedió nuestra reina, precedió, y tan gloriosamente fue recibida, que confiadamente sigan a la Señora los siervos clamando: "Atráenos en pos de ti; correremos al olor de tus ungüentos" (Cant 1, 3). Nuestra peregrinación envió delante a una abogada que, como madre del Juez y madre de misericordia (mater misericordiae), suplicante y eficazmente tratará los negocios de nuestra salvación.

2. Un don precioso dirigió hoy nuestra tierra al cielo, para que dando y recibiendo, en un feliz pacto de amistades, se acoplen lo humano a lo divino, lo terreno a lo celestial, lo ínfimo a lo sumo. Pues allá subió el fruto sublime de la tierra, de donde descienden los "datos óptimos y dones perfectos". Por tanto, subiendo a lo alto, la bienaventurada Virgen dará ella también dones a los hombres. ¿Por qué no los daría? Puesto que ni la facultad podrá faltarle, ni la voluntad. Es la Reina de los cielos, es misericordiosa; finalmente, es la madre del unigénito Hijo de Dios. Pues nada puede recomendar tanto la magnitud de su poder o de su piedad: a no ser que tal vez o no se crea que el Hijo de Dios honra a su madre; o alguien pueda dudar en absoluto que hayan pasado al afecto de la caridad las entrañas de María, en las cuales la caridad misma que es de Dios descansó corporalmente por nueve meses.

3. Y estas cosas por cierto las habría dicho por nosotros, hermanos, sabiendo que es difícil que en tanta indigencia pueda hallarse aquella caridad perfecta que no busca lo que es suyo. Sin embargo, para que entretanto calle los beneficios que alcanzamos por su glorificación; si la amamos, nos alegraremos ciertamente porque va al Hijo. Claramente, digo, la felicitaremos, a no ser que ¡lo que no suceda! nos mostremos ingratos en todo sentido con la halladora de la gracia (inventrix gratiae). Pues a quien entrando en el castillo de este mundo ella misma primero había recibido, por Él es recibida hoy entrando en la ciudad santa. Pero ¿con cuánto honor piensas, con cuánta exultación, con cuánta gloria? Ni en la tierra hubo lugar más digno que el templo del útero virginal, en el cual María recibió al Hijo de Dios; ni en los cielos que el solio real en el cual hoy el Hijo de María sublimó a María. Feliz por cierto ambas recepciones; inefable cada una, porque cada una es impensable. Pues ¿para qué se recita hoy en las iglesias de Cristo aquella lección evangélica en la cual se entiende que la mujer bendita entre las mujeres recibió al Salvador?

Credo ut haec quam celebramus, ex illa susceptione aliquatenus aestimetur, imo ut juxta illius inaestimabilem gloriam inaestimabilis cognoscatur et ista. Quis enim, etiamsi linguis hominum angelorumque loquatur, explicare queat quemadmodum superveniente Spiritu, obumbrante virtute Altissimi, caro factum sit Verbum Dei, per quod facta sunt omnia; et Dominus majestatis quem non capit universitas creaturae, intra virginea sese clauserit viscera factus homo?

4. Sed et illud quis vel cogitare sufficiat, quam gloriosa hodie mundi regina processerit, et quanto devotionis affectu tota in ejus occursum coelestium legionum prodierit multitudo: quibus ad thronum gloriae canticis sit deducta; quam placido vultu, quam serena facie, quam laetis [alias, divinis] amplexibus suscepta a Filio, et super omnem exaltata creaturam, cum eo honore, quo tanta mater digna fuit, cum ea gloria, quae tantum decuit Filium? Felicia prorsus oscula labiis impressa lactentis, cui virgineo mater applaudebat in gremio. Verum nunquid non feliciora censebimus, quae ab ore sedentis in dextera Patris hodie in beata salutatione suscepit, cum ascenderet ad thronum gloriae, epithalamium canens, et dicens: Osculetur me osculo oris sui? (Cant. I, 1.) Christi generationem, et Mariae assumptionem quis enarrabit? Quantum enim gratiae in terris adepta est prae caeteris, tantum et in coelis obtinet gloriae singularis. Quod si oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus se: quod praeparavit gignenti se, et, quod omnibus est certum, diligenti prae omnibus, quis loquatur? Felix plane Maria, et multipliciter felix, sive cum excipit Salvatorem, sive cum a Salvatore suscipitur: utrobique miranda dignitas Virginis matris: utrobique 997 amplectenda dignatio majestatis. Intravit, inquit, Jesus in quoddam castellum, et mulier quaedam excepit illum in domum suam (Luc. X, 38). Sed laudibus magis vacandum est, quod festivis praeconiis haec dies debeatur. Quia vero copiosam nobis materia lectionis hujus verba ministrant; cras quoque, convenientibus nobis in unum, communicandum erit sine invidia quod fuerit desuper datum, ut in memoria tantae Virginis non modo affectus devotionis excitetur, sed et mores aedificentur ad profectum conversationis, in laudem et gloriam Filii ejus Domini nostri, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen.

Sermo II.

De domo mundanda, ornanda, implenda.

Creo que para que esta que celebramos se estime en algo por aquella recepción, más aún, para que según su inestimable gloria se conozca también esta como inestimable. Pues ¿quién, aunque hable en lenguas de hombres y de ángeles, podría explicar cómo, viniendo el Espíritu sobre ella y sombreándola la virtud del Altísimo, se hizo carne el Verbo de Dios por quien fueron hechas todas las cosas; y el Señor de la majestad, a quien no cabe el universo de la criatura, se encerró dentro de las entrañas virginales hecho hombre?

4. Pero ¿quién será capaz ni siquiera de pensar cuán gloriosamente procedió hoy la reina del mundo, y con cuánto afecto de devoción salió al encuentro de ella toda la multitud de las legiones celestiales: con qué cánticos fue conducida al trono de la gloria; con cuán plácido semblante, con cuán serena cara, con cuán alegres [alias, divinos] abrazos fue recibida por el Hijo, y exaltada sobre toda criatura con aquel honor de que tan gran madre fue digna, con aquella gloria que tanto decencia al Hijo? Felices por cierto los besos impresos en los labios del lactante, a quien la madre aplaudía en su seno virginal. Pero ¿acaso no juzgaremos más felices los que recibió hoy en la bendita salutación de la boca de aquel que se sienta a la diestra del Padre, cuando subía al trono de la gloria cantando un epitalamio y diciendo: "Béseme con el beso de su boca"? (Cant 1, 1). La generación de Cristo y la asunción de María, ¿quién la narrará? Pues cuanto alcanzó de gracia en la tierra sobre los demás, tanto también en los cielos obtiene de gloria singular. Que si el ojo no vio, ni el oído oyó, ni subió al corazón del hombre lo que Dios preparó para los que le aman: lo que preparó para la que lo engendró y, lo que es cierto para todos, para la que lo amó sobre todos, ¿quién lo dirá? Feliz claramente María, y múltiplemente feliz, ya sea cuando recibe al Salvador, ya cuando es recibida por el Salvador: en ambos casos es admirable la dignidad de la Virgen madre: en ambos (997) es de abrazar la dignación de la majestad. "Entró —dice— Jesús en un cierto castillo, y una mujer lo recibió en su casa" (Lc 10, 38). Pero hay que vacar más a las alabanzas, porque este día se debe a los festivos pregones. Mas porque las palabras de esta lección nos suministran copiosa materia, mañana también, congregándonos en uno, habrá de comunicarse sin envidia lo que hubiere sido dado de arriba, para que en la memoria de tan gran Virgen no solo se excite el afecto de la devoción, sino también se edifiquen las costumbres para provecho de la conversación, para alabanza y gloria de su Hijo nuestro Señor, que es Dios sobre todas las cosas, bendito por los siglos. Amén.

Sermón II.

De la casa que ha de ser limpiada, adornada y llenada.

1. Intravit Jesus in quoddam castellum, et mulier quaedam, Martha nomine, excepit illum in domum suam (Luc. X, 38). Opportune satis hoc mihi loco prophetica exclamatio assumenda videtur: O Israel, quam magna est domus Domini, et ingens locus possessionis ejus! (Baruch III, 24.) An non ingens, cujus comparatione castellum dicitur terrae hujus spatiosissima latitudo? an non ingens patria et regio inaestimabilis, quando ab ea Salvator adveniens, cum ingrederetur orbem terrae, dicitur introire castellum? Nisi forte castellum quis aliud intelligendum putet, quam atrium fortis armati, principis mundi hujus, cujus vasa dripere fortior supervenit (Luc. XI, 21, 22). Festinemus in illam ingredi beatitudinis amplitudinem, fratres, ubi nemo alium coangustat: ut possimus cum omnibus sanctis comprehendere, quaenam sit longitudo et latitudo, sublimitas et profundum (Ephes. III, 18). Neque id desperemus, quandoquidem ipse coelestis habitator patriae, etiam et creator, nostri hujus castelluli angustias non refugit.

2. Sed quid introisse cum dicimus in castellum? Etiam in angustissimum virginalis uteri diversorium introivit. Denique et mulier quaedam excepit illum in domum suam. Felix mulier, quae non jam exploratores Jericho, sed ipsum potius fortissimum exspoliatorem stulti illius, qui vere ut luna mutatur; non legatos Jesu filii Nave, sed ipsum magis suscipere meruit verum Jesum Filium Dei. Felix, inquam, mulier, cujus domus Salvatore suscepto inventa est munda quidem, sed plane non vacua. Quis enim vacuam dixerit, quam salutat angelus gratia plenam? Neque hoc solum; sed adhuc quoque in eam superventurum asserit Spiritum sanctum. Ad quid putas, nisi ut etiam superimpleat eam? Ad quid, nisi ut adveniente jam Spiritu plena sibi, eodem superveniente nobis quoque superplena et supereffluens fiat? Utinam fluant in nos aromata illa, charismata scilicet gratiarum, ut de plenitudine tanta omnes accipiamus! Ipsa nempe mediatrix nostra, ipsa est per quam suscepimus misericordiam tuam, Deus: ipsa est per quam et nos Dominum Jesum in domos nostras excipimus. Et nobis enim singulis castra sunt singula, et singulae domus; et Sapientia pulsat ad ostia singulorum: si quis ei aperuerit, introibit, coenabitque cum eo. Est vulgare proverbium, quod multorum in ore, magis autem in corde versatur: Bonum, inquiunt, servat castellum, qui custodierit corpus suum. Sapiens tamen non sic, sed magis inquit: Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit (Prov. IV, 23).

"Entró Jesús en un cierto castillo, y una mujer, de nombre Marta, lo recibió en su casa" (Lc 10, 38). Oportunamente me parece que en este lugar debe asumirse la exclamación profética: "¡Oh Israel, cuán grande es la casa del Señor, e inmenso el lugar de su posesión!" (Bar 3, 24). ¿O no es inmensa, en comparación con la cual se llama castillo a la anchura espaciosísima de esta tierra? ¿o no es una patria inmensa y una región inestimable cuando de ella viniendo el Salvador, al entrar en el orbe de la tierra, se dice que entra en un castillo? A no ser que alguien piense que debe entenderse otro castillo que el atrio del fuerte armado, el príncipe de este mundo, cuyas vasijas el más fuerte sobrevino para arrebatar (Lc 11, 21-22). Apresurémonos a entrar en aquella amplitud de la bienaventuranza, hermanos, donde nadie estrecha a otro: para que podamos con todos los santos comprender cuál sea la longitud y la latitud, la sublimidad y la profundidad (Ef 3, 18). Ni desesperemos de ello, puesto que el mismo habitante celestial de la patria, e incluso el creador, no rehuyó las estrecheces de este nuestro castillito.

2. Pero ¿qué decimos cuando decimos que entró en un castillo? Incluso en el estrechísimo albergue del útero virginal entró. Finalmente también "una mujer lo recibió en su casa". Feliz mujer, que mereció recibir no ya a los exploradores de Jericó (exploratores Jericho), sino más bien al mismo fortísimo despojador de aquel necio que verdaderamente se muda como la luna; no a los legados de Jesús hijo de Nave, sino más bien al mismo verdadero Jesús, el Hijo de Dios. Feliz, digo, mujer, cuya casa, recibido el Salvador, fue hallada limpia por cierto, pero claramente no vacía. ¿Pues quién diría vacía a la que el ángel saluda como llena de gracia? Ni esto solo; sino que todavía también afirma que el Espíritu Santo sobrevendrá en ella. ¿Para qué piensas, sino para que incluso la sobrellene? ¿Para qué, sino para que, estando ya llena para sí al venir el Espíritu, al sobrevenir el mismo se haga para nosotros también sobrellena y superefusa? ¡Ojalá fluyan en nosotros aquellos aromas (aromata), a saber, los carismas de las gracias, para que de tanta plenitud todos recibamos! Ella es ciertamente nuestra mediadora (mediatrix nostra), ella es por quien hemos recibido tu misericordia, Dios: ella es por quien también nosotros recibimos al Señor Jesús en nuestras casas. Pues para cada uno de nosotros hay campamentos singulares y casas singulares; y la Sabiduría llama a las puertas de cada uno: si alguno le abriere, entrará y cenará con él. Es un proverbio vulgar que anda en boca de muchos, pero más en el corazón: Buen castillo guarda —dicen— quien hubiere custodiado su cuerpo. El sabio sin embargo no dice así, sino que más bien dice: "Con toda custodia guarda tu corazón, porque de él procede la vida" (Prov 4, 23).

3. Esto tamen, cedendum sit multitudini; bonum castrum custodiat, qui custodierit corpus suum. Illud sane quaerendum quaenam huic sit adhibenda custodia castro. Rectene custodisse tibi videtur anima illa corporis sui castrum, cujus membra, velut conjuratione facta, inimico ejus dominium tradidere? Sunt enim qui cum morte foedus inierunt, pactum pepigerunt cum inferno (Isa. XXVIII, 15). Incrassatus est, inquit, dilectus, et recalcitravit; incrassatus, impinguatus, dilatatus (Deut. XXXII, 15). Haec plane custodia, quae laudatur a peccatoribus in desideriis carnis suae. Quid vobis videtur, fratres? num et in hac parte cedendum est multitudini? Absit! Paulum 998 magis interrogemus, utpote ducem strenuum militiae spiritualis. Dic nobis, Apostole, quae sit tui custodia castri? Ego, ait, sic curro, non quasi in incertum; sic pugno, non quasi aerem verberans, Castigo enim corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte, cum aliis praedicavero, ipse reprobus efficiar (I Cor. IX, 26, 27). Et alio in loco: Non regnet, inquit, peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum concupiscentiis ejus (Rom. VI, 12). Utilis profecto custodia, et felix anima, quae sic custodierit corpus suum, ut nunquam sibi vindicet illud inimicus. Fuit enim aliquando, cum hoc meum castrum tyrannidi suae impius ille subjecerat sibi, potestative membris imperans universis. Quantum eo nocuerit tempore, praesens adhuc indicat desolatio et egestas. Heu! nec continentiae murum in eo, nec patientiae antemurale reliquit. Exterminavit vineas, messuit segetes, arbores exstirpavit: quippe etiam oculus iste meus depraedabatur animam meam. Denique nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. Dico autem infernum inferiorem, ubi nulla confessio, unde nemini datur exire.

4. Caeterum etiam tunc nec carcer illi deerat, nec infernus. Ab ipso nempe conjurationis et proditionis pessimae deprehensa principio, non alibi quam in domo propria carcerali est mancipata custodiae, nec aliis quam suae ipsius familiae data tortoribus. Erat enim illi conscientia carcer, erant tortores ratio et memoria, atque hi quidem crudeles, austeri et immisericordes: sed longe minus a rugientibus illis praeparatis ad escam, quibus erat jam jamque tradenda. Sed benedictus Deus, qui non dedit me in captionem dentibus eorum. Benedictus, inquam, Dominus, qui visitavit et fecit redemptionem. Cum enim inferiori eam carceri tradere malignus [additur alias et tortoribus], acceleraret, sed et castrum ipsum ignibus cremare perpetuis, ut digna perjuris etiam fieret retributio membris, fortior supervenit. Intravit in castellum Jesus, qui fortem alligans, ejus vasa diripuit; ut quae prius erant in contumeliam, faceret in honorem. Contrivit portas aereas, et confregit ferreos vectes, vinctum de domo carceris et umbra mortis educens. Porro egressus ejus in confessione.

3. Sea sin embargo, haya que ceder a la multitud; guarde un buen castillo quien hubiere custodiado su cuerpo. Eso ciertamente hay que preguntar: qué custodia se ha de aplicar a este castillo. ¿Te parece que ha custodiado rectamente el castillo de su cuerpo aquella alma cuyos miembros, como hecha una conjuración, entregaron el dominio a su enemigo? Pues hay quienes hicieron pacto con la muerte y establecieron alianza con el infierno (Is 28, 15). "Se engordó —dice— el amado, y tiró coces; engordado, impinguado, dilatado" (Dt 32, 15). Esta claramente es la custodia que es alabada por los pecadores en los deseos de su carne. ¿Qué os parece, hermanos? ¿acaso también en esta parte hay que ceder a la multitud? ¡Lejos de ello! Preguntemos más bien a Pablo (998), como a jefe esforzado de la milicia espiritual. Dinos, Apóstol, ¿cuál es tu custodia del castillo? "Yo —dice— así corro, no como a la ventura; así peleo, no como quien azota el aire, pues castigo mi cuerpo y lo reduzco a servidumbre, no sea que tal vez, habiendo predicado a otros, yo mismo sea reprobado" (1 Cor 9, 26-27). Y en otro lugar: "No reine —dice— el pecado en vuestro cuerpo mortal para obedecer a sus concupiscencias" (Rom 6, 12). Útil custodia por cierto, y feliz el alma que así hubiere custodiado su cuerpo que nunca se lo apropie el enemigo. Pues hubo un tiempo en que aquel impío había sometido este mi castillo a su tiranía, mandando potestativamente a todos los miembros. Cuánto dañó en aquel tiempo, todavía lo indica la presente desolación y penuria. ¡Ay! ni muro de continencia en él, ni antemural de paciencia dejó. Exterminó las viñas, segó las mieses, extirpó los árboles: porque incluso este mi ojo depredaba mi alma. Finalmente, si el Señor no me hubiera ayudado, poco menos habría habitado en el infierno mi alma. Pero hablo del infierno inferior (infernum inferiorem), donde no hay confesión, de donde a nadie se le da salir.

4. Por lo demás, incluso entonces ni cárcel le faltaba ni infierno. Pues sorprendida a saber desde el principio mismo de la peor conjuración y traición, no en otro lugar que en su propia casa fue entregada a custodia carcelaria, y dada a no otros torturadores que a los de su propia familia. Pues le era la conciencia una cárcel, eran torturadores la razón y la memoria, y estos por cierto crueles, austeros e inmisericordes: pero mucho menos que aquellos rugientes preparados para la comida a los cuales estaba ya para ser entregada. Pero bendito sea Dios que no me entregó en captura a los dientes de ellos. Bendito, digo, el Señor que visitó e hizo la redención. Cuando el maligno se apresuraba a entregarla a la cárcel inferior [alias, y a los torturadores], pero también a quemar el castillo mismo con fuegos perpetuos para que se hiciera una digna retribución también a los miembros perjuros, sobrevino uno más fuerte. Entró en el castillo Jesús, quien atando al fuerte, arrebató sus vasijas; para que lo que antes era para contumelia, lo hiciera para honor. Quebrantó las puertas de bronce y rompió los cerrojos de hierro, sacando al encadenado de la casa de la cárcel y de la sombra de la muerte. Por lo demás, su salida está en la confesión.

Ipsa est enim scopa, qua mundatus carcer et ornatus, deinceps regularium institutionum juncis quibusdam pulchre virentibus de carcere redit in domum. Habet ergo mulier jam domum suam, habet ubi suscipiat eum, cui super tantis beneficiis exstat obnoxia. Alioquin vae ei, si eum excipere renuit, si non detinet, si non cogit manere secum, quoniam advesperascit. Rediens enim qui prius ejectus est, mundatam quidem et ornatam domum in venit, sed vacantem.

5. Relinquitur siquidem mulieri domus sua deserta, quam [alias, quia] Salvatoris hospitio dignam exhibere neglexit. Quomodo, inquis? Poteritne domus mundata confessione priorum delictorum, et observatione regularium institutionum ornata, indigna adhuc judicari habitaculo gratiae, Salvatoris ingressu? Poterit sine dubio, si superficie tenus emundata, et juncis, ut dictum est, strata virentibus, interius plena sit luto. Quis enim suscipiendum Dominum arbitretur in dealbatis mortuorum sepulcris, quae videntur a foris speciosa, intrinsecus autem spurcitia et sanies universa replevit? Esto siquidem ut aliquando tanquam ipsa superficie delectatus, incipiat velut primum apponere pedem, ei qui hujusmodi est, primam aliquam visitationis suae gratiam indulgendo: nunquid non resiliet illico cum indignatione? nunquid non aufugiet clamitans: Infixus sum in limo profundi, et non est substantia? (Psal. LXVIII, 3.) Virtutis enim species, et non veritas, quasi qualitas est, non substantia. Neque vero ingressum ejus exterioris potest conversationis tenuis superficies sustinere; quoniam omnia penetrat, et in intimis cordibus ejus habitatio est. Quod si nequaquam spiritus disciplinae subditum manifeste peccatis corpus inhabitat, fictum utique non modo declinat, sed et effugit atque elongatur ab eo (Sap. I, 5). An vero aliud est quam fictio exsecranda, si peccatum superficie tenus radas, 999 non intrinsecus eradices? Certus esto quoniam pullulabit uberius, et mundatam, sed vacantem domum cum nequioribus septem, qui ejectus fuerat, hospes [alias, hostis] malignus intrabit. Reversus enim ad vomitum canis, odibilis erit multo plus quam ante, et fiet filius gehennae multipliciter, qui post indulgentiam delictorum in easdem denuo sordes inciderit, ut sus lota in volutabro luti.

6. Vis videre mundatam, ornatam et vacantem domum? Hominem intuere qui confessus est, et deseruit manifesta peccata praecedentia ad judicium, et nunc solas movet manus ad opera mandatorum, corde penitus arido, ductus consuetudine quadam, plane quasi vitula Ephraim, docta diligere trituram. Exteriorum quae ad modicum valent, ne unum iota praeterit aut apicem unum; sed camelum glutit, dum culicem liquat.

Pues ella es la escoba (scopa) con la cual, limpiada y adornada la cárcel, después por ciertos juncos bellamente verdes de las instituciones regulares vuelve de la cárcel a la casa. Tiene pues la mujer ya su casa, tiene donde recibir a aquel con quien está en deuda por tan grandes beneficios. De otro modo, ¡ay de ella! si rehúsa recibirlo, si no lo detiene, si no lo obliga a permanecer con ella porque anochece. Pues volviendo el que primero fue echado, encuentra la casa ciertamente limpia y adornada, pero vacante.

5. Se le deja en efecto a la mujer su casa desierta, la cual [alias, porque] descuidó mostrar como digna para el hospedaje del Salvador. ¿Cómo, dices? ¿Podrá la casa limpia por la confesión de los delitos anteriores y adornada por la observancia de las instituciones regulares, ser juzgada todavía indigna para el habitáculo de la gracia, para el ingreso del Salvador? Podrá sin duda si, limpiada solo en la superficie y sembrada, como se dijo, de juncos verdes, interiormente está llena de lodo. Pues ¿quién juzgaría que el Señor ha de ser recibido en sepulcros blanqueados de muertos que por fuera parecen hermosos, pero por dentro la suciedad y toda podredumbre los han llenado? Pues sea que alguna vez, como deleitado por la misma superficie, comience como a poner primero el pie en quien es de esta clase, concediéndole alguna primera gracia de su visitación: ¿acaso no retrocederá al punto con indignación? ¿acaso no huirá clamando: "Estoy clavado en el limo del abismo y no hay sustancia"? (Sal 68, 3). Pues la apariencia de la virtud, y no la verdad, es como una cualidad, no una sustancia. Ni en verdad puede la tenue superficie de la conversación exterior sostener su ingreso; puesto que todo lo penetra, y en lo íntimo de los corazones está su habitación. Que si de ningún modo el espíritu de la disciplina habita en un cuerpo sometido manifiestamente a los pecados, ciertamente no solo declina lo fingido, sino que incluso huye y se aleja de ello (Sab 1, 5). ¿O acaso es otra cosa que una ficción execrable si raes el pecado solo en la superficie (999) y no lo erradicas interiormente? Estate seguro de que brotará más abundantemente, y en la casa limpia pero vacante, con otros siete peores entrará como huésped [alias, enemigo] el maligno que había sido echado. Pues vuelto el perro a su vómito, será odioso mucho más que antes, y se hará hijo de la gehenna (filius gehennae) de muchas maneras quien después de la indulgencia de los delitos incidiere de nuevo en las mismas suciedades, como puerca lavada en el revolcadero del lodo.

6. ¿Quieres ver una casa limpia, adornada y vacante? Mira al hombre que se ha confesado y ha abandonado los pecados manifiestos que preceden al juicio, y ahora mueve solo las manos para las obras de los mandamientos, con el corazón totalmente árido, llevado por una cierta costumbre, claramente como becerra de Efraín (vitula Ephraim), enseñada a amar la trilla. De las cosas exteriores que para poco valen, no pasa por alto ni una jota ni un tilde; pero se traga el camello mientras cuela el mosquito.

In corde enim servus est propriae voluntatis, cultor avaritiae, gloriae cupidus, ambitionis amator; aut haec omnia, aut singula quaeque intus vitia fovens: et mentitur iniquitas sibi, sed Deus non irridetur. Videas enim interdum sic palliatum hominem, ut seducat etiam semetipsum, penitus non attendens vermem, qui interiora depascitur. Manet enim superficies, et salva sibi omnia arbitratur. Comederunt, ait propheta, alieni robur ejus, et ignoravit (Osee VII, 9). Dicit: Quia dives sum, et nullius egeo: cum sit pauper, et miser, et miserabilis (Apoc. III, 17). Nam et inventa occasione ebullire saneim, quae latebat in ulcere, et excisam, non exstirpatam arborem in silvam pullulare videas densiorem. Quod periculum si volumus declinare, securim ponamus necesse est ad radices arborum, non ad ramos. Non sola inveniatur in nobis exercitatio corporalis, ad modicum valens: sed inveniatur utilis ad omnia pietas, et exercitium spirituale.

7. Mulier, inquit, Martha nomine, excepit illum in domum suam; et huic erat soror, nomine Maria. Sorores sunt, et debent esse contubernales. Occupatur haec circa frequens ministerium, illa Dominicis est intenta sermonibus. Ad Martham spectat ornatus, sed impletio ad Mariam. Vacat enim Domino, ut non sit domus vacans. Sed mundationem cui possimus attribuere? Erit enim, si et hoc invenerimus, domus, in qua Salvator suscipitur, et munda, et ornata, et non vacans. Demus eam Lazaro, si et vobis ita videtur. Et ei siquidem fraternitatis jure cum sororibus est domus ista communis. Dico autem Lazarum, quem quatriduanum, jam jamque fetentem a mortuis excitat vox virtutis, ut videatur satis congrue formam gerere poenitentis. Intret ergo domum Salvator, et frequenter visitet eam, quam poenitens Lazarus mundat, ornat Martha, et Maria replet internae dedita contemplationi.

8. Sed forte curiosius quisquam requirat, cur in praesenti evangelica lectione nulla prorsus Lazari mentio fiat. Arbitror sane ne id quidem a proposita similitudine dissidere. Virginalem etenim domum intelligi volens Spiritus, siluit non incongrue poenitentiam, quae malum utique comitatur. Absit enim ut proprii quidquam inquinamenti domus haec aliquando habuisse dicatur, ut in ea proinde scopa Lazari quaereretur. Quod si originalem a parentibus maculam traxit; sed minus a Jeremia sanctificatam in utero, aut non magis a Joanne Spiritu sancto repletam credere prohibet pietas Christiana: nec enim festis laudibus nascens honoraretur, si non sancta nasceretur . Postremo cum omnimodis constet, ab originali contagio sola gratia mundatam esse Mariam, quippe cum et nunc in baptismate sola hanc maculam lavet gratia, et sola eam raserit olim petra circumcisionis: si, ut omnino pium est credere, proprium Maria delictum non habuit, nihilominus ab innocentissimo corde etiam poenitentia longe fuit.

Pues en su corazón es siervo de su propia voluntad, cultivador de la avaricia, codicioso de gloria, amante de la ambición; o fomentando todas estas cosas, o cada uno de los vicios por dentro: y la iniquidad se miente a sí misma, pero de Dios nadie se burla. Pues verás a veces a un hombre tan embozado que se seduce incluso a sí mismo, no atendiendo en absoluto al gusano que devora sus interiores. Pues permanece la superficie, y considera que todo está a salvo para él. "Comieron los extraños su fuerza —dice el profeta— y él no lo supo" (Os 7, 9). Dice: "Porque soy rico y de nada tengo necesidad: siendo pobre, y miserable, y digno de lástima" (Apoc 3, 17). Pues también verás, hallada la ocasión, bullir la sanies (sanies) que se ocultaba en la úlcera, y al árbol cortado, no arrancado, brotar en un bosque más denso. Peligro que si queremos declinar, es necesario que pongamos el hacha a la raíz de los árboles, no a las ramas. No se halle en nosotros solo el ejercicio corporal, que para poco vale: sino hállese la piedad útil para todo, y el ejercicio espiritual.

7. "Una mujer —dice— de nombre Marta, lo recibió en su casa; y esta tenía una hermana llamada María". Son hermanas, y deben ser contubernales (contubernales). Esta se ocupa cerca del frecuente ministerio, aquella está atenta a las palabras del Señor. A Marta pertenece el ornato, pero a María el llenado. Pues vaca para el Señor para que la casa no esté vacante. Pero ¿a quién podemos atribuir la limpieza? Pues será, si también esto hallamos, la casa en la cual el Salvador es recibido, limpia, y adornada, y no vacante. Démosla a Lázaro, si también a vosotros os parece así. Pues también a él por derecho de fraternidad con sus hermanas le es común esta casa. Pero hablo de Lázaro, a quien de cuatro días (quatriduanum) y ya hediondo excita de entre los muertos la voz de la virtud, para que parezca con bastante congruencia llevar la forma del penitente. Entre pues el Salvador en la casa, y visítela frecuentemente, la cual el penitente Lázaro limpia, Marta adorna, y María llena entregada a la contemplación interna.

8. Pero tal vez alguien más curioso pregunte por qué en la presente lección evangélica no se hace mención alguna de Lázaro. Pienso en verdad que ni siquiera eso disiente de la similitud propuesta. Pues queriendo el Espíritu que se entienda la casa virginal, no incongruentemente calló la penitencia que ciertamente acompaña al mal. Pues lejos esté que se diga que esta casa tuvo alguna vez algo de su propia contaminación para que en ella por tanto se buscara la escoba de Lázaro. Que si de sus padres contrajo la mancha original, sin embargo la piedad cristiana prohíbe creer que fue menos santificada en el útero que Jeremías, o no más llena del Espíritu Santo que Juan: pues ni al nacer sería honrada con alabanzas festivas si no naciera santa. Finalmente, constando de todas maneras que María fue limpiada del contagio original por sola la gracia, puesto que también ahora en el bautismo sola la gracia lava esta mancha y sola la rajo antaño la piedra de la circuncisión (petra circumcisionis): si, como es del todo piadoso creer, María no tuvo delito propio, no obstante también la penitencia estuvo lejos de su corazón inocentísimo.

Sit ergo Lazarus apud eos, quorum necesse est ab operibus mortuis conscientias emundari: secedat inter vulneratos dormientes in sepulcris, ut in thalamo virginali inveniantur Martha et Maria tantum. Ipsa est enim 1000 quae Elisabeth gravidae et grandaevae quasi mensibus tribus humili deservivit officio (Luc. I, 56); ipsa quae verba, quae de Filio dicebantur, conservabat conferens in corde suo (Luc. II, 19).

9. Neminem ergo moveat, quod suspiciens mulier Dominum, non Maria, sed Martha vocatur: quando in hac una et summa Maria et Marthae negotium, et Mariae non otiosum otium invenitur. Omnis quidem gloria filiae regis ab intus: nihilominus tamen in fimbriis aureis circumamicta est varietate. Non est de numero fatuarum virginum: prudens est virgo; lampadem habet, sed in vase oleum portat. An forte excidit vobis evangelica illa parabola, quae fatuas virgines prohibitas narrat ab introitu nuptiarum? (Matth. XXV, 1-13). Erat quidem domus earum munda, virgines enim erant: erat ornata, quia simul omnes, id est fatuae cum prudentibus, lampades ornaverunt; sed erat vacans, quia in vasis suis oleum non acceperunt. Hinc est, quod nec ab eis suscipi in domos suas, nec admittere eas dignatur sponsus coelestis ad nuptias. Non sic mulier illa fortis, quae serpentis caput contrivit. Habes enim post multa in laudibus ejus, quia non exstinguetur in nocte lucerna ejus (Prov. XXXI, 18). In sugillationem hoc dicitur fatuarum, quae veniente media nocte sponso, conqueruntur sero, et dicunt: Quia lampades nostrae exstinguuntur. Processit igitur gloriosa Virgo, cujus lampas ardentissima ipsis quoque angelis lucis miraculo fuit, ut dicerent: Quae est ista, quae progreditur sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol? (Cant. VI, 9.) Clarius enim caeteris rutilabat,quam repleverat oleo gratiae prae participibus suis Christus Jesus, Filius ejus, Dominus noster.

Sermo III.

De Maria, Martha et Lazaro. (Luc. X, 38-42.)

1. Intravit Jesus in quoddam castellum, et mulier quaedam, Martha nomine, excepit illum in domum suam. Quid est, fratres, quod e duabus sororibus altera tantum Dominum legitur excepisse, et ea ipsa quae videtur inferior? Optimam enim partem elegit Maria, teste ipso quem Martha suscepit. Sed prior natu Martha videtur, et salutis initium sibi magis actio, quam contemplatio noscitur vindicare. Laudat Christus Mariam, sed a Martha suscipitur. Amat Rachelem Jacob, sed Lia supponitur ignoranti.

Esté pues Lázaro entre aquellos cuyas conciencias es necesario limpiar de las obras muertas: retírese entre los heridos que duermen en los sepulcros para que en el tálamo virginal se hallen Marta y María solamente. Pues ella es (1000) la que sirvió a Isabel encinta y anciana casi por tres meses en un humilde oficio (Lc 1, 56); ella la que las palabras que se decían del Hijo conservaba confiriéndolas en su corazón (Lc 2, 19).

9. A nadie mueva, por tanto, que la mujer que recibe al Señor no se llame María, sino Marta: cuando en esta única y suma María se halla tanto el negocio de Marta como el no ocioso ocio de María. Toda la gloria de la hija del rey es ciertamente desde dentro: no obstante, está rodeada de variedad en franjas de oro (fimbriis aureis). No es del número de las vírgenes necias: es una virgen prudente; tiene lámpara, pero lleva aceite en su vaso. ¿O tal vez se os olvidó aquella parábola evangélica que narra que las vírgenes necias fueron prohibidas de entrar a las bodas? (Mt 25, 1-13). Era ciertamente limpia la casa de ellas, pues eran vírgenes: estaba adornada, porque todas juntas, esto es las necias con las prudentes, adornaron sus lámparas; pero estaba vacante, porque no recibieron aceite en sus vasos. De aquí es que el esposo celestial no se digna ni ser recibido por ellas en sus casas, ni admitirlas a las bodas. No así aquella mujer fuerte que quebrantó la cabeza de la serpiente. Pues tienes después de muchas cosas en sus alabanzas, que "no se apagará en la noche su lámpara" (Prov 31, 18). Para afrenta de las necias se dice esto, las cuales viniendo el esposo a medianoche, se quejan tarde y dicen: "Porque nuestras lámparas se apagan". Procedió, pues, la Virgen gloriosa, cuya lámpara ardentísima fue milagro de luz incluso para los mismos ángeles, de modo que decían: "¿Quién es esta que progresa como la aurora al salir, hermosa como la luna, elegida como el sol?" (Cant 6, 9). Pues brillaba más claramente que las demás, a quien Cristo Jesús, su Hijo, nuestro Señor, había llenado con el aceite de la gracia sobre sus compañeros.

Sermón III.

Sobre María, Marta y Lázaro. (Lc 10, 38-42)

1. "Entró Jesús en un cierto castillo, y una mujer, de nombre Marta, lo recibió en su casa". ¿Qué es esto, hermanos, que de las dos hermanas solo una se lee que recibió al Señor, y ella misma que parece inferior? Pues la mejor parte eligió María, por testimonio de aquel mismo a quien Marta recibió. Pero Marta parece la mayor por nacimiento, y se sabe que la acción se atribuye para sí el inicio de la salvación más que la contemplación. Cristo alaba a María, pero es recibido por Marta. Ama Jacob a Raquel, pero Lía es suplantada al que lo ignora.

Si de fraude queritur, audiet non esse consuetudinis ut juniores prius tradantur ad nuptias (Gen. XXIX, 23-26). Quod si luteam hanc cogites domum, facile erit nosse quemadmodum in ea Dominum Martha magis excipiat quam Maria. Quod enim ait Apostolus: Glorificale et portate Deum in corpore vestro (I Cor. VI, 20), Marthae dicitur, non Mariae. Haec nimirum corporis utitur instrumento, cum illi potius sit impedimento. Denique corpus, inquit, quod corrumpitur, aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem (Sap. IX, 15). Nunquid et operantem? Martha igitur in domum suam excipit Salvatorem in terris: Maria potius cogitat quemadmodum suscipiatur ab eo in domo non manu facta, aeterna in coelis. Forte tamen et ipsa Dominum suscepisse videtur, sed in spiritu: Dominus enim spiritus est.

2. Huic, inquit haud dubium quin Marthae, soror erat, nomine Maria: quae etiam sedens secus pedes Jesu, audiebat verbum illius. Vides quod utraque suscepit Verbum, haec in carne, illa in voce. Martha autem salagebat circa frequens ministerium. Quae stetit, et ait: Domine, non est tibi curae quod soror mea reliquit me solam ministrare? Putas, in domo, in qua Christus suscipitur, vox murmurationis audietur? Felix domus, et beata semper congregatio est, ubi de Maria Martha conqueritur. Nam Mariae Martham aemulari prorsus indignum, prorsus illicitum est. Alioquin ubi legis Mariam causantem, Quia soror mea reliquit me solam vacare? Absit, absit ut qui Deo vacat, ad tumultuosam aspiret fratrum officialum vitam! Martha semper insufficiens sibi et minus idonea videatur, aliisque magis in operis quod administrat optet imponi. Respondit autem ei Jesus: Martha, Martha, sollicita es, et turbaris erga plurima. Vide praerogativam Mariae, quem in omni causa habeat advocatum. Indignatur siquidem Pharisaeus (Luc. VII, 39), conqueritur soror, etiam discipuli murmurant (Matth. XXVI, 8): ubique Maria tacet, et pro ea loquitur Christus. Optimam, inquit, partem elegit sibi Maria, quae non auferetur ab ea in aeternum. Hoc unum illud quod necessarium est; haec una, quam Propheta tam sedulo requirebat: Unam, inquit, petii a Domino, hanc requiram (Psal. XXVI, 4).

3. Quid tamen sibi vult, fratres, quod optimam partem Maria dicitur elegisse? Ubi jam erit, quod adversus eam proferre solemus, si quando forte administrantis Marthae turbationem, inaequalitatem dijudicare voluerit: Melior est iniquitas viri, quam benefaciens mulier? (Eccli. XLII, 14.) Ubi erit et illud: Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus? (Joan. XII, 26.) Et illud: Qui major est vestrum, erit minister vester? (Matth. XX, 26.) Postremo, quae consolatio est laboranti, quasi in ejus suggillationem, partem sororis attollere?

Si se queja de fraude, oirá que no es costumbre que las menores se entreguen primero a las bodas (Gén 29, 23-26). Que si piensas en esta casa de lodo (luteam domum), fácil será saber cómo Marta recibe en ella al Señor más que María. Pues lo que dice el Apóstol: "Glorificad y llevad a Dios en vuestro cuerpo" (1 Cor 6, 20), se dice a Marta, no a María. Esta ciertamente usa el instrumento del cuerpo, cuando para aquella es más bien un impedimento. Finalmente, "el cuerpo —dice— que se corrompe agrava el alma, y la habitación terrena deprime el sentido que piensa muchas cosas" (Sab 9, 15). ¿Acaso también al que obra? Marta, por tanto, recibe al Salvador en su casa en la tierra: María más bien piensa cómo ser recibida por Él en la casa no hecha por mano, eterna en los cielos. Tal vez sin embargo también ella parece haber recibido al Señor, pero en espíritu: pues el Señor es espíritu.

2. A esta, dice —no hay duda que a Marta—, le era hermana una, de nombre María: la cual también, sentada junto a los pies de Jesús, oía su palabra. Ves que ambas recibieron al Verbo, esta en la carne, aquella en la voz. Marta, sin embargo, andaba afanada en el frecuente ministerio. La cual se detuvo y dijo: Señor, ¿no te importa que mi hermana me haya dejado sola para servir? ¿Piensas que en la casa en la que Cristo es recibido, se oirá la voz de la murmuración? Feliz es la casa, y bendita siempre es la congregación, donde Marta se queja de María. Pues que María envidie a Marta es del todo indigno, del todo ilícito. De otro modo, ¿dónde lees a María quejándose: "Porque mi hermana me ha dejado sola para vacar"? ¡Lejos esté, lejos esté que quien vaca a Dios aspire a la tumultuosa vida de los hermanos oficiales! Que Marta siempre parezca insuficiente para sí y menos idónea, y desee que se imponga más a otros en la obra que ella administra. Pero le respondió Jesús: Marta, Marta, solícita eres y te turbas por muchísimas cosas. Mira la prerrogativa de María, a quién tiene por abogado en toda causa. Se indigna, en efecto, el fariseo (Lc 7, 39), se queja la hermana, incluso los discípulos murmuran (Mt 26, 8): en todas partes María calla, y por ella habla Cristo. La mejor parte, dice, eligió para sí María, la cual no le será quitada por la eternidad. Esto es aquello único que es necesario; esta es aquella única cosa que el Profeta tan solícitamente requería: Una cosa, dice, pedí al Señor, esta requeriré (Sal 26, 4).

3. ¿Qué quiere decir sin embargo, hermanos, que María se dice haber elegido la mejor parte? ¿Dónde estará ya aquello que solemos proferir contra ella, si por acaso alguna vez quisiere juzgar la turbación, la desigualdad de la Marta que administra: Mejor es la iniquidad del varón que la mujer que hace bien? (Eclo 42, 14). ¿Dónde estará también aquello: Si alguno me sirviere, mi Padre lo honrará? (Jn 12, 26). Y aquello: El que sea mayor entre vosotros, será vuestro servidor? (Mt 20, 26). Por último, ¿qué consolación es para el que trabaja, como para su afrenta, ensalzar la parte de la hermana?

Unum ergo arbitror e duobus, ut aut de electione Maria laudetur, quod pars ipsa, quantum in nobis est, sit omnibus eligenda; aut certe ut neutrum dicatur defuisse, nec in partem quamlibet praecipitasse sententiam, sed ad obedientiam praeceptoris in utrumlibet sit parata. Quis enim sicut David fidelis, ingrediens et egrediens, et pergens ad imperium regis? (I Reg. XXII, 14.) Denique paratum, inquit, cor meum, paratum cor meum (Psal. LVI, 8); non semel tantum, sed et secundo, et vacare tibi, et proximis ministrare. Haec plane pars optima, quae non auferetur: haec mens optima, quae non mutabitur quocunque vocaveris eam. Bonum, inquit, acquirit gradum, qui bene ministraverit (I Tim. III, 13). Forte meliorem qui bene vacaverit Deo; optimum autem qui perfectus est in utroque. Unum adhuc dico, si tamen id de Martha liceat suspicari. Nonne enim quasi otiosam reputasse videtur, quam sibi dari petiit adjutricem? Sed carnalis est, et omnino non percipit quae sunt spiritus Dei, si quis forte vacantem animam sua de vacatione redarguit. Audiat igitur optimam esse hanc partem, quae maneat in aeternum. Nunquid enim non rudis quodammodo videtur anima, quae divinae contemplationis penitus expers, illam intraverit regionem, ubi hoc unum omnium opus, unum studium, eadem vita?

4. Sed consideremus, fratres, quemadmodum in hac domo nostra tria haec distribuerit ordinatio charitatis, Marthae administrationem, Mariae contemplationem, Lazari poenitentiam. Habet haec simul quaecunque perfecta est anima; magis tamen videntur ad singulos singula pertinere, ut alii vacent sanctae contemplationi, alii dediti sint fraternae administrationi, alii in amaritudine animae suae recogitent annos suos, tanquam vulnerati dormientes in sepulcris. Sic plane, sic opus est, ut Maria pie et sublimiter sentiat de Deo suo, Martha benigne et misericorditer de proximo, Lazarus misere et humiliter de se ipso. Gradum suum quisque consideret. Si inventi fuerint in civitate hac Noe, Daniel, Job; ipsi justitia sua liberabuntur, ait Dominus: sed filium aut filiam non liberabunt (Ezech. XIV, 14-16). Nemini nos blandimur: utinam nec vestrum quispiam se seducat! Quibus enim nulla credita est dispensatio, administratio nulla commissa, his omnino sedendum erit, aut secus pedes Jesu cum Maria, aut certe cum Lazaro intra septa sepulcri. Quidni erga multa turbetur Martha, quae sollicita est pro multis? Tibi vero cui necessitas haec non incumbit, e duobus unum est necessarium: aut non turbari penitus, sed delectari magis in Domino; aut, si id necdum potes, turbari non erga plurima, sed, ut de se propheta loquitur, ad te ipsum (Psal. XLI, 7).

Una sola cosa, pues, juzgo de las dos: o que María es alabada por la elección, porque esa parte misma, en cuanto está en nosotros, debe ser elegida por todos; o ciertamente que no se diga que faltó ninguna de las dos, ni que se precipitó la sentencia hacia parte alguna, sino que para cualquiera de las dos esté uno preparado a la obediencia del preceptor. Pues ¿quién como David es fiel, entrando y saliendo, y marchando al imperio del rey? (1 Re 22, 14). Finalmente, "preparado —dice— mi corazón, preparado mi corazón" (Sal 56, 8); no una sola vez, sino también la segunda, tanto para vacar a ti como para ministrar a los prójimos. Esta claramente es la mejor parte, que no se quitará: esta es la mente mejor, que no se mudará a dondequiera que la llamares. Buen grado adquiere, dice, el que hubiere ministrado bien (1 Tim 3, 13). Tal vez mejor el que hubiere vacado bien a Dios; pero óptimo el que es perfecto en ambos. Una cosa digo todavía, si sin embargo es lícito sospechar eso de Marta. ¿Acaso no parece haber reputado como ociosa a la que pidió que se le diera por ayudante? Pero es carnal, y de ningún modo percibe las cosas que son del espíritu de Dios, si alguno por acaso reprende a un alma vacante por su vacación. Oiga, pues, que óptima es esta parte, que permanece eternamente. ¿Acaso no parece en cierto modo ruda el alma que, enteramente experta de la contemplación divina, hubiere entrado en aquella región donde esta es la única obra de todos, el único estudio, la misma vida?

4. Pero consideremos, hermanos, cómo en esta casa nuestra la ordenación de la caridad ha distribuido estas tres cosas: la administración de Marta, la contemplación de María, la penitencia de Lázaro. Tiene estas cosas a la vez cualquier alma que es perfecta; sin embargo, parecen pertenecer más a cada uno en particular, de modo que unos vacan a la santa contemplación, otros están entregados a la administración fraterna, otros en la amargura de su alma vuelven a pensar en sus años, como heridos que duermen en los sepulcros. Así claramente, así es necesario que María sienta piadosa y sublimemente de su Dios, Marta benigna y misericordiosamente del prójimo, Lázaro miserable y humildemente de sí mismo. Considere cada uno su grado. "Si fuesen hallados en esta ciudad Noé, Daniel, Job; ellos mismos por su justicia serán librados, dice el Señor: pero al hijo o a la hija no librarán" (Ez 14, 14-16). A nadie lisonjeamos: ¡ojalá ninguno de vosotros se seduzca a sí mismo! Pues a quienes ninguna dispensación se les ha acreditado, ninguna administración se les ha encomendado, a estos les corresponderá del todo estar sentados, o junto a los pies de Jesús con María, o ciertamente con Lázaro dentro de los recintos del sepulcro. ¿Por qué no se turbaría Marta por muchísimas cosas, ella que es solícita por muchos? Pero para ti, a quien esta necesidad no te incumbe, de dos cosas una es necesaria: o no turbarte en absoluto, sino deleitarte más en el Señor; o, si eso aún no puedes, turbarte no por muchísimas cosas, sino, como dice de sí el profeta, "hacia ti mismo" (Sal 41, 7).

5. Iterum dico, ne quis de ignorantia habeat excusationem: oportet te, frater, ad quem de fabricanda seu regenda inter undas diluvii Noe area nihil spectat, aut virum esse desideriorum, ut Daniel erat; aut cum beato Job virum dolorum, et scientem infirmitatem. Alioquin vereor ne tepidum te et nauseam provocantem evomat ex ore suo, qui te invenire cupit aut sui consideratione calidum et charitatis igne flagrantem; aut una ipsius cognitione frigidum, et aqua compunctionis ignita diaboli jacula restinguentem. Sed et ipsam quoque Martham admonitam esse necesse est, id maxime quaeri inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Erit autem fidelis, si neque quae sua sunt quaerat, sed quae Jesu Christi, ut sit intentio pura; nec suam faciat, sed Domini voluntatem, ut sit action ordinata. Sunt enim quorum non simplex est oculus, et recipiunt mercedem suam. Sunt qui feruntur propriis motibus animorum, et contaminata sunt universa quae offerunt, quippe cum voluntates eorum inveniantur in eis. Veni nunc mecum ad nuptiale carmen, et consideremus quemadmodum sponsus, ubi sponsam vocat, nec ullum omiserit ex his tribus, nec his addiderit quidquam. Surge, inquit, propera, amica mea, formosa mea, columba mea, et veni (Cant. II, 10). An non amica est, quae Dominicis lucris intenta, fideliter ipsam quoque pro eo ponit animam suam? Quoties enim pro uno ex minimis ejus spirituale studium intermittit [alias, interponit], toties pro eo spiritualiter ponit animam suam. An non formosa, quae revelata facie gloriam Domini speculando, in eamdem imaginem transformatur de claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu? (II Cor. III, 18.) An non columba, quae plangit et gemit in foraminibus petrae, in cavernis maceriae (Cant. II, 14), tanquam sepulta sub lapide?

6. Mulier, ait, Martha nomine, excepit eum in domum suam. Certum est hujus tenere locum fratres officiales, quos fraternae charitatis intuitus variis administrationibus deputavit. Utinam autem et ego ipse inter dispensatores fidelis merear inveniri! Quibus enim convenientius videtur aptandum quod Dominus ait: Martha, Martha, sollicita es, quam praelatis, si tamen digna in sollicitudine praesunt? Aut quis turbatur erga plurima, nisi cui et Mariae vacantis, et Lazari poenitentis, sed et ipsorum, quibus onera sua partitur, universa incumbit sollicitudo? Vide Martham sollicitam, vide Martham erga plurima turbatam. Apostolum loquor, qui praelatos sollicitudinis admonens, gerit ipse sollicitudinem omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, inquit, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror? (II Cor. XI, 29.) Suscipiat igitur Martha Dominum in domum suam, cui nimirum credita est dispensatio domus. Mediatrix est, ut sibi pariter et subjectis salutem obtineat, suscipiat gratiam, sicut scriptum est: Suscipiant montes pacem populo, et colles justitiam (Psal. LXXI, 3).

5. De nuevo digo, para que nadie tenga excusa por ignorancia: te conviene, hermano, a quien nada te toca de fabricar o regir el arca de Noé entre las ondas del diluvio, o ser varón de deseos, como lo era Daniel; o con el bienaventurado Job, varón de dolores y que conoce la enfermedad. De otro modo temo que, siendo tibio y provocando náusea, te vomite de su boca el que desea hallarte o cálido por la consideración de Él y llameante con el fuego de la caridad; o frío por el conocimiento de uno mismo, y extinguiendo los dardos encendidos del diablo con el agua de la compunción encendida. Pero también la misma Marta ha de ser amonestada de que esto es lo que más se busca entre los dispensadores, que uno sea hallado fiel. Y será fiel si no busca lo que es suyo, sino lo que es de Jesucristo, para que la intención sea pura; ni hace su propia voluntad, sino la del Señor, para que la acción sea ordenada. Pues hay algunos cuyo ojo no es sencillo, y reciben su recompensa. Hay quienes son llevados por los propios movimientos de sus ánimos, y están contaminadas todas las cosas que ofrecen, puesto que las voluntades de ellos se hallan en ellas. Ven ahora conmigo al cántico nupcial, y consideremos cómo el esposo, donde llama a la esposa, ni omitió ninguno de estos tres, ni les añadió nada. "Levántate —dice—, apresúrate, amiga mía, hermosa mía, paloma mía, y ven" (Cant 2, 10). ¿Acaso no es amiga la que, atenta a las ganancias del Señor, fielmente pone también por él su misma alma? Pues cuantas veces por uno de sus pequeñuelos interrumpe su estudio espiritual, tantas veces pone espiritualmente su alma por él. ¿Acaso no es hermosa la que, con la faz revelada contemplando la gloria del Señor, se transforma en la misma imagen de claridad en claridad, como por el Espíritu del Señor? (2 Cor 3, 18). ¿Acaso no es paloma la que gime y llora en los agujeros de la piedra, en las cavernas de la muralla (Cant 2, 14), como sepultada bajo una piedra?

6. "Una mujer —dice—, de nombre Marta, lo recibió en su casa". Es cierto que tienen el lugar de esta los hermanos oficiales, a quienes el instinto de la caridad fraterna ha diputado a diversas administraciones. ¡Ojalá sin embargo también yo mismo merezca ser hallado fiel entre los dispensadores! ¿A quiénes parece adaptarse más convenientemente lo que el Señor dice: "Marta, Marta, solícita eres", que a los prelados, si sin embargo presiden con digna solicitud? ¿O quién se turba por muchísimas cosas, sino aquel a quien incumbe toda la solicitud tanto de María vacante como de Lázaro penitente, pero también de aquellos mismos con quienes reparte sus cargas? Mira a Marta solícita, mira a Marta turbada por muchísimas cosas. Hablo del Apóstol, quien amonestando a los prelados sobre la solicitud, él mismo lleva la solicitud de todas las Iglesias. "¿Quién enferma —dice— y yo no enfermo? ¿quién se escandaliza y yo no me quemo?" (2 Cor 11, 29). Reciba, pues, Marta al Señor en su casa, a quien ciertamente se le ha acreditado la dispensación de la casa. Es mediadora para que obtenga la salvación paritariamente para sí y para los súbditos, y reciba la gracia, como está escrito: "Reciban los montes paz para el pueblo, y los collados justicia" (Sal 71, 3).

Suscipiant caeteri coadjutores ejus singuli pro qualitate ministerii sui; excipiant Christum, serviant Christo, ministrent ei in membris suis, ille in infirmis fratribus, ille in pauperibus, ille in hospitibus et peregrinis.

7. Quibus ita sollicitis circa frequens ministerium, videat Maria quemadmodum vacet, et videat quoniam suavis est Dominus. Videat, inquam, quam devota mente, quam tranquillo sedeat animo secus pedes Jesu, providens eum semper in conspectu suo, et verba ex ore ejus excipiens, cujus et aspectus delectabilis, et eloquium dulce. Diffusa est enim gratia in labiis ejus, et est speciosus forma prae filiis hominum, imo etiam super omnem gloriam angelorum. Gaude et gratias age, Maria, quae partem optimam elegisti. Beati enim oculi qui vident quae tu vides, et aures quae merentur audire quod audis. Beata plane, quae venas susurrii divini percipis in silentio, in quo utique bonum est homini Dominum exspectare. Simplex esto, non tantum sine dolo et simulatione, sed et absque multiplicitate occupationum, ut tecum sit sermocinatio ejus, cujus et vox dulcis, et facies decora. Unum cave, ne abundare incipias in sensu tuo, et velis plus sapere quam oportet sapere: ne forte dum lucem sectaris, impingas in tenebras, illudente tibi daemonio meridiano, de quo non est hujus temporis disputare. Nam Lazarus quo devenit? ubi posuistis eum? Sorores alloquor, quae sepelierunt fratrem praedicatione et ministerio, exemplo et oratione. Ubi ergo posuistis eum? Absconditus est fossa humo, sub lapide jacet, non facile invenitur. Propterea non erit incongruum quatriduano quartum reservare sermonem, ut juxta Salvatoris exemplum audientes: Ecce quem amas, infirmatur (Joan. XI, 3), et nos maneamus hic die isto.

Sermo IV.

De quatriduo Lazari, et praeconio Virginis.

1. Tempus loquendi est omni carni, cum assumitur incarnati Verbi mater in coelum; nec cessare debet a laudibus humana mortalitas, cum hominis sola natura supra immortales spiritus exaltatur in Virgine. Sed de ejus gloria nec silere devotio patitur, nec dignum aliquid sterilis concipere cogitatio, aut inerudita potest locutio parturire. Hinc est quod et ipsi coelestis curiae principes in consideratione tantae novitatis clamant non sine admiratione: Quae est ista, quae ascendit de deserto deliciis affluens? (Cant. VIII, 5.)

Reciban los demás coadjutores de ella, cada uno según la calidad de su ministerio; reciban a Cristo, sirvan a Cristo, minístrenle en sus miembros: aquel en los hermanos enfermos, aquel en los pobres, aquel en los huéspedes y peregrinos.

7. «En su cabeza», dice, «una corona de doce estrellas». Claramente cabeza digna de ser coronada de estrellas, la cual, brillando mucho más claramente que ellas, las adorna a ellas más bien de lo que es adornada por ellas. ¿Por qué no habrían de coronar los astros a quien el sol viste? Como los días de primavera, dice, la rodeaban las flores de las rosas, y los lirios de los valles (Ecli 50, 8). Ciertamente la izquierda del esposo está bajo su cabeza y ya su derecha la abraza (Cant 2, 6). ¿Quién estimará aquellas gemas? ¿quién nombrará las estrellas con que está compuesta la real diadema de María? Está por encima del hombre el exponer la razón de esta corona, el indicar su composición. Nosotros, sin embargo, según el módulo de nuestra pequeñez, absteniéndonos de un peligroso escrutinio de los secretos, tal vez no incongruentemente parezcamos entender estas doce estrellas como las doce prerrogativas de las gracias con que María es singularmente adornada. Puesto que es posible hallar en María prerrogativas del cielo, prerrogativas de la carne, prerrogativas del corazón: y si fuera este ternario multiplicado por un cuaternario, tenemos tal vez las doce estrellas con que la diadema de nuestra reina resplandezca ante todos. A mí ciertamente un fulgor singular me brilla; primero ciertamente, en la generación de María; segundo, en la salutación angélica; tercero, en la sobrevenida del Espíritu; cuarto, en la inefable concepción del Hijo de Dios. Así también en estas también irradia claramente un decoro sidéreo, que sea la primiceria de la virginidad, que sea fecunda sin corrupción, que sea grávida sin gravamen, que sea parida sin dolor. No obstante también con un fulgor especial coruscan en María la mansedumbre del pudor, la devoción de la humildad, la magnanimidad de la credulidad, el martirio del corazón. De vuestra diligencia será el mirar cada una más cuidadosamente. Nosotros entretanto pareceremos haber hecho lo suficiente si brevemente pudiéramos demostrarlas.

8. ¿Qué pues sidéreo brilla en la generación de María? Claramente que nació de reyes, que es de la simiente de Abraham, que es de la noble estirpe de David. Si eso parece poco, añade que se conoce que ha sido concedida por voluntad divina a aquella generación por un singular privilegio de santidad; que mucho antes fue prometida a los mismos padres desde el cielo; que fue prefigurada por místicos milagros; que fue prenunciada por oráculos proféticos.

Hanc enim sacerdotalis virga, dum sine radice floruit (Num. XVII, 8); hanc Gedeonis vellus, dum in medio siccae areae maduit (Judic. VI, 37, 38); hanc in Ezechielis visione orientalis porta, quae nulli unquam patuit (Ezech. XLIV, 1, 2), praesignabat. Hanc denique prae caeteris Isaias nunc virgam de radice Jesse orituram promittebat (Isa. XI, 1); nunc evidentius virginem parituram. Merito signum hoc magnum in coelo apparuisse scribitur, quod tanto ante de coelo noscitur fuisse promissum. Dominus ait: Ipse dabit vobis signum. Ecce virgo concipiet (Isa. VII, 14). Magnum profecto signum dedit, quia et magnus ipse qui dedit. Hujus ergo praerogativae fulgor quorum non vehementer reverberat aciem oculorum? Jam in eo quod tam reverenter atque officiosissime ab archangelo salutata est, ut jam tunc in regali solio supra omnes coelestium ordines legionum exaltatam cernere videretur, et paulo minus adoraturus feminam, qui solebat ab hominibus hactenus aequanimiter adorari; excellentissimum nobis Virginis nostrae meritum, et singularis gratia commendatur.

9. Nihilominus fulget etiam novus ille conceptionis modus, ut non in iniquitate, quemadmodum caeterae omnes, sed superveniente Spiritu sancto, sola, et de sola sanctificatione Maria conciperet. Nam quod verum Deum et Dei Filium genuit, ut idem ipse Dei atque hominis filius, unus omnino Deus et homo prodiret ex Maria, abyssus est luminis: nec facile dixerim, quod vel angelicus oculus ad hujus fulgoris vehementiam non caliget. De caetero sane et virginitatem carnis et propositum virginitatis, maxime et ipsius quoque propositi novitas evidenter illustrat: quod videlicet in libertate spiritus legis Mosaicae decreta transcendens, illibatam Deo corporis simul et spiritus sanctimoniam vovit. Probat enim propositi inviolabile fundamentum, quod tam constanter promittenti filium angelo respondit: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? (Luc. I, 34.) Forte enim propterea primo turbata est in sermone ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio, quod benedictam sese audisset in mulieribus, quae nimirum benedici in virginibus semper optabat. Et extunc quidem cogitabat qualis esset ista salutatio, quod jam videretur esse suspecta. Ubi vero in promissione filii manifestum virginitatis periculum videbatur, non potuit ultra dissimulare quin diceret: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Merito proinde et illam meruit benedictionem, et hanc non amisit; ut longe gloriosior fiat et virginitas ex fecunditate, et ex virginitate fecunditas, ac mutuis sese radiis illustrare haec duo sidera videantur. Magnum enim est virginem esse; sed virginem matrem esse, longe amplius per omnem modum. Jure etiam illud molestissimum taedium, quo reliquae omnes gravidae mulieres laborare noscuntur, sola non sensit, quae sola sine libidinosa voluptate concepit.

Pues esta la vara sacerdotal, mientras floreció sin raíz (Núm 17, 8); esta el vellocino de Gedeón, mientras se mojó en medio de la era seca (Jue 6, 37, 38); esta en la visión de Ezequiel la puerta oriental, que nunca se abrió a nadie (Ez 44, 1, 2), la prefiguraba. Esta finalmente antes que los demás Isaías prometía que esta vara habría de nacer de la raíz de Jesé (Is 11, 1); ahora más evidentemente que una virgen habría de parir. Merecidamente se escribe que este signo grande apareció en el cielo, porque se conoce que desde el cielo fue prometido tanto tiempo antes. El Señor dice: «Él mismo os dará un signo. He aquí que la virgen concebirá» (Is 7, 14). Un signo grande por cierto dio, porque también es grande él mismo que lo dio. El fulgor de esta prerrogativa ¿de quiénes no reverbera vehementemente la agudeza de los ojos? Ya en eso que tan reverente y oficiosísimamente fue saludada por el arcángel, de modo que ya entonces se viera exaltada sobre el solio real por encima de todos los órdenes de las legiones celestiales, y poco le faltara para adorar a una mujer el que solía ser adorado por los hombres hasta entonces con ecuanimidad; se nos recomienda el excelentísimo mérito de nuestra Virgen y su gracia singular.

9. No obstante, brilla también aquel nuevo modo de la concepción, de suerte que no en la iniquidad, como todas las demás, sino por la sobrevenida del Espíritu Santo, María sola, y de sola la santificación, concibiera. Pues que haya parido al verdadero Dios e Hijo de Dios, de modo que el mismo Hijo de Dios y del hombre, un solo Dios y hombre del todo, saliera de María, es un abismo de luz: ni fácilmente diría yo que ni siquiera el ojo angélico no se ciegue ante la vehemencia de este fulgor. Por lo demás, verdaderamente, tanto la virginidad de la carne como el propósito de la virginidad, y máxime la novedad del propósito mismo, lo ilustran evidentemente: a saber, que en la libertad del espíritu, trascendiendo los decretos de la ley mosaica, votó a Dios una ilesa santimonia del cuerpo y del espíritu a la vez. Prueba, en efecto, el fundamento inviolable de su propósito el que tan constantemente respondiera al ángel que le prometía un hijo: «¿Cómo se hará esto, puesto que no conozco varón?» (Lc 1, 34). Pues tal vez por eso primero se turbó con su palabra, y pensaba qué clase de salutación sería esta, porque se había oído llamar bendita entre las mujeres, ella que ciertamente siempre deseaba ser bendecida entre las vírgenes. Y desde entonces ciertamente pensaba qué clase de salutación sería esta, porque ya parecía ser sospechosa. Pero donde en la promesa del hijo se veía un manifiesto peligro de la virginidad, no pudo disimular más sin decir: «¿Cómo se hará esto, puesto que no conozco varón?». Merecidamente por tanto obtuvo aquella bendición, y no perdió esta; de modo que se haga mucho más gloriosa tanto la virginidad por la fecundidad, como la fecundidad por la virginidad, y estas dos estrellas parezcan ilustrarse mutuamente con sus rayos. Pues grande cosa es ser virgen; pero ser virgen madre es mucho más amplio por todo modo. Con razón también aquel molestísimo tedio, con que se sabe que todas las demás mujeres encintas trabajan, ella sola no lo sintió, la cual sola concibió sin libidinoso placer.

Unde et in ipso suae conceptionis initio, quando potissimum caeterae mulieres miserabilius affliguntur, Maria tota alacritate montana conscendit, ut Elisabeth ministraret. Sed et ascendit Bethlehem, imminente jam partu, portans pretiosissimum illud depositum, portans onus leve, portans a quo portabatur. Sic et in partu quam lucidum est quod nova exsultatione novam edidit prolem, sola inter mulieres a communi maledicto et dolore parturientium aliena. Si rerum pretia de raritate pensamus, nihil his potest rarius inveniri. Siquidem in omnibus istis nec primam similem visa est, nec habere sequentem. E quibus nos, si ea fideliter intuemur, sine dubio admirationem concipimus, sed venerationem, sed devotionem, sed consolationem.

10. Caeterum quae restant adhuc, et imitationem requirunt. Non est nobis ante ortum tam multifarie multisque modis promitti divinitus, coelitus praenuntiari: sed nec ab archangelo Gabriele tam novae salutationis obsequiis honorari. Minus autem caetera duo communicat nobis: plane secretum suum sibi. Sola enim est, de qua dicitur: Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est (Matth. I, 20): sola cui dicitur: Quod ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei (Luc. I, 35). Offerantur regi virgines, sed post eam: nam primatum sola vindicat sibi. Multo magis autem sola sine corruptione concepit, sine gravamine tulit, sine dolore filium parturivit. Itaque nihil horum a nobis exigitur; sed exigitur plane nonnihil. Nunquid enim, si defuerit nobis etiam mansuetudo pudoris, si humilitas cordis, si magnanimitas fidei, si compassio mentis, negligentiam nostram munerum singularitas excusabit? Gratissima sane gemma in diademate, micans in capite stella, rubor in facie hominis verecundi. An vero quis putat, quod hac caruerit gratia, quae gratia plena fuit? Pudibunda fuit Maria: ex Evangelio id probamus. Ubi enim aliquando loquax, ubi praesumptuosa fuisse videtur? Foris stabat quaerens loqui filio (Matth. XII, 46), nec materna auctoritate aut sermonem interrupit, aut habitationem irrupit, in qua Filius loquebatur. In omni denique textu quatuor Evangeliorum, si bene meminimus, nonnisi quater Maria loquens auditur. Primo quidem ad angelum, sed cum jam semel atque iterum allocutus eam fuisset: secundo, ad Elisabeth, quando vox salutationis ejus Joannem exsultare fecit in utero, et ea magnificante Mariam, ipsa magis Dominum magnificare curavit (Luc. I, 34-55): tertio, ad Filium, cum jam esset annorum duodecim, quod ipsa et pater ejus dolentes quaesissent eum (Luc. II, 48): quarto, in nuptiis ad Filium et ministros (Joan. II, 3, 5). Et is quidem sermo certissimus index ingenitae mansuetudinis, et virginalis verecundiae fuit.

Por lo cual también en el inicio mismo de su concepción, cuando potísimamente las demás mujeres son afligidas más miserablemente, María con toda alacridad subió a las montañas para ministrar a Isabel. Pero también subió a Belén, estando ya inminente el parto, portando aquel preciosísimo depósito, portando una carga ligera, portando a aquel por quien era portada. Así también en el parto cuán lúcido es que con nueva exultación dio a luz una nueva prole, sola entre las mujeres ajena a la común maldición y dolor de las parturientas. Si pesamos los precios de las cosas por su rareza, nada puede hallarse más raro que esto. Puesto que en todas estas cosas no se vio que tuviera ni una primera semejante, ni que tuviera una siguiente. Por las cuales nosotros, si las miramos fielmente, sin duda concebimos admiración, pero también veneración, pero también devoción, pero también consolación.

10. Por lo demás, las que restan todavía, requieren también imitación. No es para nosotros el ser prometidos divinamente de tantas maneras y de tantos modos antes del nacimiento, el ser prenunciados desde el cielo: ni el ser honrados con los obsequios de tan nueva salutación por el arcángel Gabriel. Menos todavía nos comunica las otras dos cosas: claramente su secreto es para ella sola. Pues es la única de quien se dice: «Lo que en ella ha nacido, del Espíritu Santo es» (Mt 1, 20): la única a quien se dice: «Lo que de ti nacerá Santo, será llamado Hijo de Dios» (Lc 1, 35). Sean ofrecidas al rey las vírgenes, pero tras ella: pues ella sola reclama para sí el primado. Mucho más verdaderamente ella sola concibió sin corrupción, portó sin gravamen, parió al hijo sin dolor. Por tanto, nada de esto se nos exige; pero se nos exige claramente algo. ¿Acaso, en efecto, si nos faltara también la mansedumbre del pudor, si la humildad de corazón, si la magnanimidad de la fe, si la compasión de la mente, excusará nuestra negligencia la singularidad de los dones? Gema gratísima ciertamente en la diadema, estrella que brilla en la cabeza, es el rubor en la cara del hombre vergonzante. ¿O es que alguien piensa que careció de esta gracia la que estuvo llena de gracia? Pudorosa fue María: por el Evangelio lo probamos. ¿Dónde, en efecto, en algún momento parece haber sido locuaz, dónde presuntuosa? Fuera estaba buscando hablar al hijo (Mt 12, 46), y ni por autoridad materna interrumpió el sermón, ni irrumpió en la habitación en que el Hijo hablaba. Finalmente, en todo el texto de los cuatro Evangelios, si bien recordamos, no sino cuatro veces se oye a María hablando. Primero ciertamente al ángel, pero cuando ya una y otra vez la había interpelado: segundo, a Isabel, cuando la voz de su salutación hizo a Juan exultar en el útero, y magnificando aquella a María, ella misma más bien cuidó de magnificar al Señor (Lc 1, 34-55): tercero, al Hijo, cuando ya era de doce años, que ella y su padre dolientes lo habían buscado (Lc 2, 48): cuarto, en las bodas al Hijo y a los ministros (Jn 2, 3. 5). Y ese sermón ciertamente fue un índice certísimo de la innata mansedumbre y de la virginal verecundia.

Aliorum quippe verecundiam suam reputans, sustinere non potuit, non potuit vini dissimulare defectum. Ubi sane increpata est a Filio, tanquam mitis et humilis corde, nec illi respondit, nec tamen desperavit, ministros admonens facere quod diceret eis.

11. Nunquid non ab initio venisse pastores, et primam omnium Mariam invenisse leguntur? Invenerunt, ait evangelista, Mariam et Joseph, et infantem positum in praesepio (Luc. II, 16). Sic et magi quoque, si recolis, non sine Maria matre ejus puerum invenerunt (Matth. II, 11), et inducens in templum Domini templi Dominum, multa quidem a Simeone audivit tam de eo, quam de se ipsa (Luc. II, 34, 35), ad loquendum tarda, velox ad audiendum. Et quidem Maria conservabat omnia verba haec, conferens in corde suo (Luc. 19, 51): sed in his omnibus neque de ipso incarnationis Dominicae sacramento quodcunque verbum fecisse reperies. Vae nobis, qui spiritum habemus in naribus! Vae qui totum proferimus spiritum, qui, juxta illud comici, pleni rimamarum effluimus undique (Terent. in Eunucho, I, II, 25). Toties denique Maria filium audivit, non modo turbis loquentem in parabolis, sed et discipulis seorsum regni Dei mysteria revelantem, vidit miracula facientem, vidit deinde in cruce pendentem, vidit exspirantem, vidit resurgentem, vidit et ascendentem: sed in his omnibus quoties verecundissimae virginis, quoties pudicissimae turturis vox memoratur audita? Denique legis in Actibus apostolorum, quod redeuntes a monte Oliveti unanimiter perseverabant in oratione. Qui? si forte Maria adfuit, nominetur prima, quae supra omnes est, tam Filii praerogativa, quam suae privilegio sanctitatis. Petrus et Andreas, ait, Jacobus et Joannes, et caeteri qui sequuntur. Hi omnes perseverabant unanimiter cum mulieribus, et Maria matre Jesu. Itane et mulierum sese ultimam exhibebat, ut novissima omnium poneretur? Vere carnales adhuc discipuli, quibus necdum Spiritus erat datus, quia Jesus necdum fuerat glorificatus (Joan. VII, 39), quando facta est inter illos contentio de primatu (Luc. XXII, 24); cum Maria, quanto major erat, humiliaret se non modo in omnibus, sed et prae omnibus. Merito facta est novissima prima, quae, cum prima esset omnium, sese novissimam faciebat. Merito facta est omnium domina, quae se omnium exhibebat ancillam. Merito denique super angelos exaltata est, quae et infra viduas et poenitentes, infra eam de qua ejecta fuerant septem daemonia, ineffabili sese mansuetudine inclinabat. Obsecro vos, filioli, aemulamini hanc virtutem, si Mariam diligitis; si contenditis ei placere, aemulamini modestiam ejus. Nihil enim tam idoneum homini, nihil tam congruum Christiano, maximeque monachum nihil adeo decet.

Pues reputando como suya la vergüenza de los otros, no pudo soportar, no pudo disimular el defecto del vino. Donde sanamente fue increpada por el Hijo, como quien es mansa y humilde de corazón, ni le respondió, ni sin embargo desesperó, amonestando a los ministros a hacer lo que les dijera.

11. ¿Acaso no se lee que desde el principio vinieron los pastores, y que hallaron a María la primera de todos? «Hallaron», dice el evangelista, «a María y a José, y al niño puesto en el pesebre» (Lc 2, 16). Así también los magos también, si recuerdas, no hallaron al niño sin María su madre (Mt 2, 11), e introduciendo en el templo al Señor del templo, muchas cosas por cierto oyó de Simeón tanto sobre él como sobre sí misma (Lc 2, 34. 35), tarda para hablar, veloz para oír. Y ciertamente «María conservaba todas estas palabras, confiriéndolas en su corazón» (Lc 19, 51): pero en todas estas cosas no hallarás que haya hecho palabra alguna sobre el sacramento mismo de la encarnación dominical. ¡Ay de nosotros, que tenemos el espíritu en las narices! ¡Ay de los que proferimos todo el espíritu, que, según aquello del cómico, llenos de rendijas fluimos por todas partes! (Terencio en el Eunuco, I, II, 25). Tantas veces finalmente María oyó al hijo, no solo hablando a las turbas en parábolas, sino también revelando a los discípulos aparte los misterios del reino de Dios, le vio haciendo milagros, le vio después pendiente en la cruz, le vio expirando, le vio resurgiendo, le vio también ascendiendo: pero en todas estas cosas ¿cuántas veces se recuerda haber sido oída la voz de la modestísima virgen, cuántas veces la voz de la pudicísima tórtola? Finalmente lees en los Hechos de los apóstoles, que volviendo del monte Olivete perseveraban unánimemente en la oración. ¿Quiénes? si acaso María estaba presente, sea nombrada la primera, la que está sobre todos, tanto por la prerrogativa del Hijo como por el privilegio de su santidad. «Pedro y Andrés», dice, «Santiago y Juan», y los demás que siguen. «Todos estos perseveraban unánimemente con las mujeres, y María la madre de Jesús». ¿De tal modo también se exhibía como la última de las mujeres, que fuera puesta la postrera de todos? Verdaderamente carnales eran todavía los discípulos, a quienes aún no les había sido dado el Espíritu, porque Jesús aún no había sido glorificado (Jn 7, 39), cuando se hizo entre ellos contienda sobre el primado (Lc 22, 24); mientras María, cuanto mayor era, se humillaba no solo en todas las cosas, sino también ante todos. Merecidamente fue hecha la última primera, ella que, siendo la primera de todos, se hacía a sí misma la postrera. Merecidamente fue hecha señora de todos, ella que se exhibía como esclava de todos. Merecidamente finalmente fue exaltada sobre los ángeles, ella que bajo las viudas y los penitentes, bajo aquella de quien habían sido expulsados siete demonios, se inclinaba con inefable mansedumbre. Os ruego, hijitos, emulad esta virtud, si amáis a María; si contendéis por placerle, emulad su modestia. Pues nada hay tan idóneo para el hombre, nada tan congruo para el cristiano, y máxime a un monje nada le decae tanto.

12. Et quidem manifesta satis in Virgine ex hac ipsa mansuetudine virtus humilitatis elucet. Nimirum collactaneae sunt humilitas et mansuetudo, in eo confoederatae germanius, qui dicebat: Discite a me quia mitis sum et humilis corde (Matth. XI, 29). Sicut enim mater praesumptionis elatio, sic mansuetudo vera nonnisi ex vera humilitate procedit. Nec in sola tamen Mariae taciturnitate commendatur humilitas, sed evidentius resonat in sermone. Audierat: Quod ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei: et nihil aliud quam ancillam ejus se esse respondit. Inde ventum est ad Elisabeth, et continuo Virginis gloria singularis eidem per Spiritum revelatur. Denique et mirahatur personam venientis, dicens: Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? Commendabat et vocem salutantis, adjiciens, Ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo: et beatificabat fidem credentis: Beata, inquiens, quae credidisti, quoniam perficientur in te quae aicta sunt tibi a Domino. Magna quidem praeconia: sed et devota humilitas nihil sibi passa retinere, in eum magis universa refudit, cujus in se beneficia laudabantur. Tu, inquit, magnificas matrem Domini: sed magnicat anima mea Dominum. In voce mea filium perhibes exsultasse in gaudio: sed exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo; et ipse quoque, tanquam amicus sponsi, gaudio gaudet ad vocem sponsi. Beatam esse dicis quae credidisset; sed credulitatis et beatitudinis causa respectus est supernae pietatis, ut ex hoc magis beatam me dicant omnes generationes (Luc. I, 35-48), quia ancillam humilem et exiguam respexit Deus.

13. Verumtamen nunquid putamus, fratres, Elisabeth sanctam in eo, quod per Spiritum utique loquebatur, errasse. Absit! Beata plane quam respexit Deus, et beata quae credidit. Hic enim magnus divinae respectionis exstitit fructus. Ineffabili siquidem artificio Spiritus supervenientis tantae humilitati magnanimitas tanta in secretario virginei cordis accessit, ut, quemadmodum de integritate et fecunditate praediximus, hae quoque nihilominus fiant stellae ex respectu mutuo clariores, quod videlicet nec humilitas tanta minuit magnanimitatem, nec magnanimitas tanta humilitatem: sed cum in sua aestimatione tam humilis esset, nihilominus et in promissionis credulitate magnanimis, ut quae nihil aliud quam exiguam sese reputabat ancillam, ad incomprehensibile hoc mysterium, ad admirabile commercium, ad inscrutabile sacramentum nullatenus se dubitaret electam, et veram Dei et hominis genitricem crederet mox futuram.

12. Y ciertamente bastante manifiesta en la Virgen por esta misma mansedumbre brilla la virtud de la humildad. Ciertamente collactáneas (collactaneae) son la humildad y la mansedumbre, en aquel confederadas más germanamenete que decía: «Aprended de mí que soy manso y humilde de corazón» (Mt 11, 29). Pues como la elación es madre de la presunción, así la mansedumbre verdadera no procede sino de la verdadera humildad. Y no solo en la taciturnidad de María se recomienda la humildad, sino que resuena más evidentemente en el sermón. Había oído: «Lo que de ti nacerá Santo, será llamado Hijo de Dios»: y nada más respondió sino que ella era su esclava (ancillam). De allí se vino a Isabel, y de continuo la gloria singular de la Virgen le es revelada a la misma por el Espíritu. Finalmente también se maravillaba de la persona de la que venía, diciendo: «¿De dónde a mí esto, que venga la Madre de mi Señor a mí?». Recomendaba también la voz de la que saludaba, añadiendo: «En cuanto se hizo la voz de tu salutación en mis oídos, exultó en gozo el infante en mi útero»: y beatificaba la fe de la que creía: «Bienaventurada», diciendo, «tú que creíste, puesto que se perfeccionarán en ti las cosas que te han sido dichas por el Señor». Grandes elogios por cierto: pero también la devota humildad, no sufriendo retener nada para sí, más bien lo refundió todo en aquel cuyos beneficios eran alabados en ella. Tú, dice, Magnificas a la madre del Señor: pero «mi alma magnifica al Señor». En mi voz dices que el hijo exultó en gozo: pero «exultó mi espíritu en Dios mi salvador»; y él mismo también, como amigo del esposo, con gozo goza a la voz del esposo. Dices que es bienaventurada la que había creído; pero la causa de la credulidad y de la beatitud es el respecto de la piedad suprema, de modo que por esto más bien «me digan bienaventurada todas las generaciones» (Lc 1, 35-48), porque Dios miró a su esclava humilde y exigua.

Sin embargo, ¿acaso pensamos, hermanos, que santa Isabel errara en aquello que por el Espíritu ciertamente hablaba? ¡Lejos esté! Bienaventurada claramente a quien Dios miró, y bienaventurada la que creyó. Pues este fue el gran fruto de la divina mirada. Puesto que por el inefable artificio del Espíritu sobreviniente, a tanta humildad se añadió tanta magnanimidad en el sagrario del corazón virginal, que, como predijimos de la integridad y de la fecundidad, estas también no obstante se hacen estrellas más claras por el respecto mutuo, a saber, que ni tanta humildad disminuyó la magnanimidad, ni tanta magnanimidad la humildad: sino que, siendo en su estimación tan humilde, era no obstante también en la credulidad de la promesa magnánima, de suerte que la que no se reputaba sino como una exigua esclava, para este incomprehensible misterio, para este admirable comercio (commercium), para este inscrutable sacramento de ningún modo dudara haber sido elegida, y creyera que pronto sería la verdadera progenitora de Dios y del hombre.

Agit hoc nimirum in cordibus electorum gratiae praerogativa divinae, ut eos nec humilitas pusillanimes faciat, nec magnanimitas arrogantes; magis autem cooperentur sibi, ut non solum nulla ex magnanimitate subintret elatio, sed hinc maxime provehatur humilitas: ut inveniantur eo amplius timorati, et largitori munerum non ingrati; ac vicissim ex occasione humilitatis pusillanimitas nulla subrepat: sed quo minus de sua quisque vel in minimis praesumuere consuevit, eo amplius etiam in magnis quibusque de divina virtute confidat.

14. Martyrium sane Virginis (quam nimirum inter stellas diadematis ejus, si meministis, duodecimam nominavimus) tam in Simeonis prophetia, quam in ipsa Dominicae passionis historia commendatur. Positus est hic, ait sanctus senex de parvulo Jesu, in signum cui contradicetur: et tuam ipsius animam, ad Mariam autem dicebat, pertransibit gladius (Luc. II, 34, 35). Vere tuam, o beata mater, animam gladius pertransivit. Alioquin nonnisi eam pertransiens, carnem Filii tui penetraret. Et quidem posteaquam emisit spiritum tuus ille Jesus (omnium quidem, sed specialiter tuus), ipsius plane non attigit animam crudelis lancea, quae ipsius (nec mortuo parcens, cui nocere non posset) aperuit latus, sed tuam utique animam pertransivit. Ipsius nimirum anima jam ibi non erat; sed tua plane inde nequibat avelli. Tuam ergo pertransivit animam vis doloris, ut plus quam martyrem non immerito praedicemus, in qua nimirum corporeae sensum passionis excesserit compassionis effectus.

15. An non tibi plus quam gladius fuit sermo ille, revera pertransiens animam, et pertingens usque ad divisionem animae et spiritus: Mulier, ecce filius tuus? (Joan. XIX, 26.) O commutationem! Joannes tibi pro Jesu traditur, servus pro Domino, discipulus pro magistro; filius Zebedaei pro Filio Dei, homo purus pro Deo vero! Quomodo non tuam affectuosissimam animam pertransiret haec auditio, quando et nostra, licet saxea, licet ferrea pectora sola recordatio scindit? Non miremini, fratres, quod Maria martyr in anima fuisse dicatur. Miretur, qui non meminerit se audisse Paulum inter maxima gentium crimina memorantem, quod sine affectione fuissent (Rom. I, 31). Longe id fuit a Mariae visceribus, longe id sit etiam a servulis ejus. Sed forte quis dicat: Nunquid non eum praescierat moriturum? Et indubitanter. Nunquid non sperabat continuo resurrecturum? Et fidenter. Super haec doluit crucifixum? Et vehementer. Alioquin quisnam tu, frater, aut unde tibi haec sapientia, ut mireris plus Mariam compatientem, quam Mariae filium patientem? Ille etiam mori corpore potuit, ista commori corde non potuit?

Hace esto ciertamente en los corazones de los elegidos la prerrogativa de la gracia divina, que ni la humildad los haga pusilánimes (pusillanimes), ni la magnanimidad arrogantes; antes bien cooperan entre sí, de modo que no solo no subentre elación alguna por la magnanimidad, sino que de aquí se promueva máxime la humildad: para que se hallen por ello más temerosos, y no ingratos al dador de los dones; y a su vez por ocasión de la humildad ninguna pusilanimidad subentre: sino que cuanto menos cada uno suele presumir de lo suyo incluso en lo mínimo, tanto más también en las cosas grandes confíe en la divina virtud.

14. El martirio ciertamente de la Virgen (que a saber entre las estrellas de su diadema, si recordáis, nombramos la duodécima) tanto en la profecía de Simeón como en la historia misma de la pasión del Señor se recomienda. «Puesto está este», dice el santo anciano sobre el parvulillo Jesús, «en señal a la que se contradirá: y a tu misma alma», pero a María le decía, «una espada la traspasará» (Lc 2, 34. 35). Verdaderamente la tuya, oh bienaventurada madre, una espada la traspasó. De otro modo no sino traspasándola a ella, penetraría la carne de tu Hijo. Y ciertamente después que emitió el espíritu aquel tu Jesús (de todos por cierto, pero especialmente tuyo), claramente no tocó su alma la cruel lanza, que el costado de él (no perdonando ni al muerto, a quien no podría dañar) abrió, sino que tu alma ciertamente traspasó. Su alma a saber ya no estaba allí; pero la tuya claramente no podía ser arrancada de allí. Tu alma pues traspasó la fuerza del dolor, de modo que no sin mérito te prediquemos más que mártir, en quien ciertamente el efecto de la compasión excedió el sentido de la pasión corpórea.

15. ¿Acaso no te fue más que una espada aquel sermón, verdaderamente traspasando el alma, y llegando hasta la división del alma y del espíritu: «Mujer, he aquí a tu hijo»? (Jn 19, 26). ¡Oh conmutación! ¡Juan se te entrega por Jesús, el siervo por el Señor, el discípulo por el maestro; el hijo de Zebedeo por el Hijo de Dios, el hombre puro por el Dios verdadero! ¿Cómo no traspasaría tu afectuosísima alma esta audición, cuando incluso nuestros pechos, aunque pétreos, aunque férreos, solo el recuerdo los escinde? No os maravilléis, hermanos, de que María sea dicha haber sido mártir en el alma. Maravíllese el que no recuerde haber oído a Pablo mencionando entre los máximos crímenes de las gentes el que hubieran estado sin afecto (Rom 1, 31). Lejos estuvo eso de las vísceras de María, lejos esté eso también de sus siervos. Pero tal vez alguien diga: ¿Acaso no lo había presabido que habría de morir? E indudablemente. ¿Acaso no esperaba que pronto habría de resurgir? Y fidentemente. ¿Sobre estas cosas dolió al crucificado? Y vehementemente. De otro modo ¿quién eres tú, hermano, o de dónde a ti esta sabiduría, para que te maravilles más de María compadeciendo, que del hijo de María padeciendo? Él incluso pudo morir en el cuerpo, ¿no pudo aquella conmorir en el corazón?

Fecit illud charitas, qua majorem nemo habuit; fecit et hoc charitas, cui post illam similis altera non fuit. Jam te, mater misericordiae, per ipsum sincerissimae tuae mentis affectum, tuis jacens provoluta pedibus luna, mediatricem sibi apud solem justitiae constitutam devotis supplicationibus interpellat: ut in lumine tuo videat lumen, et solis gratiam tuo mereatur obtentu, quam vere amavit prae omnibus, et ornavit, stola gloriae induens, et coronam pulchritudinis ponens in capite tuo. Plena es gratiarum, plena rore coelesti, innixa super dilectum, deliciis affluens. Ciba hodie pauperes tuos, Domina; ipsi quoque catelli de micis edant, nec puero Abrahae tantum, sed et camelis potum tribuas de supereffluenti hydria tua (Gen. XXIV, 15-20): quia tu vere puella es praeelecta et praeparata Altissimi Filio, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen.

IN NATIVITATE B. V. MARIAE SERMO. De aquaeductu.

1. Fecundae Virginis amplectitur coelum praesentiam, terra memoriam veneratur. Sic nimirum totius boni illic exhibitio, hic recordatio invenitur; ibi satietas, hic tenuis quaedam libatio primitiarum; ibi res, et hic nomen. Domine, inquit, nomen tuum in aeternum, et memoriale tuum in generatione et generationem (Psal. CI, 13). Generatio et generatio, non angelorum profecto, sed hominum est. Vis scire quia nomen et memoriale ejus in nobis est, praesentia in excelso? Sic orabitis, inquit: Pater noster qui es in coelis, sanctificetur nomen tuum (Matth. VI, 9). Fidelis oratio, cujus ipsa primordia et divinae adoptionis, et terrenae peregrinationis admoneant: ut hoc scientes, quod quandiu non sumus in coelo, peregrinamur a Domino, gemamus intra nosmetipsos, adoptionem filiorum exspectantes, praesentiam utique Patris. Signanter proinde et de Christo propheta loquitur, dicens: Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus: in umbra ejus vivemus inter gentes (Thren. IV, 20). Nam inter coelestes quidem beatitudines non in umbra vivitur, sed potius in splendore. In splendoribus sanctorum, inquit, ex utero ante luciferum genui te (Psal. CIX, 3). Verum id quidem Pater.

Hizo aquello la caridad, de la cual nadie tuvo mayor; hizo también esto la caridad, a la cual después de aquella ninguna otra hubo semejante. Ya a ti, madre de la misericordia, por el mismo afecto de tu sincerísima mente, la luna que yace postrada a tus pies, te interpela con devotas suplicaciones, constituida como su mediadora ante el sol de justicia: para que en tu luz vea la luz, y merezca la gracia del sol por tu obtención, a quien verdaderamente amó sobre todas las cosas, y adornó, revistiéndote con la estola de la gloria, y poniendo la corona de la hermosura en tu cabeza. Llena estás de gracias, llena de rocío celestial, apoyada sobre el amado, afluyendo en delicias. Ceba hoy a tus pobres, Señora; también los mismos perrillos coman de las migajas, ni al siervo de Abraham solo, sino también a los camellos dales de beber de tu sobre-efluente hidria (Gén 24, 15-20): porque tú verdaderamente eres la doncella preelecta y preparada para el Hijo del Altísimo, que es sobre todas las cosas Dios bendito por los siglos. Amén.

SERMÓN EN LA NATIVIDAD DE LA BIENAVENTURADA VIRGEN MARÍA. Sobre el acueducto.

1. El cielo abraza la presencia de la Fecunda Virgen, la tierra venera su memoria. Así, ciertamente, allí se encuentra la exhibición de todo bien, y aquí el recuerdo; allí la saciedad, y aquí una cierta tenue libación de las primicias; allí la realidad, y aquí el nombre. «Señor», dice, «tu nombre permanece para siempre, y tu memorial de generación en generación» (Sal 101, 13). Generación y generación no es ciertamente de los ángeles, sino de los hombres. ¿Quieres saber que su nombre y su memorial está en nosotros, y su presencia en lo alto? «Así oraréis», dice: «Padre nuestro que estás en los cielos, santificado sea tu nombre» (Mt 6, 9). Oración fiel, cuyos mismos principios amonestan tanto de la adopción divina como de la peregrinación terrenal: para que sabiendo esto, que mientras no estamos en el cielo, peregrinamos lejos del Señor, gimamos dentro de nosotros mismos, esperando la adopción de los hijos, a saber, la presencia del Padre. Significativamente, por tanto, el profeta habla también de Cristo, diciendo: «El espíritu ante nuestra faz es Cristo el Señor: bajo su sombra viviremos entre las gentes» (Lam 4, 20). Pues entre las bienaventuranzas celestiales no se vive en la sombra, sino más bien en el esplendor. «En los esplendores de los santos», dice, «de mi seno antes del lucero te engendré» (Sal 109, 3). Verdaderamente esto lo dice el Padre.

2. At mater sane eumdem ipsum in splendore non genuit, sed in umbra, nonnisi ea tamen, qua obumbravit Altissimus. Merito proinde canit Ecclesia, non illa quidem Ecclesia sanctorum, quae in excelsis et in splendore est, sed quae interim peregrinatur in terris: Sub umbra ejus quem desideraveram sedi, et fructus ejus dulcis gutturi meo (Cant. II, 3). Lucem quippe meridianam, ubi pascit sponsus, sibi petierat indicari: sed repressa est, et pro plenitudine luminis umbram, pro satietate interim gustum recepit. Denique non ait: Sub umbra ejus quam desideraveram; sed: Sub umbra ejus quem desideraveram sedi. Neque enim ipsius expetierat umbram, sed ipsum profecto meridiem, lumen plenum de lumine pleno. Et fructus ejus, ait, dulcis gutturi meo: ac si dicat, gustui meo. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivam meam? Quousque manet illa sententia: Gustate et videte quoniam suavis est Dominus? (Psal. XXXIII, 9.) Et quidem suavis gustui, et dulcis gutturi, ut merito etiam super hoc sponsa proruperit in vocem gratiarum actionis et laudis.

3. Sed quando dicetur: Comedite, amici, et bibite; et inebriamini, charissimi? (Cant. V, 1.) Justi epulentur, ait Propheta, sed in conspectu Dei (Psal. LXVII, 4), utique non in umbra. Et de se ipso: Satiabor, ait, cum apparuerit gloria tua (Psal. XVI, 15). Sed et Dominus ad apostolos ait: Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis; et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam (Luc. XXII, 28 30). Sed ubi? In regno meo, inquit. Beatus plane qui manducabit panem in regno Dei. Sanctificetur itaque nomen tuum, per quod utcunque interim in nobis es, Domine, per fidem in cordibus habitans, quoniam nomen tuum jam invocatum est super nos. Adveniat regnum tuum. Veniat utique quod perfectum est, et evacuetur quod est ex parte. Habetis, ait Apostolus, fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam (Rom. VI, 22). Vita aeterna, fons indeficiens, qui universam irrigat superficiem paradisi. Nec modo irrigat, sed inebriat, fons hortorum, puteus aquarum viventium, quae fluunt impetu de Libano: et fluminis impetus laetificat civitatem Dei.

2. Pero la madre ciertamente no engendró a ese mismo en el esplendor, sino en la sombra, no sino por aquella, sin embargo, con la que el Altísimo la obombró. Con mérito, por tanto, canta la Iglesia —no aquella Iglesia de los santos, que está en las alturas y en el esplendor, sino la que entretanto peregrina en la tierra: «Bajo la sombra de aquel a quien había deseado me senté, y su fruto es dulce a mi garganta» (Cant 2, 3). Pues había pedido que se le indicara la luz del mediodía, donde el esposo apacienta; pero fue reprimida, y en lugar de la plenitud de la luz recibió la sombra, y en lugar de la saciedad recibió entretanto el gusto. Finalmente, no dice: «Bajo su sombra que había deseado»; sino: «Bajo la sombra de aquel a quien había deseado me senté». Pues no había buscado su sombra, sino ciertamente el mediodía mismo, luz plena de luz plena. «Y su fruto», dice, «es dulce a mi garganta»: como si dijera, a mi gusto. «¿Hasta cuándo no me perdonas, ni me dejas, para que trague mi saliva?». ¿Hasta cuándo permanece aquella sentencia: «Gustad y ved qué suave es el Señor»? (Sal 33, 9). Y ciertamente es suave al gusto, y dulce a la garganta, de modo que con mérito también sobre esto la esposa ha prorumpido en voz de acción de gracias y de alabanza.

3. Pero ¿cuándo se dirá: «Comed, amigos, y bebed; e inebriaos, carísimos»? (Cant 5, 1). «Los justos se banqueteen», dice el Profeta, pero «en la presencia de Dios» (Sal 67, 4), ciertamente no en la sombra. Y de sí mismo: «Me saciaré», dice, «cuando apareciere tu gloria» (Sal 16, 15). Pero también el Señor dice a los apóstoles: «Vosotros sois los que habéis permanecido conmigo en mis tentaciones; y yo os dispongo, como mi Padre me dispuso a mí, el reino, para que comáis y bebáis sobre mi mesa» (Lc 22, 28. 30). Pero ¿claro? «En mi reino», dice. Bienaventurado claramente el que manducará el pan en el reino de Dios. Santificado sea, pues, tu nombre, por el cual de algún modo entretanto estás en nosotros, Señor, habitando por la fe en nuestros corazones, puesto que tu nombre ya ha sido invocado sobre nosotros. Venga a nosotros tu reino. Venga ciertamente lo que es perfecto, y evacuado sea lo que es en parte. «Tenéis», dice el Apóstol, «vuestro fruto en santificación, y el fin la vida eterna» (Rom 6, 22). Vida eterna, fuente indeficiente, que irriga toda la superficie del paraíso. Y no solo irriga, sino que inebria, fuente de los huertos, pozo de aguas vivientes, que fluyen con ímpetu del Líbano: y el ímpetu del río alegra la ciudad de Dios.

Quis vero fons vitae, nisi Christus Dominus? Cum Christus, inquit, apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria (Coloss. III, 4). Sane ipsa sese plenitudo exinanivit, ut fieret nobis justitia, et sanctificatio, et remissio; necdum apparens vita, aut gloria, aut beatitudo. Derivatus est fons usque ad nos, in plateis derivatae sunt aquae, licet non bibat alienus ex eis (Prov. V, 16, 17). Descendit per aquaeductum vena illa coelestis, non tamen fontis exhibens copiam, sed stillicidia gratiae arentibus cordibus nostris infundens, aliis quidem plus, aliis minus. Plenus equidem aquaeductus, ut accipiant caeteri de plenitudine, sed non plenitudinem ipsam.

4. Advertistis jam, ni fallor, quem velim dicere aquaeductum, qui plenitudinem fontis ipsius de corde Patris excipiens, nobis edidit illum, si non prout est, saltem prout capere poteramus. Nostis enim cui dictum sit: Ave, gratia plena. An vero inveniri potuisse miramur, unde talis ac tantus fieret aquaeductum, cujus nimirum summitas, instar profecto scalae illius quam vidit patriarcha Jacob, coelos tangeret (Gen. XXVIII, 12), imo et transcenderet coelos, et vividissimum istum aquarum, quae super coelos sunt, posset attingere fontem? Mirabatur et Salomon, et velut desperanti similis aiebat: Mulierem fortem quis inveniet? (Prov. XXXI, 10.) Nimirum propterea tanto tempore humano generi fluenta gratiae defuerunt, quod necdum intercederet is, de quo loquimur, tam desiderabilis aquaeductus. Nec mirabere diutius exspectatum, si recordaris, quot annis Noe, vir justus, in arcae fabrica laborarit, in qua paucae, id est octo animae, salvae factae sunt, idque satis ad modicum tempus.

5. Sed quomodo noster hic aquaeductus fontem illum attigit tam sublimem? Quomodo putas, nisi vehementia desiderii, nisi fervore devotionis, nisi puritate orationis? sicut scriptum est: Oratio justi penetrat coelos (Eccli. XXXV, 21). Et quis justus, si non Maria justa, de qua sol justitiae ortus est nobis? Quomodo ergo illa inaccessam attigit majestatem, nisi pulsando, petendo, quaerendo? Denique et quod quaerebat invenit, cui dictum est: Invenisti gratiam apud Deum (Luc. I, 30). Quid? plena est gratia, et gratiam adhuc invenit?

¿Pero quién es la fuente de vida, sino Cristo el Señor? «Cuando Cristo», dice, «apareciere como vuestra vida, entonces también vosotros apareceréis con él en la gloria» (Col 3, 4). Ciertamente la plenitud misma se anonadó, para hacerse para nosotros justicia, y santificación, y remisión; no apareciendo aún como vida, o gloria, o bienaventuranza. Derivada ha sido la fuente hasta nosotros, en las plazas han sido derivadas las aguas, aunque no beba el extraño de ellas (Prov 5, 16. 17). Descendió por el acueducto aquella vena celestial, no sin embargo exhibiendo la copia de la fuente, sino infundiendo gotas de gracia en nuestros corazones áridos, a unos ciertamente más, a otros menos. Pleno por cierto está el acueducto, para que los demás reciban de la plenitud, pero no la plenitud misma.

4. Habéis advertido ya, si no me engaño, a quién quiero decir acueducto, que recibiendo la plenitud de la fuente misma del corazón del Padre, nos lo editó, si no tal como es, al menos tal como podíamos captar. Pues sabéis a quién se dijo: «Ave, llena de gracia». ¿Acaso nos maravillamos de que hubiera podido ser encontrada, de donde tal y tan grande se hiciera el acueducto, cuya cumbre a saber, a semejanza de aquella escala que vio el patriarca Jacob, tocara los cielos (Gén 28, 12), e incluso transcendiera los cielos, y pudiera alcanzar aquella vivísima fuente de las aguas que están sobre los cielos? Se maravillaba también Salomón, y como semejante al que desespera decía: «¿Mujer fuerte quién la encontrará?» (Prov 31, 10). Ciertamente por esto durante tanto tiempo faltaron al género humano los fluidos de la gracia, porque aún no intercedía ese tan deseable acueducto de que hablamos. Ni te maravillarás de que fuera esperado más tiempo, si recuerdas cuántos años Noé, varón justo, trabajó en la fábrica del arca, en la cual pocas, esto es ocho almas, fueron salvadas, y eso por bastante poco tiempo.

5. Pero ¿cómo este nuestro acueducto alcanzó aquella fuente tan sublime? ¿Cómo piensas, sino por la vehemencia del deseo, sino por el fervor de la devoción, sino por la pureza de la oración? como está escrito: «La oración del justo penetra los cielos» (Eclo 35, 21). ¿Y quién es justo, si no la justa María, de quien el sol de justicia ha nacido para nosotros? ¿Cómo pues alcanzó ella la inaccesible majestad, sino pulsando, pidiendo, buscando? Finalmente, también encontró lo que buscaba, a quien se dijo: «Has hallado gracia ante Dios» (Lc 1, 30). ¿Qué? ¿está llena de gracia, y todavía halla gracia?

Digna prorsus invenire quod quaerit, cui propria non sufficit plenitudo, nec suo potest esse contenta bono; sed, quemadmodum scriptum est: Qui bibit me, adhuc sitiet (Eccli. XXIV, 29); petit supereffluentiam ad salutem universitatis. Spiritus sanctus, ait, superveniet in te (Luc. I, 35), et pretiosum illud balsamum tanta tibi copia, tantaque plenitudine influet, ut copiosissime effluat circumquaque. Ita est: jam sentimus, jam exhilarantur facies nostrae in oleo. Jam clamamus: Oleum effusum nomen tuum, et memoriale tuum in generatione et generationem. Verum id quidem non in vanum: et si oleum effunditur, sed non perit. Propterea siquidem et adolescentulae, parvulae scilicet animae, sponsum diligunt (Cant. I, 2), idque non parum; et unguentum descendens de capite, non modo barba, sed et ipsa vestimenti ora suscepit.

6. Intuere, o homo, consilium Dei, agnosce consilium sapientiae, consilium pietatis. Coelesti rore aream rigaturus, totum vellus prius infudit (Jud. VI, 37-40): redempturus humanum genus, pretium universum contulit in Mariam. Utquid hoc? Forte ut excusaretur Eva per filiam, et querela viri adversus feminam deinceps sopiretur. Ne dixeris ultra, o Adam: Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno vetito (Gen. III, 12); dic potius: Mulier quam dedisti mihi, me cibavit fructu benedicto. Piissimum sane consilium; sed latet forsitan aliud, nec totum hoc est. Verum id quidem, sed parum est, ni fallor, desideriis vestris. Dulcedo lactis est; elicietur forte, si fortius premimus, et pinguedo butyri. Altius ergo intueamini, quanto devotionis affectu a nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria: ut proinde si quid spei in nobis est, si quid gratiae, si quid salutis, ab ea noverimus redundare, quae ascendit deliciis affluens. Hortus plane deliciarum, quem non modo afflaverit veniens, sed et perflaverit superveniens auster ille divinus, ut undique fluant et effluant aromata ejus, charismata scilicet gratiarum. Tolle corpus hoc solare, quod illuminat mundum: ubi dies? Tolle Mariam, hanc maris stellam, maris utique magni et spatiosi: quid nisi caligo involvens, et umbra mortis, ac densissimae tenebrae relinquuntur?

7. Totis ergo medullis cordium, totis praecordiorum affectibus, et votis omnibus Mariam hanc veneremur; quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam. Haec, inquam, voluntas ejus est, sed pro nobis. In omnibus siquidem et per omnia providens miseris, trepidationem nostram solatur, fidem excitat, spem roborat, diffidentiam abigit, erigit pusillanimitatem. Ad Patrem verebaris accedere, solo auditu territus, ad folia fugiebas; Jesum tibi dedit mediatorem. Quid non apud talem Patrem Filius talis obtineat? Exaudietur utique pro reverentia sua: Pater enim diligit Filium.

Digna por completo de hallar lo que busca, aquella a quien su propia plenitud no le basta, ni puede estar contenta con su propio bien; sino que, como está escrito: «El que me bebe, todavía tendrá sed» (Eclo 24, 29); pide la sobreabundancia para la salvación de la universidad. «El Espíritu Santo», dice, «vendrá sobre ti» (Lc 1, 35), y aquel precioso bálsamo con tanta copia y con tanta plenitud te influirá, que copiosísimamente efluirá por todas partes. Así es: ya lo sentimos, ya se alegran nuestros rostros en el óleo. Ya clamamos: «Óleo efuso es tu nombre», y tu memorial de generación en generación. Verdaderamente esto no es en vano: y si el óleo se efunde, pero no perece. Por esto ciertamente también las jovencitas, a saber las pequeñas almas, aman al esposo (Cant 1, 2), y eso no poco; y el ungüento que desciende de la cabeza, no solo la barba, sino incluso la misma orla de la vestidura lo recibió.

6. Intuye, oh hombre, el consejo de Dios, reconoce el consejo de la sabiduría, el consejo de la piedad. Habiendo de irrigar el área con rocío celestial, infundió primero todo el vellocino (Jue 6, 37-40): habiendo de redimir al género humano, confirió el precio entero en María. ¿Para qué esto? Tal vez para que Eva fuera excusada por la hija, y la querella del varón contra la mujer en adelante fuera adormecida. No digas más, oh Adán: «La mujer que me diste, me dio del leño vedado» (Gén 3, 12); di más bien: La mujer que me diste, me cebó con el fruto bendito. Piadosísimo ciertamente el consejo; pero late tal vez otro, ni todo esto es. Verdaderamente esto es así, pero es poco, si no me engaño, para vuestros deseos. Dulzura de leche es; se elidirá tal vez, si presionamos más fuerte, también la pingüedad de la manteca. Más profundamente pues intuid con cuánto afecto de devoción quiso él que ella fuera honrada por nosotros, que puso la plenitud de todo bien en María: para que por tanto si algo de esperanza hay en nosotros, si algo de gracia, si algo de salvación, sepamos que redunda de ella, que asciende afluyendo en delicias. Huerto claramente de delicias, al que no solo sopló al venir, sino que también perfló al sobrevenir aquel austro divino, para que por todas partes fluyan y efluyan sus aromas, a saber los carismas de las gracias. Quita este cuerpo solar, que ilumina el mundo: ¿dónde está el día? Quita a María, esta estrella del mar, del mar por cierto grande y espacioso: ¿qué sino calígine envolvente, y sombra de muerte, y densísimas tinieblas quedan?

7. Con todas las médulas de los corazones pues, con todos los afectos de las entrañas, y con todos los votos veneremos a esta María; porque así es la voluntad de aquel que quiso que todo lo tuviéramos por María. Esta, digo, es su voluntad, pero para nosotros. Pues en todas las cosas y por todas las cosas proveyendo a los miserables, consuela nuestra trepidación, excita la fe, corrobora la esperanza, ahuyenta la difidencia, y erige la pusilanimidad. Al Padre temías acercarte, aterrado por el solo oído, huías a las hojas; a Jesús te dio por mediador. ¿Qué no ante tal Padre el Hijo tal obtenga? Será oído ciertamente por su reverencia: pues el Padre ama al Hijo.

An vero trepidas et ad ipsum? Frater tuus est et caro tua, tentatus per omnia absque peccato, ut misericors fieret. Hunc tibi fratrem Maria dedit. Sed forsitan et in ipso majestatem vereare divinam, quod licet factus sit homo, manserit tamen Deus. Advocatum habere vis et ad ipsum? Ad Mariam recurre. Pura siquidem humanitas in Maria, non modo pura ab omni contaminatione, sed et pura singularitate naturae. Nec dubius dixerim, exaudietur et ipsa pro reverentia sua. Exaudiet utique Matrem Filius, et exaudiet Filium Pater. Filioli, haec peccatorum scala, haec mea maxima fiducia est, haec tota ratio spei meae. Quid enim? potestne Filius aut repellere, aut sustinere repulsam; non audire, aut non audiri Filius potest? Neutrum plane. Invenisti, ait angelus, gratiam apud Deum. Feliciter. Semper haec inveniet gratiam, et sola est gratia qua egemus. Prudens Virgo non sapientiam, sicut Salomon, non divitias, non honores, non potentiam, sed gratiam requirebat. Nimirum sola est gratia, qua salvamur.

8. Quid nos alia concupiscimus, fratres? Quaeramus gratiam, et per Mariam quaeramus; quia quod quaerit, invenit, et frustrari non potest. Quaeramus gratiam, sed gratiam apud Deum: nam apud homines gratia fallax. Quaerant alii meritum, nos invenire gratiam studeamus. Quid enim? num gratiae est quod hic sumus? Profecto misericordiae Domini est, quod non sumus consumpti nos. Qui nos? Nos parjuri, nos adulteri, nos homicidae, nos raptores, purgamenta utique mundi hujus. Consulite conscientias vestras, fratres, et videte, quia ubi abundavit delictum, superabundat et gratia. Maria non praetendit meritum, sed gratiam quaerit. Denique usque adeo fidit gratiae, et non altum sapit, ut salutationem angelicam vereatur. Maria, inquit, cogitabat qualis esset ista salutatio (Luc. I, 29). Nimirum sese salutatione angelica reputabat indignam. Et forsitan talia meditabatur: Unde hoc mihi, ut veniat angelus Domini mei ad me? Ne timeas, Maria, ne mireris angelum venientem: et major angelo venit. Ne mireris angelum Domini: et Dominus angeli tecum. Postremo, quidni videas angelum, cum jam angelice vivas? quidni visitet angelus vitae sociam? quidni salutet civem sanctorum, et domesticam Dei? Angelica plane vita virginitas: et qui non nubent, neque nubentur, erunt sicut angeli Dei.

¿Acaso tiemblas también ante él? Hermano tuyo es y carne tuya, tentado en todo sin pecado, para hacerse misericordioso. A este hermano María te dio. Pero tal vez también en él temas la majestad divina, porque aunque se haya hecho hombre, permaneció sin embargo Dios. ¿Advocado quieres tener también ante él? A María recurre. Pura ciertamente la humanidad en María, no solo pura de toda contaminación, sino también pura por la singularidad de la naturaleza. Ni dudoso lo diría, será oída también ella por su reverencia. Oirá ciertamente a la Madre el Hijo, y oirá al Hijo el Padre. Hijitos, esta es la escala de los pecadores, esta mi máxima confianza, esta toda la razón de mi esperanza. ¿Qué pues? ¿puede el Hijo o repeler, o sostener la repulsa; no oír, o no ser oído el Hijo puede? Ninguna de las dos cosas claramente. «Has hallado», dice el ángel, «gracia ante Dios». Felizmente. Siempre esta hallará gracia, y sola es la gracia de la que necesitamos. La prudente Virgen no sabiduría, como Salomón, no riquezas, no honores, no potencia, sino gracia requería. Ciertamente sola es la gracia por la que somos salvados.

8. ¿Por qué nosotros otras cosas concupiscimos, hermanos? Busquemos la gracia, y por María busquemos; porque lo que busca, lo encuentra, y no puede ser frustrada. Busquemos la gracia, pero la gracia ante Dios: pues ante los hombres la gracia es falaz. Busquen otros el mérito, nosotros encontrar la gracia estudiemos. ¿Qué pues? ¿acaso de gracia es que aquí estamos? Ciertamente de la misericordia del Señor es que no somos consumidos nosotros. ¿Quiénes nosotros? Nosotros perjuros, nosotros adúlteros, nosotros homicidas, nosotros raptores, inmundicias ciertamente de este mundo. Consultad vuestras conciencias, hermanos, y ved que donde abundó el delito, sobreabunda también la gracia. María no pretende mérito, sino gracia busca. Finalmente hasta tal punto confía en la gracia, y no sabe de lo alto, que teme la salutación angélica. «María», dice, «pensaba qué clase sería esta salutación» (Lc 1, 29). Ciertamente se reputaba indigna de la salutación angélica. Y tal vez tales cosas meditaba: ¿De dónde esto a mí, para que venga el ángel de mi Señor a mí? No temas, María, no te maravilles del ángel que viene: y mayor que el ángel viene. No te maravilles del ángel del Señor: y el Señor del ángel contigo. Finalmente, ¿por qué no verías al ángel, cuando ya angélicamente vives? ¿por qué no visitaría el ángel a la socia de vida? ¿por qué no saludaría a la ciudadana de los santos, y doméstica de Dios? Angélica claramente vida la virginidad: y los que no se casarán, ni se darán en casamiento, serán como los ángeles de Dios.

9. Videsne quod et hoc nihilominus modo aquaeductus noster ascendit ad fontem; nec sola jam oratione coelos penetrat, sed etiam incorruptione, quae proximum Deo facit, sicut Sapiens ait? (Sap. VI, 20.) Erat enim virgo sancta corpore et spiritu, cui specialiter esset dicere: Conversatio nostra in coelis est (Philipp. III, 20). Sancta inquam, corpore et spiritu, ne quid forsitan super hoc dubites aquaeductu. Sublimis equidem valde, sed nihilominus integerrimus manet. Hortus conclusus, fons signatus, templum Domini, sacrarium Spiritus sancti. Nec enim est fatua virgo, cui non modo oleum est, sed olei plenitudo in vase recondita. Ascensiones in corde suo disposuit, conversatione pariter, sicuti jam diximus, et oratione ascendens. Denique abiit in montana cum festinatione, et salutavit Elisabeth, et in ministerio ejus erat quasi mensibus tribus, ut jam tunc posset dicere matri mater, quod tanto post filio dixit Filius: Sine modo; sic enim decet nos implere omnem justitiam (Matth. III, 15). Plane montana conscendens, cujus justitia sicut montes Dei. Tertius enim hic ascensus Virginis fuit, ut funiculus triplex difficile rumperetur. Fervebat siquidem in quaerenda gratia charitas, splendebat in carne virginitas, humilitas in obsequio eminebat. Etenim si omnis qui se humiliat exaltabitur, quid hac humilitate sublimius? Venisse eam mirabatur Elisabeth, et dicebat: Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? (Luc. I, 43.) Sed jam magis miretur, quod instar utique Filii et ipsa non ministrari venerit, sed ministrare. Merito proinde cantor ille divinus in ipsius admiratione praecinens, aiebat: Quae est ista quae ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? (Cant. VI, 9.) Ascendit plane supra humanum genus, ascendit usque ad angelos, sed et ipsos quoque transcendit, et coelestem omnem supergreditur creaturam. Nimirum supra angelos hauriat necesse est, quam refundat hominibus aquam vivam.

10. Quomodo, inquit, fiet istud, quoniam virum non cognosco? Vere sancta corpore et spiritu, et integritatem carnis habens, et propositum integritatis. Respondens autem angelus, dixit: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi (Luc. I, 34, 35). Ne me interrogaveris, inquit; supra me est, et non potero ad illud. Spiritus sanctus, non angelicus, superveniet in te; et virtus Altissimi obumbrabit tibi, non ego. Ne steteris vel intra angelos, Virgo sancta; sublimius aliquid tuo sibi ministerio propinandum terra sitiens praestolatur.

9. ¿Ves que también de este modo nada menos nuestro acueducto asciende a la fuente; ni sola ya por la oración penetra los cielos, sino también por la incorrupción, que hace próximo a Dios, como dice el Sabio? (Sab 6, 20). Era en efecto la virgen santa en cuerpo y espíritu, a quien especialmente sería decir: «Nuestra conversación en los cielos es» (Filip 3, 20). Santa digo, en cuerpo y espíritu, para que nada tal vez sobre esto dudes del acueducto. Sublimísimo ciertamente por demás, pero nada menos íntegro permanece. Huerto concluso, fuente sellada, templo del Señor, sagrario del Espíritu Santo. Ni en efecto es virgen fatua, a la que no solo el óleo es, sino la plenitud del óleo en el vaso recondita. Ascensiones en su corazón dispuso, por la conversación igualmente, según ya dijimos, y por la oración ascendiendo. Finalmente se fue a la montaña con festinación, y saludó a Isabel, y en el ministerio de ella estuvo como meses tres, para que ya entonces pudiera decir a la madre la madre, lo que tanto después al hijo dijo el Hijo: «Deja por ahora; así en efecto nos conviene cumplir toda justicia» (Mt 3, 15). Claramente a la montaña ascendiendo, cuya justicia como los montes de Dios. Tercero en efecto este ascenso de la Virgen fue, para que el funículo triple difícilmente se rompiera. Fervía ciertamente en buscar la gracia la caridad, esplendía en la carne la virginidad, la humildad en el obsequio eminía. Etenim si todo el que se humilla será exaltado, ¿qué con esta humildad más sublime? Venir a ella se maravillaba Isabel, y decía: «¿De dónde esto a mí, para que venga la madre de mi Señor a mí?» (Lc 1, 43). Pero ya más se maraville, que a semejanza por cierto del Hijo también ella no a ser ministrada viniera, sino a ministrar. Con mérito por tanto aquel cantor divino en la admiración de ella precantando, decía: «¿Quién es esta que asciende como la aurora consurgente, bella como la luna, electa como el sol, terrible como de campamentos la línea ordenada?» (Cant 6, 9). Asciende claramente sobre el género humano, asciende hasta los ángeles, pero también a ellos mismos los transciende, y a toda celestial creatura supergrede. Ciertamente sobre los ángeles haurir es necesario, la que refunda a los hombres el agua viva.

«¿Cómo», dice, «se hará esto, puesto que a varón no conozco?». Verdaderamente santa en cuerpo y espíritu, y la integridad de la carne teniendo, y el propósito de la integridad. Respondiendo pues el ángel, dijo: «El Espíritu Santo vendrá sobre ti, y la virtud del Altísimo te obombrará» (Lc 1, 34. 35). «No me preguntes», dice; «sobre mí es, y no podré a ello». El «Espíritu Santo», no angélico, «vendrá sobre ti; y la virtud del Altísimo te obombrará», no yo. No te quedes ni siquiera entre los ángeles, Virgen santa; algo más sublime por tu ministerio para ser propinado la tierra sedienta espera.

Paululum cum pertransieris eos, invenies quem diligit anima tua. Paululum, inquam, non quia non incomparabiliter superemineat, sed quod inter eum et ipsos medium nihil invenias. Transi ergo virtutes et dominationes, cherubin quoque et seraphin, ut ad eum pervenias, de quo vociferantur ad invicem: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth (Isai. VI, 3). Quod enim ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei (Luc. I, 35). Fons sapientiae, Verbum Patris in excelsis. Hoc Verbum mediante te caro fiet: ut qui dicit: Ego in Patre, et Pater in me (Joan. XIV, 10); dicat nihilominus, quia ego a Deo processi et veni (Joan. VIII, 42). In principio, inquit, erat Verbum. Jam scatet fons; sed interim tantum in semetipso. Denique et Verbum erat apud Deum (Joan. I, 1), lucem profecto habitans inaccessibilem; et dicebat Dominus ab initio: Ego cogito cogitationes pacis, et non afflictionis (Jerem. XXIX, 11). Sed penes te est cogitatio tua, et quid cogites, nos nescimus. Quis enim cognoverat sensum Domini? aut quis consiliarius ejus erat? Descendit itaque cogitatio pacis in opus pacis: Verbum caro factum est, et habitat jam in nobis. Habitat plane per fidem in cordibus nostris, habitat in memoria nostra, habitat in cogitatione, et usque ad ipsam descendit imaginationem. Quid enim prius cogitaret homo de Deo, nisi forsitan idolum corde fabricaret?

11. Incomprehensibilis erat et inaccessibilis, invisibilis et inexcogitabilis omnino. Nunc vero comprehendi voluit, videri voluit, cogitari voluit. Quonam modo, inquis? Nimirum jacens in praesepio, in virginali gremio cubans, in monte praedicans, in oratione pernoctans, aut in cruce pendens, in morte pallens, liber inter mortuos, et in inferno imperans, seu etiam tertia die resurgens, et apostolis loca clavorum victoriae signa demonstrans, novissime coram eis coeli secreta conscendens. Quid horum non vere, non pie, non sancte cogitatur? Quidquid horum cogito, Deum cogito. et per omnia ipse est Deus meus. Haec ego meditari dixi sapientiam, et prudentiam judicavi eructare memoriam suavitatis, quam in hujuscemodi nucleis virga sacerdotalis copiose produxit; quam in supernis hauriens, uberius nobis Maria refudit. In supernis plane, et ultra angelos, quae Verbum ex ipso Patris corde suscepit, ut scriptum est: Dies diei eructat verbum (Psal. XVIII, 3). Utique dies Pater: siquidem dies ex die Salutare Dei (Psal. XCV, 2). An non etiam Virgo dies? Et praeclara. Rutilans plane dies, quae procedit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol.

Un poco cuando los hubieres transcendido, encontrarás al que ama tu alma. Un poco, digo, no porque no incomparablemente superemine, sino que entre él y ellos medio nada encuentres. Transita pues por las virtudes y dominaciones, querubines también y serafines, para que a él llegues, de quien vociferan entre sí: «Santo, santo, santo el Señor Dios de los ejércitos» (Is 6, 3). «Pues lo que de ti nacerá Santo, se llamará Hijo de Dios» (Lc 1, 35). Fuente de sabiduría, Verbo del Padre en lo excelso. Este Verbo mediando tú carne se hará: para que el que dice: «Yo en el Padre, y el Padre en mí» (Jn 14, 10); diga nada menos, que «yo de Dios procedí y vine» (Jn 8, 42). «En el principio», dice, «era el Verbo». Ya mana la fuente; pero entretanto solo en sí mismo. Finalmente «y el Verbo estaba ante Dios» (Jn 1, 1), la luz por cierto habitando inaccesible; y decía el Señor desde el principio: «Yo pienso pensamientos de paz, y no de aflicción» (Jer 29, 11). Pero ante ti está el pensamiento tuyo, y qué pienses, nosotros no lo sabemos. ¿Quién en efecto conoció el sentido del Señor? ¿o quién su consejero fue? Descendió pues el pensamiento de paz a la obra de paz: el Verbo carne se hizo, y habita ya en nosotros. Habita claramente por la fe en nuestros corazones, habita en nuestra memoria, habita en el pensamiento, y hasta la misma desciende imaginación. ¿Qué en efecto antes pensaría el hombre de Dios, sino tal vez un ídolo en el corazón fabricara?

11. Incomprensible era e inaccesible, invisible e inexcogitable del todo. Ahora pues ser comprendido quiso, ser visto quiso, ser pensado quiso. ¿De qué modo, preguntas? Ciertamente yaciendo en el pesebre, en el virginal gremio cubando, en el monte predicando, en la oración pernoctando, o en la cruz pendiente, en la muerte palideciendo, libre entre los muertos, y en el infierno imperando, o incluso al tercer día resurgiendo, y a los apóstoles los lugares de los clavos signos de victoria demostrando, novísimamente ante ellos los secretos del cielo ascendiendo. ¿Qué de estos no verdaderamente, no piadosamente, no santamente se piensa? Lo que de estos pienso, a Dios pienso, y por todas las cosas él mismo es mi Dios. Estas cosas yo meditar dije sabiduría, y prudencia juzgué eructar la memoria de la suavidad, que en núcleos de este género la vara sacerdotal copiosamente produjo; la que en lo superno hauriendo, más uberrimamente nos María refundió. En lo superno claramente, y más allá de los ángeles, la que el Verbo del mismo corazón del Padre recibió, como está escrito: «Día al día eructa el verbo» (Sal 17, 3). Ciertamente el día el Padre: etenim día del día el Salutar de Dios (Sal 94, 2). ¿Acaso no también la Virgen día? Y preclara. Rutilante claramente día, que procede como aurora consurgente, bella como la luna, electa como el sol.

12. Intuere igitur quemadmodum usque ad angelos plenitudine gratiae, supra angelos superveniente Spiritu sancto pervenit. Est in angelis charitas, est puritas, est humilitas. Quid horum non enituit in Maria? Sed ostensum est superius, ut quidem a nobis ostendi potuit: supereminentiam prosequamur. Cui enim angelorum aliquando dictum est: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei? Denique Veritas de terra orta est, non de angelica creatura: nec angelos, sed semen Abrahae apprehendit. Magnum est angelo ut minister sit Domini; sed Maria sublimius quiddam meruit, ut sit mater. Fecunditas itaque Virginis supereminens gloria est, tantoque excellentior angelis facta munere singulari, quanto differentius prae ministris nomen matris accepit. Hanc invenit gratiam plena jam gratia, ut charitate fervida, virginitate integra, humilitas devota, fieret nihilominus sine viri cognitione gravida, sine muliebri dolore puerpera. Parum est: quod ex ea natum est, Sanctum vocatur, et est Filius Dei.

13. De reliquo, fratres, curandum nobis summopere est, ne Verbum, quod de ore Patris ad nos egressum est Virgine mediante, vacuum revertatur: sed per eamdem nihilominus Virginem gratiam pro gratia referamus. Eructemus memoriam, donec praesentiam suspiramus, et suae reddantur origini fluenta gratiae, ut uberius fluant. Alioquin nisi ad fontem redeant, exsiccantur, et infideles in modico, quod maximum est accipere non meremur. Modicum plane memoria ad praesentiam, modicum ad id quod cupimus, magnum ad id quod meremur: longe infra desiderium, sed nihilominus supra meritum. Sapienter proinde sponsa et pro hoc modico non modice gratulatur [alias, gloriatur]. Cum enim dixisset: Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie (Cant. I, 6); recipiens exigua pro immensis, et pro pastu meridiano libans sacrificium vespertinum, minime tamen, ut solet fieri, murmurat aut tristatur, sed gratias agit, et in omnibus sese exhibet devotiorem. Novit enim quod si fidelis fuerit in umbra memoriae, lucem praesentiae sine dubio obtinebit. Itaque, qui reminiscimini Domini, ne taceatis, et ne detis silentium. Nimirum qui praesentem habent Dominum, exhortatione non indigent: et quod ait Propheta alius: Lauda, Jerusalem, Dominum; lauda Deum tuum, Sion (Psal. CXLVII, 1), congratulationis est potius, quam commonitionis. Qui in fide ambulant, egent admonitione ne taceant, et ne dederint silentium ei. Loquitur enim, et loquitur pacem in plebem suam, et super sanctos suos, et in eos qui convertuntur ad cor. Caeterum cum sancto sanctus eris, et cum viro innocente innocens eris (Psal. XVII, 26): et audientem sese audiet, et loquenti sibi loquetur. Alioquin silentium ei dedisti si taceas.

12. Intuye pues de qué modo hasta los ángeles por la plenitud de la gracia, sobre los ángeles sobreveniendo el Espíritu Santo llegó. Hay en los ángeles caridad, hay pureza, hay humildad. ¿Qué de estos no enituyó en María? Pero mostrado ha sido arriba, según ciertamente por nosotros mostrar se pudo: la supereminencia prosequemos. ¿A cuál en efecto de los ángeles alguna vez dicho fue: «El Espíritu Santo vendrá sobre ti, y la virtud del Altísimo te obombrará: e ideoque también lo que nacerá de ti Santo, se llamará Hijo de Dios»? Finalmente la Verdad de la tierra nacida es, no de angélica creatura: ni a los ángeles, sino al semen de Abraham aprehendió. Grande es para el ángel que ministro sea del Señor; pero María más sublime algo mereció, que sea madre. La fecundidad pues de la Virgen supereminente gloria es, y tanto más excelente que los ángeles hecha por el don singular, cuanto más diferentemente que los ministros el nombre de madre recibió. Esta halló gracia plena ya de gracia, para que con caridad férvida, virginidad íntegra, humildad devota, se hiciera nada menos sin del varón conocimiento grávida, sin muliebre dolor partera. Poco es: lo que de ella nacido es, Santo se llama, y es Hijo de Dios.

13. De lo demás, hermanos, curar nos es sumamente necesario, para que el Verbo, que de la boca del Padre a nosotros egresó mediando la Virgen, no vuelva vacío: sino por la misma nada menos Virgen gracia por gracia refiramos. Eructemos la memoria, hasta que la presencia suspiramos, y a su origen se devuelvan los fluidos de la gracia, para que uberrimamente fluyan. De otro modo si a la fuente no vuelven, se execan, e infieles en lo módico, lo que máximo es recibir no merecemos. Módico claramente la memoria a la presencia, módico a aquello que deseamos, grande a aquello que merecemos: lejos por debajo del deseo, pero nada menos sobre el mérito. Sapiens pues la esposa también por este módico no módicamente se gratula. Pues habiendo dicho: «Indícame dónde apacientas, dónde cubas al mediodía» (Cant 1, 6); recibiendo exigua por inmensa, y por pasto meridiano libando el sacrificio vespertino, mínimamente sin embargo, según suele hacerse, murmura o se entristece, sino que gracias da, y en todas las cosas se exhibe más devota. Sabe en efecto que si fiel fuere en la sombra de la memoria, la luz de la presencia sin duda obtendrá. Por lo tanto, los que os acordáis del Señor, no calléis, y no deis silencio. Ciertamente los que presente tienen al Señor, exhortación no necesitan: y lo que dice el Profeta otro: «Alaba, Jerusalén, al Señor; alaba a tu Dios, Sion» (Sal 146, 1), de congratulación es más bien, que de commonición. Los que en la fe andan, necesitan admonición para que no callen, y para que no hubieran dado silencio a él. Habla en efecto, y habla paz en su pueblo, y sobre sus santos, y en los que se convierten al corazón. Por lo demás con el santo santo serás, y con el varón inocente inocente serás (Sal 17, 26): y al que le oye lo oirá, y al que le habla le hablará. De otro modo silencio a él diste si callas.

Sed unde si taceas? A laude. Ne taceatis, inquit, et ne detis silentium ei, donec stabiliat, et donec ponat Jerusalem laudem in terra (Isai. LXII, 6, 7). Laus Jerusalem, jucunda et decora laudatio. Nisi forte angelos cives Jerusalem mutuis opinamur laudibus delectari, et decipere de vanitate in idipsum.

14. Fiat voluntas tua, Pater, sicut in coelo et in terra, ut laus Jerusalem stabiliatur in terra. Quid enim modo est? Non quaerit angelus ab angelo gloriam in Jerusalem, et homo ab homine laudari cupit in terra? Exsecranda perversitas! sed eorum sit, qui ignorantiam Dei habent, qui obliti sunt Domini Dei sui. Vos qui reminiscimini Domini, ne taceatis a laude ejus, donec stabiliatur et perficiatur in terra. Est enim silentium irreprehensibile, imo et laudabile magis. Est et sermo non bonus. Alioquin non diceret propheta, bonum esse homini praestolari cum silentio Salutare Dei (Thren. III, 26). Bonum silentium a jactantia, bonum a blasphemia, bonum a murmure et defractione. Alius enim ob laboris magnitudinem et pondus diei exasperatus, animo murmurat; et dijudicat eos qui pro anima sua pervigilant, tanquam reddituri utique rationem. Clamor est, sed supra omne silentium clamor iste animi obdurati silere facit, quam audiri non patitur, vocem verbi. Alius pusillanimitate spiritus in exspectatione deficit: pessimumque hoc verbum blasphemiae est, quod nec in hoc saeculo remittitur, nec in futuro. Tertius in magnis ambulat, et in mirabilibus super se, dicens: Manus nostra excelsa; putans se aliquid esse, cum nihil sit. Quid loqueretur huic, qui loquitur pacem? Dicit enim: Quia dives sum, et nullius egeo. Porro Veritatis sententia est: Vae vobis divitibus, quia habetis hic consolationem vestram (Luc. VI, 24). Contra vero: Beati, inquit, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur (Matth. V, 5). Sileat ergo in nobis lingua maledica, lingua blasphema, lingua magniloqua; quoniam bonum est in hoc triplici silentio Salutare Domini praestolari, ut dicas: Loquere, Domine, quia audit servus tuus (I Reg. III, 10). Ejusmodi quippe voces non ad eum sunt, sed adversus eum, sicut legislator murmurantibus ait: Non enim contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum (Exod. XVI, 8).

15. Ita tamen ab his taceas, ne omnino taceas, ne dederis silentium ei. Loquere illi contra jactantiam in confessione, ut obtineas veniam de praeteritis. Loquere in gratiarum actione contra murmurationem, ut ampliorem invenias gratiam in praesenti. Loquere in oratione contra diffidentiam, ut consequaris et gloriam in futuro. Confitere, inquam, praeterita, et pro praesentibus gratias age, ac deinceps ora studiosius pro futuris: ut ne ipse quidem sileat a remissione, ab immissione, a promissione. Ne taceas, inquam, et ne dederis silentium ei.

¿Pero de qué si callas? De la alabanza. «No calléis», dice, «y no deis silencio a él, hasta que estabilice, y hasta que ponga a Jerusalén alabanza en la tierra» (Is 62, 6. 7). Alabanza de Jerusalén, jugunda y decorosa laudación. Si no es que tal vez a los ángeles ciudadanos de Jerusalén por mutuas alabanzas opinamos deleitarse, y decepcionar de la vanidad en lo mismo.

14. Hágase tu voluntad, Padre, así en el cielo como en la tierra, para que la alabanza de Jerusalén se estabilice en la tierra. ¿Qué en efecto ahora es? ¿No busca el ángel del ángel gloria en Jerusalén, y el hombre del hombre ser alabado cupre en la tierra? ¡Exsecrable perversidad! Pero de ellos sea, que la ignorancia de Dios tienen, que olvidados están del Señor Dios suyo. Vosotros que os acordáis del Señor, no calléis de su alabanza, hasta que se estabilice y se perficie en la tierra. Hay en el efecto un silencio irreprensible, e incluso laudable más. Hay también un sermón no bueno. De otro modo no diría el profeta que «bueno es para el hombre prestolar con silencio el Salutar de Dios» (Lam 3, 26). Buen silencio de la jactancia, buen silencio de la blasfemia, buen silencio del murmullo y detracción. Uno en efecto por la magnitud del labor y el peso del día exasperado, en el ánimo murmura; y dijudica a los que por su alma pervigen, como habiendo de rendir ciertamente razón. Clamor es, pero sobre todo silencio el clamor ese del ánimo obdurado callar hace, que oírse no permite, la voz del verbo. Otro por la pusilanimidad del espíritu en la expectación desfallece: y pesadísimo este verbo de blasfemia es, que ni en este siglo se remite, ni en el futuro. El tercero en cosas grandes anda, y en mirables sobre sí, diciendo: Mano nuestra excelsa; pensando que él algo sea, cuando nada sea. ¿Qué hablaría a este el que habla paz? Dice en efecto: Porque rico soy, y de nadie carezco. Por lo demás de la Verdad la sentencia es: «Ay de vosotros ricos, porque tenéis aquí vuestra consolación» (Lc 6, 24). Al contrario pues: «Bienaventurados», dice, «los que lugen, porque ellos mismos serán consolados» (Mt 5, 5). Calle pues en nosotros la lengua malédica, la lengua blasfema, la lengua magnílocua; puesto que bueno es en este triple silencio el Salutar del Señor prestolar, para que digas: «Habla, Señor, porque oye tu siervo» (1 Rey 3, 10). De tal clase ciertamente las voces no a él son, sino contra él, según el legislador a los murmurantes dice: «No en efecto contra nosotros es vuestro murmullo, sino contra el Señor» (Éx 16, 8).

15. Así sin embargo de estas calles, para que no del todo calles, para que no hubieras dado silencio a él. Háblale contra la jactancia en la confesión, para que obtengas perdón de las cosas pasadas. Habla en la acción de gracias contra la murmuración, para que más amplia encuentres la gracia en lo presente. Habla en la oración contra la difidencia, para que consigas también la gloria en lo futuro. Confiesa, digo, lo pasado, y por lo presente da gracias, y en adelante ora más estudiosamente por lo futuro: para que ni él mismo calle de la remisión, de la inmisión, de la promisión. No calles, digo, y no des silencio a él.

Loquere, ut et ipse loquatur, et dicere possis: Dilectus meus mihi, et ego illi (Cant. II, 16). Jucunda vox, et eloquium dulce. Nimirum non vox murmuris haec, sed vox turturis est. Et ne dixeris: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? (Psal. CXXXVI, 4.) Non jam aliena reputabitur, de qua sponsus ait: Vox turturis audita est in terra nostra. Audierat enim dicentem: Capite nobis vulpes parvulas (Cant. II, 12, 15): et forte ex eo in vocem exsultationis erupit, ut diceret: Dilectus meus mihi, et ego illi. Plane vox turturis, quae tam viventi, quam mortuo, singulari utique castimonia, suo compari perseverat, ut eam neque mors, neque vita a Christi separet charitate. Intuere etenim, utrumnam aliquid hunc dilectum avertere potuerit a dilecta, quominus ei et peccanti, et aversae perseveraret. Glomeratae nubes radios offundere contendebant, ut iniquitates nostrae separarent inter nos et Deum: sed incaluit [alias, invaluit] sol, et universa dissolvit. Alioquin quando rediisses ad eum, nisi ille tibi perseverasset, nisi clamasset: Revertere, revertere, Sunamitis; revertere, revertere, ut intueamur te? (Cant. VI, 12.) Esto ergo illi et tu nihilominus perseverans, ut nullis ab eo flagellis aut laboribus avertaris.

16. Luctare cum angelo, ne succumbas; quia regnum coelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud. An non lucta, dilectus meus mihi, et ego illi? (Matth. XI, 12.) Notam fecit dilectionem suam; experiatur et tuam. In multis enim tentat te Dominus Deus tuus. Declinat saepius, avertit faciem, sed non in ira. Probationis istud est, non reprobationis. Sustinuit te dilectus; sustine tu dilectum, sustine Dominum, viriliter age. Nom illum vicere peccata tua; te quoque ipsius flagella non superent, et obtinebis benedictionem. But quando? Cum aurora fuerit, cum aspiraverit jam dies, cum stabilierit Jerusalem laudem in terra. Ecce, inquit, vir luctabatur cum Jacob usque mane (Gen. XXXII, 24). Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia speravi in te, Domine. Non tacebo, nec dabo tibi silentium usque mane; utinam nec jejunium. Nimirum dignaris et pasci, sed inter lilia. Dilectus meus mihi, et ego illi, qui pascitur inter lilia. Nimirum et supra, si meministi, in eodem Cantico evidenter expressum est, quod florum apparitio turturis comitetur auditum. Sed attende, quod locum, non cibum indicare videtur; nec quibus pascitur exprimit, sed inter quae. Forte enim non cibo, sed consortio pascitur liliorum; nec liliis vescitur, sed versatur. Nimirum odore potius quam sapore lilia placent; et visui magis sunt apta quam esui.

Habla, para que también él hable, y decir puedas: «Mi amado para mí, y yo para él» (Cant 2, 16). Jugunda voz, y elocuencia dulce. Ciertamente no voz de murmullo esta, sino voz de tórtola es. Y no digas: «¿Cómo cantaremos el cántico del Señor en tierra ajena?» (Sal 135, 4). No ya ajena se reputará, de la que el esposo dice: «Voz de tórtola oída es en nuestra tierra». Había oído en efecto a la que decía: «Cazadnos las raposas pequeñas» (Cant 2, 12. 15): y tal vez de ello en voz de exultación erupit, para que dijera: «Mi amado para mí, y yo para él». Claramente voz de tórtola, que tanto al viviente como al muerto, por singular castidad por cierto, a su compañero persevera, de modo que ni la muerte ni la vida la separe de la caridad de Cristo. Intuye en efecto, si algo a este amado pudo apartar de la amada, para que no a ella y pecante, y aversa perseverara. Glomeradas nubes los rayos ofundir contendían, para que las iniquidades nuestras separaran entre nosotros y Dios: pero incaluit el sol, y todo lo disolvió. De otro modo ¿cuándo hubieras vuelto a él, si no él a ti hubiera perseverado, si no clamara: «Vuélvete, vuélvete, Sunamitis; vuélvete, vuélvete, para que te intuamos»? (Cant 6, 12). Sé pues para él también tú nada menos perseverante, para que por ningunos flagelos o labores seas apartado de él.

16. Lucha con el ángel, para que no sucumbas; porque el reino de los cielos fuerza padece, y los violentos lo rapiñan. ¿Acaso no lucha, «mi amado para mí, y yo para él»? (Mt 11, 12). Nota hizo su dilección; experimente también la tuya. En muchas cosas en efecto te tienta el Señor Dios tuyo. Declina más veces, aparta la faz, pero no en la ira. De probación esto es, no de reprobación. Te sostuvo el amado; sostén tú al amado, sostén al Señor, varonilmente actúa. No a él vencieron tus pecados; a ti también sus flagelos no superen, y obtendrás la bendición. ¿Pero cuándo? Cuando la aurora fuere, cuando aspirare ya el día, cuando estabilizare Jerusalén la alabanza en la tierra. «He aquí», dice, «un varón luchaba con Jacob hasta la mañana» (Gén 32, 24). Audita hazme por la mañana tu misericordia, porque esperé en ti, Señor. No callaré, ni te daré silencio hasta la mañana; ojalá ni el ayuno. Ciertamente te dignas también ser pacido, pero entre lirios. «Mi amado para mí, y yo para él, que se pace entre los lirios». Ciertamente y arriba, si recuerdas, en el mismo Cántico evidentemente expresado está, que la aparición de las flores a la tórtola acompaña el oído. Pero atiende, que el lugar, no el cebo indicar parece; ni con qué cosas se pace expresa, sino entre cuáles. Tal vez en efecto no con cebo, sino con el consorcio se pace de los lirios; ni de los lirios se vesce, sino se versa. Ciertamente por el olor más bien que por el sabor los lirios placen; y a la vista más son aptos que al eso.

17. Ita ergo pascitur inter lilia, donec aspiret dies, et venustati florum fructuum succedat ubertas. Interim [alias, ita] quippe florum, non fructuum tempus est, dum in spe magis, quam in re sumus; et per fidem, non per speciem ambulantes, exspectatione magis quam experientia gratulamur. Considera denique floris teneritudinem, et memento verbi, quod ait Apostolus, quia habemus thesaurum istum in vasis fictilibus (II Cor. IV, 7). Quanta enim videntur imminere pericula floribus! Quam facile spinarum aculeis lilium perforatur! Merito proinde canit dilectus: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias (Cant. II, 2). An non erat lilium inter spinas, qui dicebat: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus? (Psal. CXIX, 7.) Caeterum etsi justus germinat sicut lilium, sed non ad lilium sponsus pascitur, nec in singularitate complacet sibi. Audi denique inter lilia commorantem. Ubi, inquit, duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum (Matth. XVIII, 2). Amat semper media Jesus, diverticula semper et reclinatoria reprobat Filius hominis, Dei et hominum mediator. Dilectus meus mihi, et ego illi, qui pascitur inter lilia. Curemus habere lilia, fratres, exstirpare spinas et tribulos, et inserere lilia festinemus: si quando forte et ad nos pascendus dignetur dilectus descendere.

18. Apud Mariam utique pascebatur, idque copiosius pro multitudine liliorum. An non lilia virginitatis decus, humilitatis insigne, supereminentia charitatis? Erunt tamen et nobis lilia, quamvis inferiora valde: sed ne inter haec quidem dedignabitur pasci sponsus; siquidem eas, quas praediximus, actiones gratiarum devotionis hilaritas illustraverit, orationem intentionis puritas candidaverit, confessionem indulgentia dealbaverit, sicut scriptum est: Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur; et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt (Isai. I, 18). Caeterum quidquid illud est, quod offerre paras, Mariae commendare memento, ut eodem alveo ad largitorem gratiae gratia redeat quo influxit. Neque enim impotens erat Deus, et sine hoc aquaeductu infundere gratiam, prout vellet; sed tibi vehiculum voluit providere. Forte enim manus tuae, aut sanguine plenae, aut infectae muneribus, quod non eas ab omni munere excussisti. Ideoque [alias, itaque] modicum istud quod offerre desideras, gratissimis illis et omni acceptione dignissimis Mariae manibus offerendum tradere cura, si non vis sustinere repulsam. Nimirum candidissima quaedam lilia sunt: nec causabitur ille liliorum amator inter lilia non inventum, quidquid illud sit quod inter Mariae manus invenerit. Amen.

IN FESTO SANCTI MICHAELIS. SERMO I. De angelorum erga nos officiis, et nostra erga ipsos reverentia [alias, de triplici causa, qua pro nobis solliciti sunt angeli].

17. Así pues se pace entre los lirios, hasta que aspire el día, y a la venustidad de las flores de los frutos suceda la ubertad. Entretanto por cierto de las flores, no de los frutos tiempo es, mientras en la esperanza más que en la realidad estamos; y por la fe, no por la especie andando, por la expectación más que por la experiencia nos gratulamos. Considera finalmente la teneritud de la flor, y recuerda el verbo que dice el Apóstol, que «tenemos este tesoro en vasos ficticios» (2 Cor 4, 7). ¡Cuántos en efecto parecen inminir peligros a las flores! ¡Cuán fácilmente por los acúleos de las espinas el lirio es perforado! Con mérito por tanto canta el amado: «Como lirio entre espinas, así mi amiga entre las hijas» (Cant 2, 2). ¿Acaso no era lirio entre espinas el que decía: «Con los que odiaban la paz, era pacífico»? (Sal 118, 7). Por lo demás aunque el justo germina como lirio, pero no al lirio el esposo se pace, ni en la singularidad se complace a sí mismo. Oye finalmente entre los lirios conmorante. «Donde», dice, «dos o tres congregados fueren en mi nombre, allí estoy en medio de ellos» (Mt 18, 20). Ama siempre lo medio Jesús, los divertículos siempre y reclinatorios reproba el Hijo del hombre, de Dios y de los hombres mediador. «Mi amado para mí, y yo para él, que se pace entre los lirios». Curemos tener lirios, hermanos, extirpar espinas y tríbulos, e insertar lirios festinemos: si alguna vez tal vez también a nosotros para ser pacido se dignare el amado descender.

18. Ante María ciertamente se pacía, y eso más copiosamente por la multitud de los lirios. ¿Acaso no los lirios de la virginidad el decoro, de la humildad la insignia, la supereminencia de la caridad? Habrá sin embargo también para nosotros lirios, aunque inferiores por mucho: pero ni entre estos se dedignará ser pacido el esposo; si en verdad aquellas que predijimos acciones de gracias la hilaridad de la devoción ilustrara, la oración la pureza de la intención blanqueara, la confesión la inesperada indulgencia emblanqueciera, como está escrito: «Si fueren vuestros pecados como el escarlata, como la nieve se emblanquecerán; y si fueren rojos como el vermículo, como lana blanca serán» (Is 1, 18). Por lo demás lo que sea aquello que ofrecer preparas, a María encomendar recuerda, para que por el mismo álveo al dador de la gracia la gracia vuelva por el que influyó. Ni en efecto impotente era Dios, y sin este acueducto infundir la gracia, según quisiera; pero para ti un vehículo quiso proveer. Tal vez en efecto las manos tuyas, o de sangre llenas, o infectas por dones, porque no las de todo don excutiste. E ideoque módico este que ofrecer deseas, a aquellas gratísimas y de toda acepción dignísimas de María manos para ser ofrecido entregar cura, si no quieres sostener la repulsa. Ciertamente blanquísimos lirios algunos son: ni causará aquel de los lirios amador entre los lirios no encontrado, lo que sea aquello que entre las manos de María encontrara. Amén.

EN LA FIESTA DE SAN MIGUEL. SERMÓN I. Sobre los oficios de los ángeles para con nosotros, y nuestra reverencia para con ellos.

1. Angelorum hodie memoria celebratur, et exigitis debitum pro tanta solemnitate sermonem. Sed quid de angelicis spiritibus viles loquantur vermiculi? Credimus sane, et indubitata fide tenemus, divina eos praesentia et visione beatos sine fine laetari in bonis Domini, quae oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt. Quid ergo de his homo loquatur hominibus, quae nec ipse quidem cogitare, nec illi saltem audire sufficiant? Profecto si ex abundantia cordis os loquitur, sileat nihilominus lingua necesse est ex inopia cogitationis. Attamen si multum est ad nos loqui de ea claritate et gloria, qua in semetipsis, imo in Deo suo angeli sancti nostris omnino supereminent cordibus; de ea loquamur, quam nobis exhibent, gratia et charitate. In supernis enim spiritibus non solum admirabilis dignitas, sed et dignatio amabilis invenitur. Dignum est proinde, fratres, ut gloriam non capientes, tanto magis amplectamur misericordiam, qua nimirum constat nihilominus abundare domesticos Dei, coeli cives, principes paradisi. Testatur denique Apostolus ipse, qui raptus usque ad tertium coelum, beatae illi curiae meruit interesse, atque ejus nosse secreta, quoniam omnes administratorii sunt spiritus, missi in ministerium propter eos, aui haereditatem capiunt salutis (Hebr. I, 14).

2. Neque id cuiquam incredibile videatur; quandoquidem ipse quoque Creator et rex angelorum venit, non ministrari, sed ministrare, et animam suam dare pro multis (Matth. XX, 28). Utquid ergo ministerium illud angelorum quispiam dedignetur, in quo praecedit eos, cui in excelsis tota cum aviditate et felicitate ministrant? Si et hinc dubitas, utique qui vidit, testimonium perhibuit: Millia, inquiens, millium ministrabant ei, et decies centena millia assistebant ei (Dan. VII, 10). Alius quoque propheta ad Patrem de Filio loquens, ait: Minuisti eum paulo minus ab angelis (Psal. VIII, 6). Sic plane, sic decet ut vincat et humilitate. qui sublimitate vincebat; sitque tanto minor angelis, quanto inferiori sese ministerio mancipavit: qui tanto excellentior est, quanto differentius prae eis nomen haereditavit. Sed quaeras fortasse, in quo minoratus videatur ab angelis, cum ministrare venit; quandoquidem, ut supra meminimus, in ministerium mittuntur et illi. In eo utique quod non modo ministravit, sed et ministratus est, eratque unus et idem qui ministrabat, et qui ministrabatur.

1. De los ángeles hoy la memoria se celebra, y exigís el sermón debido por tan grande solemnidad. ¿Pero qué de los angélicos espíritus los viles hablen vermículos? Creemos ciertamente, y con indubitada fe tenemos, que ellos por la divina presencia y visión dichosos sin fin se alegran en los bienes del Señor, que el ojo no vio, ni el oído oyó, ni al corazón del hombre ascendieron. ¿Qué pues de estas cosas el hombre hable a los hombres, que ni él mismo ciertamente pensar, ni ellos al menos oír basten? Profecto si de la abundancia del corazón la boca habla, calle nada menos la lengua es necesario por la inopia del pensamiento. Sin embargo si mucho es para nosotros hablar de aquella claridad y gloria, por la que en sí mismos, e incluso en su Dios los ángeles santos a nuestros corazones del todo supereminen; de aquella hablemos, que a nosotros exhiben, gracia y caridad. En los supernos en efecto espíritus no solo admirable dignidad, sino también dignación amable se encuentra. Digno es por tanto, hermanos, que la gloria no captando, tanto más abracemos la misericordia, por la que ciertamente consta nada menos abundar los domésticos de Dios, los ciudadanos del cielo, los príncipes del paraíso. Testifica finalmente el Apóstol mismo, que raptado hasta el tercer cielo, mereció a aquella dichosa curia interesar, y de ella conocer los secretos, que «todos administradores son espíritus, enviados en ministerio por ellos, que la herencia captan de la salud» (Heb 1, 14).

2. Ni esto a nadie increíble parezca; cuandoquidem también el mismo Creador y rey de los ángeles vino, no a ser ministrado, sino a ministrar, y su alma dar por muchos (Mt 20, 28). ¿Para qué pues aquel ministerio de los ángeles alguien se dedigne, en el que les precede aquel a quien en lo excelso con toda avidez y felicidad ministran? Si también de esto dudas, ciertamente el que vio, testimonio perhibió: «Millares», diciendo, «de millares le ministraban, y decies centenares de millares le asistían» (Dan 7, 10). Otro también profeta al Padre sobre el Hijo hablando, dice: «Lo minoraste un poco menos de los ángeles» (Sal 8, 6). Así claramente, así conviene que venza también por la humildad el que por la sublimidad vencía; y sea tanto menor que los ángeles, cuanto a inferior ministerio se mancipó: el que tanto más excelente es, cuanto más diferentemente que ellos el nombre heredó. Pero preguntes tal vez, en qué minorado parezca por los ángeles, cuando a ministrar vino; cuandoquidem, como arriba recordamos, en ministerio enviados son también ellos. En ello ciertamente que no solo ministró, sino que también ministrado fue, y era uno y el mismo el que ministraba, y el que ministrado era.

Merito proinde sponsa in Canticis canticorum: Ecce, inquit, venit is saliens in montibus, transiliens colles (Cant. II, 8). Ministrans enim saliit inter angelos: sed et ipsos transiliit ministratus. Ministrant enim angeli, sed de alieno, offerentes Deo bona opera, non sua, sed nostra, ac nobis ejus gratiam referentes. Unde et Scriptura dicens: Quoniam ascendit fumus aromatum in conspectu Domini de manu angeli, sollicite praemisit data ei fuisse incensa multa (Apoc. VIII, 4, 3). Nostros enim sudores, non suos; nostras, non suas lacrymas offerunt Deo: nobis quoque ejus munera referunt, et non sua.

3. Non sic minister ille sublimior cunctis, sed et humilior universis, qui semetipsum obtulit sacrificium laudis, qui Patri offerens animam suam, nobis ministrat usque hodie carnem suam. Hujus utique tanti ministri gratia nihil mirum, si dignanter nobis, imo et libenter angeli sancti ministrent. Ipsi enim amant nos, quia nos Christus amavit. Dicitur certe vulgari quodam proverbio: Qui me amat, amat et canem meam. Nos vero, o beati angeli, catelli sumus Domini illius, quem tanto affectu diligitis; catelli, inquam, cupientes saturari de micis, quae cadunt de mensa dominorum nostrorum, qui estis vos. Et haec dixerim, fratres, ut ampliorem de caetero erga beatos angelos fiduciam habeatis, ac proinde familiarius in omni necessitate vestra eorum invocetis auxilia; sed et dignius in eorum praesentia conversari, et magis ac magis eorum vobis conciliare gratiam, captare benevolentiam, exorare clementiam studeatis. Cujus rei gratia necessarium duco alias quoque charitati vestrae exponere causas, quae et ipsae beatos angelos pro nostra infirmitate reddant sollicitos; absque sua sane anxietate, sed non absque utilitate nostra; nec ad detrimentum felicitatis suae, sed ad nostrae salutis augmentum.

4. Constat sine dubio, rationis participes et capaces beatitudinis humanas animas angelicae, si dicere id audeamus, cognatas esse naturae: nec decet vos, o beati spiritus, contra legis praeceptum dedignari, quam visitare debetis, speciem vestram, licet in multam, ut ipsi cernitis, dejecta sit vilitatem. Sed neque arbitramur vos, superni cives, civitatis vestrae excidio delectari, et ruina murorum, quos semirutos esse ipsi videtis. Cujus instaurationem si desideratis, ut dignum est; frequenter, quaeso, ante thronum gloriae verbum precis iterate, dicentes: Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion, ut aedificentur muri Jerusalem (Psal. L, 20). Si diligitis decorem domus Dei, imo quia vere diligitis; experiantur zelum vestrum vivi et rationales lapides, qui soli in instaurationem ejus vobis possunt coaedificari.

Con mérito por tanto la esposa en los Cánticos de los cánticos: «He aquí», dice, «viene él saltando en los montes, transiliendo los collados» (Cant 2, 8). Ministrando en efecto saltó entre los ángeles: pero también a ellos mismos los transilió ministrado. Ministran en efecto los ángeles, pero de lo ajeno, ofreciendo a Dios las buenas obras, no las suyas, sino las nuestras, y a nosotros su gracia refiriendo. De donde también la Escritura diciendo: «Que ascendió el humo de los aromas en la presencia del Señor de la mano del ángel», solícitamente premisó que le habían sido dados «inciensos muchos» (Apoc 8, 4. 3). Nuestros en efecto sudores, no los suyos; nuestras, no las suyas lágrimas ofrecen a Dios: a nosotros también sus dones refieren, y no los suyos.

3. No asÃ aquel ministro mÃ¡s sublime que todos, sino tambiÃ©n mÃ¡s humilde que todos, que se ofreciÃ³ a sÃ mismo como sacrificio de alabanza, que ofreciendo al Padre su propia alma, nos ministra hasta el dÃa de hoy su propia carne. Por la gracia de tan gran ministro, no es maravilla si dignamente, e incluso de buena gana, nos ministran los santos Ã¡ngeles. Pues ellos nos aman porque Cristo nos amÃ³. Se dice ciertamente en un proverbio vulgar: Â«Quien me ama, ama tambiÃ©n a mi perroÂ». Nosotros en verdad, oh bienaventurados Ã¡ngeles, somos los perrillos de aquel SeÃ±or a quien con tanto afecto amÃ¡is; perrillos, digo, que desean saciarse de las migajas que caen de la mesa de nuestros seÃ±ores, que sois vosotros. Y esto habrÃ© dicho, hermanos, para que tengÃ¡is de aquÃ en adelante una mayor confianza hacia los bienaventurados Ã¡ngeles, y por lo mismo invoquÃ©is con mÃ¡s familiaridad sus auxilios en toda necesidad vuestra; pero tambiÃ©n para que procurÃ©is conversar mÃ¡s dignamente en su presencia, y mÃ¡s y mÃ¡s conciliaros su gracia, captar su benevolencia, e implorar su clemencia. Por cuya razÃ³n juzgo necesario exponer tambiÃ©n a vuestra caridad otras causas, que por sÃ mismas hagan a los bienaventurados Ã¡ngeles solÃcitos por nuestra flaqueza; sin ansiedad propia, ciertamente, pero no sin utilidad nuestra; ni para detrimento de su felicidad, sino para aumento de nuestra salvaciÃ³n.

4. Consta sin duda que las almas humanas, partÃcipes de la razÃ³n y capaces de la bienaventuranza, son, si nos atrevemos a decirlo, parientes por naturaleza de la angÃ©lica: ni os conviene, oh bienaventurados espÃritus, contra el precepto de la ley desdenar vuestra propia semejanza, que debÃ©is visitar, aunque, como vosotros mismos veis, haya sido arrojada a mucha vileza. Pero tampoco pensamos que vosotros, ciudadanos celestiales, os deleitÃ©is con el exterminio de vuestra ciudad, y con la ruina de los muros, que vosotros mismos veis medio derruidos. Cuya restauraciÃ³n si deseÃ¡is, como es digno; frecuentemente, ruego, ante el trono de la gloria repetid la palabra de la oraciÃ³n, diciendo: Â«Haz bien, SeÃ±or, en tu buena voluntad a SiÃ³n; para que se edifiquen los muros de JerusalÃ©nÂ» (Sal 50, 20). Si amÃ¡is el decoro de la casa de Dios, mÃ¡s aÃºn, porque verdaderamente lo amÃ¡is; experimenten vuestro celo las piedras vivas y racionales, que solas pueden coedificarse con vosotros para su restauraciÃ³n.

Hic est, dilectissimi, funiculus triplex, quo de excelso coelorum habitaculo ad consolandos, ad visitandos, ad adjuvandos nos attrahitur supereminens charitas angelorum, propter Deum, propter nos, propter se ipsos. Propter Deum utique, cujus tanta erga nos misericordiae viscera ipsi quoque, ut dignum est, imitantur. Propter nos, in quibus nimirum propriam similitudinem miserantur. Propter se ipsos, quorum ordines instaurandos ex nobis toto desiderio praestolantur. In ore enim parvulorum qui lacte modo vescuntur, et nondum solido cibo, perficienda est laus illa majestatis divinae, cujus habentes primitias angelici spiritus, beata nimirum delectatione fruuntur: sed tanto avidius nos exspectant, quanto consummationis ejus exspectatione et expetitione sollicitantur.

5. Quae cum ita sint, pensate, quanta etiam nobis sollicitudine opus est, dilectissimi, ut dignos nos exhibeamus eorum frequentia, et eo modo conversemur in conspectu angelorum, ne forte sanctos offendamus obtutus. Vae enim nobis, si quando provocati 1021 peccatis et negligentiis nostris, indignos nos judicaverint praesentia et visitatione sua, ut jam necesse habeamus et nos plangere, et dicere cum Propheta: Amici mei et proximi mei adversum me appropinquaverunt, et steterunt; et qui juxta me erant, de longe steterunt, et vim faciebant qui quaerebant animam meam (Psal. XXXVII, 12, 13); elongatis nimirum eis, quorum praesentia protegere nos, et propulsare poterat inimicum. Quod si tam necessariam habemus familiaritatem dignationis angelicae, cavenda nobis eorum offensa, et in his maxime exercendum, quibus eos novimus oblectari. Sunt enim plurima quae eis placent, et quae in nobis invenire delectat: ut est sobrietas, castitas, paupertas voluntaria, crebri in coelum gemitus, et orationem cum lacrymis, et cordis intentione. Attamen super omnia haec unitatem et pacem a nobis exigunt angeli pacis. Quidni maxime delectentur in his, quae formam quamdam civitatis suae repraesentant in nobis, ut mirentur Jerusalem novam in terra? Dico autem, ut quomodo civitatis illius participatio est in idipsum (Psal. CXXI, 3), sic et nos idipsum sentiamus, idipsum dicamus omnes, et non sint in nobis schismata; sed magis omnes simul unum corpus simus in Christo, singuli autem alter alterius membra.

1. Audistis, fratres, evangelicam lectionem adversus eos, qui pusillos scandalizant, satis terribiliter intonantem. Nemini blanditur Veritas, neminem palpat, nullum seducit, aperte denuntians quoniam vae homini illi, per quem scandalum venit. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille (Matth. XXVI, 24). Natus sane denuo, natus ad vitam, natus de Spiritu, qui nimirum carne postmodum consummatur.

Este es, amadÃsimos, el triple cordel, por el cual desde el excelso habitÃ¡culo de los cielos la supereminente caridad de los Ã¡ngeles es atraÃda para consolarnos, visitarnos y ayudarnos, por Dios, por nosotros y por ellos mismos. Por Dios ciertamente, cuyas entraÃ±as de misericordia tan grandes hacia nosotros ellos tambiÃ©n, como es digno, imitan. Por nosotros, en quienes ciertamente se apiadan de su propia semejanza. Por ellos mismos, cuyas Ã³rdenes para ser restauradas esperan de nosotros con todo deseo. En la boca en efecto de los pÃ¡rvulos que solo con leche se alimentan, y no todavÃa con alimento sÃ³lido, ha de ser perfeccionada aquella alabanza de la divina majestad, cuyas primicias poseyendo los espÃritus angÃ©licos, disfrutan ciertamente con bienaventurada delectaciÃ³n: pero tanto mÃ¡s Ã¡vidamente nos esperan, cuanto por la expectaciÃ³n y peticiÃ³n de su consumaciÃ³n son solicitados.

5. Siendo asÃ las cosas, pensad cuÃ¡nta solicitud nos es necesaria tambiÃ©n a nosotros, amadÃsimos, para que nos mostremos dignos de su frecuencia, y de tal modo conversemos en presencia de los Ã¡ngeles, que tal vez no ofendamos sus santos ojos. Ay en efecto de nosotros, si alguna vez provocados por nuestros pecados y negligencias, nos juzgaran indignos de su presencia y visitaciÃ³n, de modo que ya tengamos necesidad de lamentarnos y decir con el Profeta: Â«Mis amigos y mis prÃ³jimos contra mÃ se acercaron y se pararon; y los que junto a mÃ estaban, de lejos se pararon, y hacÃan violencia los que buscaban mi almaÂ» (Sal 37, 12-13); alejados ciertamente aquellos cuya presencia podÃa protegernos y rechazar al enemigo. Pero si tan necesaria tenemos la familiaridad de la dignaciÃ³n angÃ©lica, debemos evitar su ofensa, y ejercitarnos mÃ¡xime en aquello por lo que sabemos que ellos se deleitan. Son en efecto muchÃsimas las cosas que les placen, y que deleita encontrar en nosotros: como es la sobriedad, la castidad, la pobreza voluntaria, los frecuentes gemidos hacia el cielo, y la oraciÃ³n con lÃ¡grimas e intenciÃ³n del corazÃ³n. Sin embargo, sobre todo esto la unidad y la paz nos exigen los Ã¡ngeles de la paz. Â¿Por quÃ© no se deleitarÃan mÃ¡xime en aquello que representa en nosotros una cierta forma de su propia ciudad, para que admiren la nueva JerusalÃ©n en la tierra? Digo empero, para que como la participaciÃ³n de aquella ciudad es en lo mismo (Sal 121, 3), asÃ tambiÃ©n nosotros lo mismo sintamos, lo mismo digamos todos, y no haya en nosotros cismas; sino mÃ¡s bien todos a una seamos un solo cuerpo en Cristo, y cada uno miembros los unos de los otros.

1. Habéis oído, hermanos, la lectura evangélica contra aquellos que escandalizan a los pequeñuelos, tronando bastante terriblemente. A nadie adula la Verdad, a nadie acaricia, a ninguno seduce, denunciando abiertamente que «¡ay de aquel hombre por quien el escándalo viene! Mejor le fuera si no hubiera nacido aquel hombre» (Mt 26, 24). Nacido ciertamente de nuevo, nacido a la vida, nacido del Espíritu, el cual ciertamente por la carne después es consumido.

Expedit ei, si quis est, qui scandala suscitat in hac domo, in hac sancta, Deo placita, et angelis ejus admodum grata ac familiari congregatione, ut suspendatur in collo ejus mola asinaria, et pro suavi jugo et levi onere Salvatoris, gravi mole terrenae cupiditatis humeris ejus imposita, demergatur in profundum maris hujus magni et spatiosi manibus, quod est sine dubio saeculum nequam. Minus enim damnabile erat ei in saeculo magis perire, quam in monasterio. Perire siquidem necesse est hominem, qui charitatem non habet, etiamsi tradiderit corpus suum ita ut ardeat. Et hoc dixerim, fratres, non quasi minus bene de vobis sentiam, aut regnare videatur in vobis nequissimum istud vitium; sed ut in ea charitate et unanimitate, et pace in qua statis in Domino, solliciti sitis perseverare, et abundare magis. Quae est enim spes nostra, et gaudium nostrum, et corona gloriae? Nonne unitas et unanimitas vestra, in qua gaudeo vos inveniri fraternitatis amatores, et ante omnia mutuam in vobismetipsis charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis? Propter quod obsecro vos, sic state in Domino, charissimi. In hoc enim cognoscunt omnes, etiam angeli sancti, quod Christi estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem.

2. Denique si tenetis memoria, quam vobis praecedenti sermone tradidimus triplicem angelicae erga nos charitatis et sollicitudinis causam, potest hinc quoque fraternae dilectionis utilitas magnifice commendari. Facile siquidem considerare est homini, qui non diligit proximum, nullam ex his, quas tunc diximus, suppetere causam. Nunquid enim Christi gratia diligemur ab angelis, si de mutuae dilectionis inopia cognoverint, nequaquam ejus nos esse discipulos? Nunquid diligemur ab eis propter nos ipsos, id est spiritualis naturae similitudinem, si invenimur non diligere humanae naturae nostrae consortes: imo vero si ex eis quae inter nos sunt contentionibus, carnales nos magis, quam spirituales esse constiterit? Denique nunquid diligent nos propter se ipsos, et futuram de nobis civitatis suae restaurationem, si, quod absit! unum illud, quo solo uniri et coaedificari eis possumus, defuerit glutinum charitatis? Quomodo sperabunt reaedificandos de nobis perpetuos civitatis illius muros, si cognoverint, si viderint nos, non lapides esse vivos, qui possint invicem cohaerere; sed magis pulverem, quem projiciat ventus a facie terrae, quem unius verbi flatus in turbinem excitet, et suspicionis cujuslibet levissima aura dispergat? Et haec quidem dixisse sufficiat pro eo quod ait Dominus: Si quis scandalizaverit unum de pusillis istis. Credo enim quod majori sollicitudine deinceps ab hac tam nequissima peste cavebitis.

Sed pax ista potius est felicitatis: abscissio vero scandalorum, et dentationum victorya, fortitudinis: illa, inquam, gloriae, haec virtutis.

Le conviene a él, si es que hay alguno que suscita escándalos en esta casa, en esta santa congregación, grata a Dios y sobremanera agradable y familiar a sus ángeles, que se le cuelgue al cuello una piedra de molino, y en vez del suave yugo y ligera carga del Salvador, impuesta a sus hombros la pesada mole de la terrenal concupiscencia, sea sumergido en lo profundo de este mar grande y espacioso, que es sin duda el mundo malvado. Pues menos condenable le era perecer más en el mundo que en el monasterio. Pues es necesario que perezca el hombre que no tiene caridad, aunque entregue su cuerpo de modo que arda. Y esto he dicho, hermanos, no como si sintiera menos bien de vosotros, o pareciera que reina en vosotros este malvadísimo vicio; sino para que en aquella caridad y unanimidad, y paz en la que estáis en el Señor, seáis solícitos en perseverar y abundar más. Pues ¿cuál es nuestra esperanza, y nuestro gozo, y nuestra corona de gloria? ¿No es vuestra unidad y unanimidad, en la que me gozo de que seáis hallados amantes de la fraternidad, y ante todo teniendo mutua caridad en vosotros mismos, que es el vínculo de la perfección? Por lo cual os ruego, permaneced así en el Señor, carísimos. Pues en esto conocen todos, también los ángeles santos, que sois discípulos de Cristo, si tuviereis dilección los unos por los otros.

2. Finalmente, si retenéis en la memoria la triple causa de la angélica caridad y solicitud hacia nosotros que en el sermón precedente os entregamos, puede de aquí también la utilidad de la dilección fraterna magníficamente ser encomendada. Pues fácil es de considerar para el hombre que no ama al prójimo, que ninguna de estas causas que entonces dijimos le asiste. ¿seremos amados por los ángeles por la gracia de Cristo, si por la falta de mutua dilección conocieran que de ningún modo somos sus discípulos? ¿Seremos amados por ellos por nosotros mismos, esto es, por la semejanza de la naturaleza espiritual, si somos hallados no amando a los consortes de nuestra naturaleza humana: más aún, si por aquellas contiendas que hay entre nosotros constara que somos más carnales que espirituales? Finalmente, ¿nos amarán por ellos mismos, y por la futura restauración de su ciudad a partir de nosotros, si —¡lo que no suceda!— faltara aquel único pegamento de la caridad, por el cual solo podemos ser unidos y coedificados con ellos? ¿Cómo esperarán que han de ser reedificados de nosotros los perpetuos muros de aquella ciudad, si conocieran, si vieran que no somos piedras vivas que puedan entre sí coherirse; sino más bien polvo que el viento proyecta de la faz de la tierra, al cual el soplo de una sola palabra excita en torbellino, y la más leve aura de cualquier sospecha dispersa? Y baste haber dicho esto por aquello que dice el Señor: «Si alguien escandalizara a uno de estos pequeñuelos». Pues creo que de ahora en adelante con mayor solicitud os guardaréis de esta tan malvadísima peste.

Pero aquella paz es más bien de la felicidad: mas la cercenación de los escándalos, y la victoria de las tentaciones, de la fortaleza: aquella, digo, de la gloria, esta de la virtud.

3. Jam vero quem non moveat quod sequitur in Evangelio: Si oculus tuus scandalizat te, erue eum? Nunquid enim corporalem hunc oculum monemur eruere, aut unam ex manibus istis, similiter et unum abscindere pedem? Absit a nobis hujusmodi carnalis omnino, et nimis ridiculosa cogitatio! Imo vero postquam ab exterioribus scandalis deterruit nos sermo divinus aspere satis, sicut audistis, consilium dat quid de eo nobis agendum sit scandalo, quod interius patimur, contrariam invenientes legem in membris nostris. Ipse enim novit figmentum nostrum, quod ejusmodi scandalum non tam facile a nobis valeat evitari. Porro tripliciter fieri scandalum istud, quotidiano nobis nosse licet experimento. Interdum enim est in nobis spiritualis intentionis oculus simplex, et qui gratiae magis quam noster dicendus sit: sed scandalizat nos oculus noster, et qui vere a nobis est, dum voluntas nostra aliam minus castam importune ingerit intentionem. Sed habemus jam super hoc salubre consilium Salvatoris: Erue eum, inquit, et projice abs te. Hoc autem fiet, si non consentias, si abjicias si resistas. Simili modo de manu ac pede est intelligendum. Cum enim bonis operibus intentos, ad alia opera trahere voluntas propria conatur, manus nostra est quae scandalizat nos; sed abscindi debet et projici a nobis, ut non ei consentiamus.

4. Sic etiam proficere in sancta conversatione, et ascendere per gradus scalae quae Jacob apparuit, ac juxta quod ait Psalmista, de virtute in virtutem ire (Psal. LXXXIII, 8) desiderantes, saepius scandalum patimur a pede quodam pusillanimitatis et negligentiae nostrae, qui nimirum descendere magis ac remissius ire conatur; sed abscindi eum necesse est, ut pes gratiae, qui stat in directo, currere possit sine offensione, sine scandalo, sine impedimento. Quod autem dicit: Bonum nobis esse ad vitam intrare cum uno oculo, aut manu, aut pede, quam duos habentes ire in gehennam ignis: eos notat qui voluntatem suam, sive bona, sive mala sit, aeque sequuntur, et ingrediuntur duabus viis, nunc bona, nunc mala sectantes, secundum quod variantur desideria sua. Quibus merito utilius fuerat gratiae in omnibus inhaerere, et ubi obviat propria voluntas, abscindere et a se ipsis abjicere eam. Est autem cum multo tempore in abscissione propriae voluntatis nostrae exercitati aliquatenus eam domamus, ut discat jam non superbire, sed magis sine omni scandalo vel contradictione Deo subjecta sit anima nostra; nec jam abjicere necesse sit oculum nostrum, nempe qui simplici adhaerens oculo factus est et ipse simplex, aut certe jam non alter est oculus, sed unus cum eo, Apostolo teste: quoniam qui adhaeret Domino, unus spiritus est cum eo (I Cor. VI. 17). Quod autem de oculo dictum est, de manu quoque et pede eodem modo est intelligendum.

3. Ya en verdad, ¿a quién no movería lo que sigue en el Evangelio: «Si tu ojo te escandaliza, arráncalo»? ¿Acaso se nos amonesta a arrancar este ojo corporal, o a una de estas manos, de igual modo también a cercenar un pie? ¡Lejos de nosotros tal pensamiento totalmente carnal y demasiado ridículo! Más aún, después de que de los escándalos exteriores nos disuadió el sermón divino con bastante aspereza, como habéis oído, da consejo de qué debemos hacer nosotros con aquel escándalo que interiormente padecemos, encontrando una ley contraria en nuestros miembros. Pues él conoce nuestra formación, que un escándalo de tal clase no tan fácilmente pueda ser evitado por nosotros. Por lo demás, que se produce de triple modo este escándalo, por la diaria experiencia nos es lícito conocer. Pues a veces hay en nosotros el ojo simple de la intención espiritual, y el cual debe decirse más de la gracia que nuestro: pero nos escandaliza nuestro ojo, y el que verdaderamente es de nosotros, mientras nuestra voluntad importunamente introduce otra intención menos casta. Pero tenemos ya sobre esto el salubre consejo del Salvador: «Arráncalo», dice, «y arrójalo de ti». Y esto se hará, si no consientes, si rechazas, si resistes. De modo semejante ha de entenderse de la mano y del pie. Pues cuando intentamos las buenas obras, la voluntad propia intenta atraernos a otras obras, es nuestra mano la que nos escandaliza; pero debe ser cercenada y arrojada de nosotros, para que no consintamos a ella.

4. Así también deseando progresar en la santa conversación, y ascender por los peldaños de la escala que se apareció a Jacob, y según lo que dice el Salmista, «ir de virtud en virtud» (Sal 83, 8), muy a menudo padecemos escándalo por un cierto pie de nuestra pusilanimidad y negligencia, el cual ciertamente intenta descender más y caminar más remisamente; pero es necesario que sea cercenado, para que el pie de la gracia, que está en camino recto, pueda correr sin ofensa, sin escándalo, sin impedimento. En cuanto a lo que dice: que «mejor nos es entrar a la vida con un solo ojo, o mano, o pie, que teniendo dos ir a la gehenna del fuego»: nota a aquellos que su propia voluntad, sea buena o sea mala, igualmente siguen, e ingresan por dos caminos, ahora siguiendo lo bueno, ahora lo malo, según se varían sus deseos. Para los cuales merecidamente fuera más útil adherirse a la gracia en todo, y donde se opone la propia voluntad, cercenarla y arrojarla de sí mismos. Pero es cuando por mucho tiempo ejercitados en la cercenación de nuestra propia voluntad en algún modo la domamos, para que aprenda ya a no enorgullecerse, sino más bien sin ningún escándalo o contradicción esté sujeta a Dios nuestra alma; ni ya sea necesario arrojar nuestro ojo, a saber, el que adhiriéndose al ojo simple se ha hecho también él mismo simple, o ciertamente ya no es otro ojo, sino uno con él, testificando el Apóstol: porque «el que se adhiere al Señor, es un solo espíritu con él» (1 Cor 6, 17). Pero lo que se ha dicho del ojo, de la mano también y del pie del mismo modo ha de entenderse.

Cujus enim voluntas ex affectione et cum desiderio gratiae cohaeret, ut nec concupiscat mala agere, nec bona minora, nec minus bene, quam gratia suggerit; hic plane perfectus est vir.

IN FESTO OMNIUM SANCTORUM.

SERMO I. De lectione evangelica, «Videns Jesus turbas,» etc. (Matth. V, 1-12.)

1. Festivitatem hodiernam Sanctorum omnium cum omni devotione dignum est celebrari. Nimirum si magna videtur, et est, beati Petri solemnitas, seu beati Stephani, aut cujuslibet caeterorum; quanta ista est, quae non unius tantum est, sed universorum? Verum non ignoratis, fratres, saecularibus id moris esse, ut diebus festis festiva sibi convivia parent: et quanto fuerit solemnitas clarior, tanto splendidius epulentur. Quid ergo? nonne et his qui convertuntur ad cor, cordis deliciae sunt quaerendae, et spiritualibus spiritualia comparanda? Propterea jam paratum est convivium nostrum, fratres, jam cocta sunt omnia, et epulandi tempus advenit. Dignum est enim ut prius anima satietur, quod haec portio sine dubitatione, et sine comparatione sit potior: praesertim cum Sanctorum solemnitates manifestum sit ad animas magis, quam ad corpora pertinere; et quae animarum sunt, animae plus acceptent, quippe naturali quadam eis cognatione conjunctae. Quibus propterea quoque sancti isti compatiuntur amplius, propterea magis desiderant animarum bona, et plus earum refectionibus delectantur, quoniam et ipsi similes nobis fuere passibiles; et ipsi peregrinationis hujus et exsilii miserabilis deploravere molestias; et ipsi grave hujus corporis onus, et tumultus saeculi, et tentationes experti sunt inimici. Nihil itaque dubium, quin gratior eis sit et multo acceptabilior illa festivitas, qua intenditur epulis animarum, quam sit ea, quae celebratur a saecularibus, curam carnis perficientibus in desideriis voluptatum.

2. Verumtamen unde nobis animarum panis in terra deserta, in loco horroris, et vastae solitudinis? Unde nobis sub sole spiritualis cibus, ubi nihil est nisi labor et dolor, et afflictio spiritus? Sed scio quis dixerit: Petite et accipietis: et illud: Si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris; quanto magis Pater vester de coelo dabit spiritum bonum petentibus se? (Matth. VII, 7, 11; Luc. XI, 9, 13.) Nec ignoro, quam obnixe tota hac nocte et die petieritis mendicantes dari vobis panem de coelo vivum; non eum qui corpus roborat, sed qui confirmat cor hominis.

Pues cuya voluntad por afecto y con deseo de la gracia es coherente, de modo que ni concupisca hacer cosas malas, ni cosas buenas menores, ni menos bien de lo que la gracia sugiere; este es claramente un hombre perfecto.

EN LA FESTIVIDAD DE TODOS LOS SANTOS.

SERMÓN I. Sobre la lectura evangélica, «Viendo Jesús a las muchedumbres», etc. (Mt 5, 1-12).

1. La festividad de hoy de todos los Santos es digno que se celebre con toda devoción. Ciertamente si grande parece, y lo es, la solemnidad del bienaventurado Pedro, o del bienaventurado Esteban, o de cualquiera de los demás; ¿cuán grande es esta, que no es de uno solo, sino de todos? Pero no ignoráis, hermanos, que es costumbre de los seculares que en los días festivos se preparen banquetes festivos: y cuanto más clara fuera la solemnidad, tanto más espléndidamente banqueteen. ¿Qué pues? ¿Acaso también para los que se convierten al corazón no se deben buscar las delicias del corazón, y comparar lo espiritual con lo espiritual? Por esto ya está preparado nuestro banquete, hermanos, ya está todo cocinado, y el tiempo de banquetear ha llegado. Pues es digno que primero se sacie el alma, porque esta porción es sin duda, y sin comparación, preferible: especialmente cuando es manifiesto que las solemnidades de los Santos pertenecen más a las almas que a los cuerpos; y lo que es de las almas, las almas lo aceptan más, por estar unidas a ellas por un cierto parentesco natural. Por lo cual también estos santos se compadecen más de ellas, por eso más desean los bienes de las almas, y más se deleitan con sus refrigerios, puesto que ellos mismos también fueron pasibles como nosotros; y ellos mismos deploraron las molestias de esta peregrinación y exilio miserable; y ellos mismos experimentaron la pesada carga de este cuerpo, y los tumultos del mundo, y las tentaciones del enemigo. Nada por tanto hay de duda, sino que les es más grata y mucho más aceptable aquella festividad en la que se atiende a los banquetes de las almas, que la que es celebrada por los seculares, cumpliendo el cuidado de la carne en los deseos de los placeres.

2. Sin embargo, ¿de dónde para nosotros el pan de las almas en tierra desierta, en lugar de horror y de vasta soledad? ¿De dónde para nosotros bajo el sol el alimento espiritual, donde nada hay sino trabajo y dolor, y aflicción del espíritu? Pero sé quién dijo: «Pedid y recibiréis»: y aquello: «Si vosotros, siendo malos, sabéis dar buenos dones a vuestros hijos; ¿cuánto más vuestro Padre del cielo dará el buen espíritu a los que se lo piden?» (Mt 7, 7. 11; Lc 11, 9. 13). Ni ignoro cuán obcecadamente durante toda esta noche y día habéis pedido mendigando que se os diera el pan vivo del cielo; no aquel que robustece el cuerpo, sino el que confirma el corazón del hombre.

Nam convivas quidem non ausim dicere, sed mendici sumus, in praebenda Dei viventes. Mendici, inquam, jacentes ante januam regis praedivitis, ulceribus pleni, et cupientes saturari, imo et sustentari de micis, quae cadunt de mensa dominorum nostrorum, quorum celebramus hodie solemnitatem. Nempe deliciis affluunt, et mensuram accipiunt bonam, et confertam, et supereffluentem. Confidimus autem quoniam erit qui det nobis: chaos enim magnum et distantia est multa nimis inter liberalitatem et benignitatem Dei, et avari divitis crudelitatem. Propterea dedit hodie Pater noster panem: Patrem enim misericordiarum, patrem esse necesse est etiam miserorum; dedit, inquam, nobis panem de coelo, et cibaria in abundantia: quorum utinam ego fidelis coquus, utinam anima mea coquina utilis videatur!

3. Siquidem ad praeparanda fercula vestra, tota hac nocte concaluit cor meum intra me, et in meditatione mea exarsit ignis: ille sine dubio, quem Dominus Jesus misit in terram, et voluit vehementer accendi (Luc. XII, 49). Nam spiritualem cibum, et coquinam, et ignem habere necesse est spiritualem. Superest jam ut distribuam quae paravi: vos autem considerate potius dantem Dominum, quam ministrum distribuentem. Ego enim, quantum in me est, nihil aliud sum quam conservus vester, qui vobiscum pariter, et mihi, et vobis, sicut ipse Dominus novit, mendico panem de coelo, et alimoniam vitae. Propterea non ego do vobis, sed Pater vester ipse est, qui dat vobis panem de coelo vivum: ipse vos pascit, et operibus, et sermonibus, etiam et carne Filii sui, quae est vere cibus. Nam et de operibus lego: Meus cibus est, ut faciam voluntatem Patris mei (Joan. IV, 34); et de verbis, quoniam non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei (Deut. VIII, 3); Ergo nunc quidem cibari habemus factis ejus et verbis; post haec etiam illibatum Dominici corporis sacramentum in altaris mensa sacrosancta, ipso propitio, percepturi.

4. Legimus in Evangelio hodie, quoniam videns turbas Jesus, ascendit in montem. Praedicantem enim Dominum de civitatibus et castellis populi sequebantur: quorum salvabat animas, sanabat corpora; et adhaerebant ei, affatu pariter et aspectu illius delectati: cujus nimirum vox suavis, et facies ejus decora, sicut scriptum est: Speciosus forma prae filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis (Psal. XLIV, 3). Talis est quem nos sequimur, cui adhaeremus; totus desiderabilis, in quem non solum populi, sed et ipsi quoque angeli sancti desiderant prospicere. Quid vobis suavius apponemus?

Pues comensales ciertamente no me atrevería a deciros, sino que somos mendigos, viviendo de la ración de Dios. Mendigos, digo, yaciendo ante la puerta del rey riquísimo, llenos de úlceras, y deseando saciarnos, más aún, sustentarnos de las migajas que caen de la mesa de nuestros señores, cuya solemnidad celebramos hoy. Ciertamente abundan en delicias, y reciben una medida buena, y apretada, y remecida, y sobreabundante. Confiamos empero en que habrá quien nos dé: pues hay un caos grande y mucha distancia entre la liberalidad y benignidad de Dios, y la crueldad del avaro rico. Por esto dio hoy nuestro Padre el pan: pues al Padre de las misericordias, es necesario que sea padre también de los míseros; dio, digo, para nosotros pan del cielo, y víveres en abundancia: ¡de los cuales ojalá yo fuera fiel cocinero, ojalá mi alma pareciera cocina útil!

3. En efecto para preparar vuestros manjares, durante toda esta noche se enardeció mi corazón dentro de mí, y en mi meditación se encendió el fuego: aquel sin duda que el Señor Jesús envió a la tierra, y quiso que vehementemente se encendiera (Lc 12, 49). Pues el alimento espiritual, y la cocina, y el fuego es necesario tenerlos espirituales. Resta ya que distribuya lo que preparé: vosotros empero considerad más bien al Señor que da, que al ministro que distribuye. Pues yo, en cuanto está en mí, nada otro soy que vuestro consiervo, que paritariamente con vosotros, tanto para mí como para vosotros, como el mismo Señor sabe, mendigo el pan del cielo, y el alimento de la vida. Por esto no yo os doy, sino vuestro Padre mismo es el que os da el pan vivo del cielo: él mismo os apacienta, tanto con obras como con palabras, e incluso con la carne de su Hijo, que es verdaderamente comida. Pues también de las obras leo: «Mi comida es que haga la voluntad de mi Padre» (Jn 4, 34); y de las palabras, porque «no solo de pan vive el hombre, sino de toda palabra que procede de la boca de Dios» (Dt 8, 3). Por tanto ahora ciertamente hemos de ser alimentados por sus hechos y palabras; después de esto también el inmaculado sacramento del cuerpo del Señor en la mesa sacrosanta del altar, siéndonos él propicio, lo hemos de percibir.

4. Leemos hoy en el Evangelio que «viendo Jesús a las muchedumbres, subió al monte». Pues al Señor que predicaba por las ciudades y aldeas los pueblos le seguían: de los cuales salvaba las almas, sanaba los cuerpos; y se adherían a él, deleitados paritariamente por su habla y por su aspecto: cuya voz ciertamente era suave, y su faz decorosa, como está escrito: «Hermoso en su forma sobre los hijos de los hombres, se ha difundido la gracia en tus labios» (Sal 44, 3). Tal es el que nosotros seguimos, al cual nos adherimos; todo él deseable, al cual no solo los pueblos, sino también los mismos ángeles santos desean contemplar. ¿Qué cosa más suave os pondremos?

Nimirum hae sunt deliciae angelorum. Gustate proinde, et videte, quoniam suavis est Dominus. Et huic suavitati, huic sapori, huic sapientiae, quae vere trahitur de occultis, omne quod desideratur, non valet comparari. Quid enim? Miraris in sole splendorem, in flore pulchritudinem, in pane saporem, in terra fecunditatem? Sed a Deo haec universa donata sunt: nec dubium, quin multo amplius reservaverit sibi quam dederit creaturis.

5. Jam ne hoc quidem otiosum putemus, quod ascendit in montem, nimirum quod tanto ante praedictum est tanquam a longe clamante propheta: Super montem excelsum ascende tu qui evangelizas Sion; exalta in fortitudine vocem tuam qui evangelizas Jerusalem (Isai, XL. 9). In qua ascensione, si vos melius non habetis, ego illud intelligendum puto, quod initio Actuum apostolorum beatus Lucas meminit, dicens: Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quae coepit Jesus facere, et docere (Act. I, 1). Utique non juxta Pharisaeorum morem, qui alligabant onera gravia et importabilia, et imponebant ea in humeros hominum, digito autem suo nolebant ea movere (Matth. XXIII, 4). An non bonus animae panis est iste, et plurimum confirmans cor hominis? Fiducialiter sequor te, Domine, quocunque ieris, et secure incedo viam mandatorum tuorum sciens quod per eam praecesseris ipse. Secure, inquam, viam mandatorum tuorum curro, quandoquidem novi quod a summo coelo egressio tua ad currendum hanc viam, et occursus tuus usque ad summum ejus fuerit per hanc viam. Non possum modo, fratres, in hunc modum singula masticare: vos estote animalia munda et ruminantia, ut fiat sicut scriptum est: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis (Prov. XXI, 20). Cogit enim succingere forsitan et praescindere verbum tam brevitas horae, quam materiae magnitudo.

6. Videns turbas Jesus, ascendit in montem. Videns miserationis intuitu, quoniam erant sicut oves errantes, non habentes pastorem. Quid est quod priusquam docere inciperet, ascendit in montem, nisi quod in hoc ipso docuit necesse habere praedicatores verbi Dei desideriis animi et conversatione sancta ad sublimia tendere, et virtutum conscendere montem? Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Cum sedisset, inquit. Alioquin quis ad excelsum illum gigantem posset accedere? Benignissime prorsus inclinavit se, et exinanivit usque ad sessionem, ita ut dicat Patri: Tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam (Psal. CXXXVIII, 2). Sedit enim, ut ad eum, quem ne ipsi quidem angeli stantem attingere poterant, etiam publicani et peccatores accedant, accedat Maria Magdalene, accedat et Latro de cruce. Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Accesserunt non tam incessu pedum, quam affectu cordis, et imitatione virtutum.

Ciertamente estas son las delicias de los ángeles. Gustad por tanto, y ved que suave es el Señor. Y a esta suavidad, a este sabor, a esta sabiduría, que verdaderamente se extrae de lo oculto, todo lo que se desea no puede compararse. Pues ¿qué? ¿Te admiras en el sol del esplendor, en la flor de la hermosura, en el pan del sabor, en la tierra de la fecundidad? Pero por Dios todo esto ha sido donado: ni hay duda de que mucho más se reservó para sí que lo que dio a las criaturas.

5. Ya ni siquiera esto consideremos ocioso, que subió al monte, ciertamente lo que tanto antes fue predicho como por un profeta que clama de lejos: «Sobre un monte excelso sube tú que evangelizas a Sión; exalta con fortaleza tu voz tú que evangelizas a Jerusalén» (Is 40, 9). En cuya ascensión, si vosotros no tenéis nada mejor, yo pienso que ha de entenderse aquello que al principio de los Hechos de los apóstoles el bienaventurado Lucas menciona, diciendo: «El primer sermón ciertamente hice de todo, oh Teófilo, lo que Jesús comenzó a hacer y a enseñar» (Hch 1, 1). Ciertamente no según la costumbre de los fariseos, que ligaban cargas pesadas e insoportables, y las imponían en los hombros de los hombres, pero con su dedo no querían moverlas (Mt 23, 4). ¿Acaso no es este buen pan del alma, y que confirma muchísimo el corazón del hombre? Fidencialmente te sigo, Señor, a dondequiera que vayas, y seguro recorro el camino de tus mandamientos sabiendo que por él precediste tú mismo. Seguro, digo, corro el camino de tus mandamientos, puesto que sé que del sumo cielo fue tu salida para correr este camino, y tu encuentro fue hasta el sumo de él por este camino. No puedo ahora, hermanos, de este modo masticar cada cosa: vosotros sed animales limpios y rumiantes, para que se haga como está escrito: «El tesoro deseable descansa en la boca del sabio» (Prov 21, 20). Pues obliga tal vez a ceñir y a cortar la palabra tanto la brevedad de la hora como la magnitud de la materia.

6. «Viendo Jesús a las muchedumbres, subió al monte». Viendo con mirada de compasión, porque eran como ovejas errantes, no teniendo pastor. ¿Qué es que antes de que empezara a enseñar, subió al monte, sino que en esto mismo enseñó que los predicadores de la palabra de Dios tienen necesidad de tender a lo sublime por los deseos del alma y por la santa conversación, y ascender al monte de las virtudes? «Y cuando se hubo sentado, se acercaron a él sus discípulos». «Cuando se hubo sentado», dice. De otro modo, ¿quién podría acercarse a aquel excelso gigante? Benignísimamente del todo se inclinó, y se anonadó hasta la sesión, de modo que dice al Padre: «Tú conociste mi sesión y mi resurrección» (Sal 138, 2). Pues se sentó para que a él, a quien ni los mismos ángeles estando de pie podían tocar, incluso los publicanos y pecadores se acercaran, se acercara María Magdalena, se acercara también el Ladrón desde la cruz. «Y cuando se hubo sentado, se acercaron a él sus discípulos». Se acercaron no tanto por el paso de los pies como por el afecto del corazón y la imitación de las virtudes.

Bene autem non turbae, non quilibet de populo, sed discipuli accessisse dicuntur: quatenus sicut Testamentum Vetus datum legitur in monte Sina, solo Moyse ascendente, et populo exspectante deorsum (Exod. XXIV, 12-18); sic et modo susciperent montes pacem populo, et colles justitiam; et velut in tenebris quibusdam, et in occulto diceretur apostolis quod postea dicerent in lumine, et audirent in aure quod praedicarent postmodum super tecta. Unde et sequitur:

7. Et aperiens os suum, docebat eos. Aperuit nunc os suum, qui prophetarum prius aperuerat ora. Hinc est quod legitur in psalmo, Propheta dicente: Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem dem tuam (Psal. L, 17). Nunc autem qui multifarie, multisque modis olim locutus fuerat in prophetis, demum suo ipsius ore locutus est, tanquam si diceret: Et qui loquebar, ecce adsum (Isa. LII, 6). Beati qui audierunt loquentem in carne Sapientiam: beati qui Verbi Dei verba, quae ab ipsius ore processerunt, audierunt. Verumtamen quod audierunt illi, adhuc reservatur nobis; quia et nos audire possumus, quamvis non ab ipso. Aperiens os suum docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu. Vere apertum est os ejus, in quo omnes thesauri sapientiae et scientiae sunt reconditi. Et vere ejus haec doctrina, qui in Apocalypsi loquitur: Ecce nova facio omnia (Apoc. XXI, 5): qui per Prophetam ante praedixerat: Aperiam os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi (Psal. LXXVII, 2; Matth. XIII, 35). Quid enim tam absconditum, quam paupertatem esse beatam? Attamen Veritas loquitur, quae nec falli, nec fallere potest; et ipsa est quae dicit quoniam beati pauperes spiritu. Sic vos, insensati filii Adam, divitias quaeritis, divitias desideratis usque adhuc: cum jam beatitudo pauperum divinitus commendata, praedicata mundo, credita sit ab hominibus? Quaerat eas paganus, qui sine Deo vivit; quaerat Judaeus, qui terrenas promissiones accepit: sed qua fronte, magis autem qua mente Christianus divitias quaerit, postquam Christus beatos esse pauperes praedicavit? Quousque, filii alieni, quousque vanitatem loquetur os vestrum, ut beatum dicatis populum cui haec sunt, haec visibilia, haec praesentia; cum Filius Dei os suum aperiens locutus sit veritatem, beatos esse pauperes, et vae divitibus?

8. Sed diligenter attende, quod non simpliciter pauperes nominat, propter plebeios pauperes necessitate miserabili, non laudabili voluntate. Spero equidem profuturam eis apud divinae bonitatis misericordiam hanc ipsam afflictionis suae miseriam: scio tamen Dominum hoc in loco non de hujusmodi fuisio locutum, sed de his qui possunt dicere cum Propheta: Voluntarie sacrificabo tibi (Psal. LIII, 8).

Bien empero se dice que no las muchedumbres, no cualquiera del pueblo, sino los discípulos se acercaron: a fin de que así como se lee que el Testamento Viejo fue dado en el monte Sinaí, subiendo solo Moisés y esperando el pueblo abajo (Éx 24, 12-18); así también ahora recibieran los montes la paz para el pueblo, y los collados la justicia; y como en ciertas tinieblas y en lo oculto se dijera a los apóstoles lo que después dirían en la luz, y oyeran al oído lo que predicarían después sobre los tejados. De donde también sigue:

7. «Y abriendo su boca, los enseñaba». Abrió ahora su boca el que antes había abierto la boca de los profetas. De aquí es que se lee en el salmo, diciendo el Profeta: «Señor, mis labios abrirás, y mi boca anunciará tu alabanza» (Sal 50, 17). Ahora empero el que multifariamente y de muchos modos en otro tiempo había hablado en los profetas, finalmente por su misma boca habló, como si dijera: «Y yo que hablaba, he aquí que estoy presente» (Is 52, 6). Bienaventurados los que oyeron a la Sabiduría hablando en la carne: bienaventurados los que las palabras del Verbo de Dios, que de su propia boca procedieron, oyeron. Sin embargo, lo que oyeron ellos, todavía se reserva para nosotros; porque también nosotros podemos oír, aunque no de él mismo. «Abriendo su boca los enseñaba, diciendo: Bienaventurados los pobres de espíritu». Verdaderamente abierta está su boca, en la cual todos los tesoros de la sabiduría y de la ciencia están recónditos. Y verdaderamente es doctrina de este que en el Apocalipsis dice: «He aquí que hago nuevas todas las cosas» (Apoc 21, 5): quien por el Profeta antes había predicho: «Abriré mi boca, eructaré lo escondido desde la constitución del mundo» (Sal 77, 2; Mt 13, 35). Pues ¿qué hay tan escondido como que la pobreza sea bienaventurada? Sin embargo la Verdad habla, la cual ni puede engañarse ni engañar; y ella misma es la que dice que «bienaventurados los pobres de espíritu». ¿Así vosotros, insensatos hijos de Adán, buscáis riquezas, deseáis riquezas hasta ahora: cuando ya la bienaventuranza de los pobres ha sido divinamente encomendada, predicada al mundo, creída por los hombres? Búsquelas el pagano, que vive sin Dios; búsquelas el judío, que recibió promesas terrenales: pero ¿con qué cara, más aún, con qué mente el cristiano busca riquezas, después de que Cristo predicó que los pobres son bienaventurados? ¿Hasta cuándo, hijos extraños, hasta cuándo hablará vanidad vuestra boca, para que digáis bienaventurado al pueblo que tiene estas cosas, estas visibles, estas presentes; cuando el Hijo de Dios abriendo su boca ha hablado la verdad, que los pobres son bienaventurados, y ¡ay de los ricos!?

8. Pero atiende diligentemente que no nombra simplemente a los pobres, por los pobres plebeyos por miserable necesidad, no por laudable voluntad. Espero ciertamente que les ha de aprovechar ante la misericordia de la divina bondad esta misma miseria de su aflicción: sé empero que el Señor en este lugar no de tales habló, sino de aquellos que pueden decir con el Profeta: «Voluntariamente te sacrificaré» (Sal 53, 8).

Attamen nec voluntaria quidem paupertas omnis laudem habet apud Deum: nam et philosophi omnia sua reliquisse leguntur, ut expediti mundialibus curis, studio vanitatis possent vacare liberius; et nolebant censu abundare terreno, ut abundarent magis in sensu suo. Hos discernit quod dictum est, spiritu, id est, spirituali voluntate. Beati ergo pauperes spiritu, spirituali scilicet intentione, desiderio spirituali, propter solum beneplacitum Dei, et animarum salutem, quoniam ipsorum est regnum coelorum. Sed quis est qui sic loquitur, qui sic beatificat pauperes, et sic ditat? Putas, poterit verum esse? Erit sine dubio, siquidem verax et potens est qui promittit. Si murmurat inimicus, respondebitur ei: An non licet mihi facere quod volo? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? (Matth. XX, 15.) Si tu jure humiliatus es pro eo quod adversum me exaltare te voluisti; nonne qui se humiliant propter me, merito sunt exaltandi? Et vere, fratres, si miserrimus ille e coelo dejectus est, quoniam affectavit celsitudinem, altitudinem concupivit, sublimitatem praesumpsit: nonne consequens est beatos esse, qui sponte in paupertatis humilitatem sese deponunt, et juxta Domini promissionem, ipsorum est regnum coelorum, quod perdidit iste? Et attende quam sapienter ordinaverit Sapientia, contra peccatum primum, remedium primum opponens. Ac si apertius dicat: Vis obtinere coelum quod perdidit superbiens angelus, qui confisus est in virtute sua, et in multitudine divitiarum suarum? Paupertatis vilitatem amplectere, et tuum erit. Sequitur:

9. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Bene, optime. Sic enim oportebat, commendata paupertate, etiam mansuetudinem praedicari; quoniam relinquentibus omnia, prima solet esse tentatio de molestiis corporis, et afflictione carnis insolita. Quid vero paupertas proderit, si, quod absit! pauper in murmurationem deveniat, factus exasperans, et impatiens disciplinae? Optime quoque post regni promissionem minus aliud regnum velut in arrham datur, ut secundum Scripturam, promissionem habeamus vitae ejus quae nunc est, pariter et futurae (I Tim. IV, 8); et de exhibitione praesentium firma sit exspectatio futurorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Hanc ego terram corpus nostrum intelligo: quod si possidere vult anima, si regnare desiderat super membra sua, necesse est ut sit ipsa mitis, et superiori suo subjecta; quoniam tale inveniet inferius suum, qualem se exhibuerit superiori. Armatur enim creatura ad ulciscendam sui injuriam Creatoris.

Sin embargo, ni siquiera toda pobreza voluntaria tiene alabanza ante Dios: pues también se lee que los filósofos dejaron todas sus cosas, para que expedidos de los cuidados mundanos, pudieran vacar más libremente al estudio de la vanidad; y no querían abundar en censo terrenal para abundar más en su propio sentido. A estos los distingue lo que se dijo, «de espíritu», esto es, por voluntad espiritual. Bienaventurados por tanto los «pobres de espíritu», a saber, por intención espiritual, por deseo espiritual, por el solo beneplácito de Dios y la salvación de las almas, «porque de ellos es el reino de los cielos». ¿Quién es el que así habla, el que así beatifica a los pobres, y así los enriquece? ¿Piensas que podrá ser verdad? Lo será sin duda, puesto que veraz y potente es el que promete. Si murmura el enemigo, se le responderá: «¿Acaso no me es lícito hacer lo que quiero? ¿o tu ojo es malo porque yo soy bueno?» (Mt 20, 15). Si tú justamente has sido humillado por aquello que contra mí quisiste exaltarte; ¿no deben ser exaltados con mérito los que se humillan por causa de mí? Y verdaderamente, hermanos, si aquel misérrimo fue arrojado del cielo porque afectó la celsitud, codició la altura, presumió la sublimidad: ¿no es consiguiente que sean bienaventurados los que espontáneamente se deponen en la humildad de la pobreza, y según la promesa del Señor, «de ellos es el reino de los cielos», el cual aquel perdió? Y atiende cuán sabiamente ordenó la Sabiduría, oponiendo contra el primer pecado el primer remedio. Como si más abiertamente dijera: ¿Quieres obtener el cielo que perdió el ángel soberbio, que confió en su virtud y en la multitud de sus riquezas? Abraza la vileza de la pobreza, y será tuyo. Sigue:

9. «Bienaventurados los mansos, porque ellos poseerán la tierra». Bien, muy bien. Pues así convenía que, encomendada la pobreza, también la mansedumbre se predicara; puesto que para los que lo dejan todo, la primera tentación suele ser sobre las molestias del cuerpo y la aflicción inusual de la carne. ¿Pero qué aprovechará la pobreza si —¡lo que no suceda!— el pobre cayera en la murmuración, hecho exasperante e impaciente de la disciplina? Muy bien también después de la promesa del reino se da otro reino menor como en prenda, para que según la Escritura, tengamos «la promesa de la vida de esta que ahora es, e igualmente de la futura» (1 Tim 4, 8); y por la exhibición de lo presente sea firme la expectativa de lo futuro. «Bienaventurados los mansos, porque ellos poseerán la tierra». Esta tierra yo entiendo que es nuestro cuerpo: el cual si el alma quiere poseer, si desea reinar sobre sus miembros, es necesario que sea ella misma mansa, y sujeta a su superior; puesto que tal encontrará a su inferior, cual se exhibiera ella misma ante el superior. Pues se arma la criatura para vengar la injuria de su Creador.

Et ideo noverit anima, quae rebellem sibi invenit carnem suam, se quoque minus, quam oporteat, superioribus potestatibus esse subjectam. Mansuescat ipsa, et humilietur sub potenti manu Altissimi; et subjecta sit Deo, et his pariter quibus vice ejus habet obedire praelatis: et continuo corpus suum inveniet obediens et subjectum. Veritas enim est quae loquitur: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Et vide, si non adversus secundi peccati vulnus secunda processerit medicina. Prima siquidem post angelicae praevaricationis ruinam Eva peccavit, inquietudine spiritus agitata, et interdicti Dominici jugum suave, et leve onus abjiciens; quoniam exspectare noluit, ut de manu Domini, unde jam caetera acceperat, perfectionem quoque beatitudinis mereretur, sed praeripere illam serpentis consilio attentavit. Propter hoc paradisum perdidit, terram deliciarum: propter hoc in ipso corpore suo contrariam legem invenit. Sed jam fortassis ad hanc Domini vocem desiderio mansuetudinis aestuas, et conquereris super asperitate cordis tui, et belluinis quibusdam motibus atque indomita feritate. Attende ergo quod sequitur:

10. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Equum indomitum flagella domant; animam immitem contritio spiritus et assiduitas lacrymarum. Ergo in omnibus operibus tuis memorare novissima tua: mortis horrorem, judicii tremendum discrimen, ardentis gehennae metum ab oculis cordis tui elongari nullatenus patiaris. Cogita peregrinationis tuae miseriam, recogita annos tuos in amaritudine animae tuae; cogita vitae humanae pericula, cogita fragilitatem propriam: et in hujusmodi cogitatione si perseveraveris, dico tibi, parum senties quidquid foris videtur esse molestum, dum toto corde circa interiorem molestiam occuparis. Sed nec patietur Dominus sine consolatione te esse, quoniam Pater misericordiarum est, et Deus totius consolationis; et complebitur omnino quod Veritas pollicetur: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Concordat autem huic sententiae etiam illud, quod in Salomone legisti: Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii (Eccle. VII, 3). Propterea beata esses, Eva, si post culpam consolationem quaereres lacrymarum, et conversa ad poenitentiam veniam citius obtineres. Nunc autem miserrimam quaesisti consolationem de simili casu viri tui, et veneno pessimo, nequissimo videlicet vitio, totam infecisti posteritatem tuam: ut usque hodie perditionem alterius, alter suam reputet consolationem.

Y por tanto sepa el alma, que encuentra rebelde a sí misma su carne, que ella también menos de lo que conviene está sujeta a las potestades superiores. Amáncese ella misma, y humíllese bajo la potente mano del Altísimo; y esté sujeta a Dios, e igualmente a aquellos prelados a quienes en su lugar tiene que obedecer: y de continuo encontrará su cuerpo obediente y sujeto. Pues la Verdad es la que habla: «Bienaventurados los mansos, porque ellos poseerán la tierra». Y ve si contra la herida del segundo pecado no ha procedido la segunda medicina. Pues primero tras la ruina de la prevaricación angélica pecó Eva, agitada por la inquietud del espíritu, y arrojando el suave yugo y ligera carga del entredicho del Señor; puesto que no quiso esperar para que de la mano del Señor, de quien ya lo demás había recibido, mereciera también la perfección de la bienaventuranza, sino que intentó arrebatarla por el consejo de la serpiente. Por esto perdió el paraíso, tierra de delicias: por esto en su mismo cuerpo encontró una ley contraria. Pero ya tal vez ante esta voz del Señor ardes en deseo de mansedumbre, y te quejas de la aspereza de tu corazón, y de ciertos movimientos belluinos y ferocidad indómita. Atiende por tanto a lo que sigue:

10. «Bienaventurados los que lloran, porque ellos serán consolados». Al caballo indómito los azotes lo doman; al alma poco mansa la contrición del espíritu y la asiduidad de las lágrimas. Por tanto en todas tus obras acuérdate de tus postrimerías: el horror de la muerte, el tremendo juicio del juicio, el miedo de la ardiente gehenna de ningún modo permitas que se aleje de los ojos de tu corazón. Piensa en la miseria de tu peregrinación, repiensa tus años en la amargura de tu alma; piensa en los peligros de la vida humana, piensa en la fragilidad propia: y en tal pensamiento si perseverares, te digo que poco sentirás cualquier cosa que por fuera parezca ser molesta, mientras con todo el corazón te ocupas en torno a la molestia interior. Pero ni permitirá el Señor que estés sin consolación, puesto que es Padre de las misericordias y Dios de toda consolación; y se cumplirá del todo lo que la Verdad promete: «Bienaventurados los que lloran, porque ellos serán consolados». Concuerda empero con esta sentencia también aquello que en Salomón leíste: «Mejor es ir a la casa del luto, que a la casa del convite» (Ecl 7, 3). Por esto bienaventurada serías, Eva, si tras la culpa buscaras la consolación de las lágrimas, y convertida a la penitencia obtuvieras más pronto el perdón. Ahora empero buscaste una misérrima consolación en el caso semejante de tu varón, y con veneno pésimo, a saber, con vicio malvadísimo, infectaste a toda tu posteridad: de modo que hasta hoy la perdición del otro, el otro la repute su propia consolación.

Misera prorsus Evae consolatio, et eorum qui miseriam hanc imitantur! Sed beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Verum quid aliud est haec consolatio, quam procedens de spe veniae gratia devotionis, et suavissima delectatio boni, et gustus sapientiae, licet exiguus, quibus interim benignus Dominus afflictam refrigerat animam? Sed gustus ille nihil aliud est, quam irritamentum desiderii, et incentivum amoris, sicut scriptum est: Qui edunt me, adhuc esurient; et qui bibunt me, adhuc sitient (Eccli. XXIV, 29). Propterea illico subinfertur:

11. Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Qui esurit, esuriat amplius; et qui desiderat, abundantius adhuc desideret; quoniam quantumcunque desiderare potuerit, tantum est accepturus. Imo vero non secundum imperfectionem modumve desiderii, quoniam quidem donec perfecte habeat, perfecte desiderare non potest; sed nec et perfecte habere, donec perfecte desideret; sed mensuram accepturus est bonam, et confertam, et coagitatam, et supereffluentem. Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Infirmiori palato cordis, et animae languenti adhuc dura et insipida res videtur esse justitia; sed qui gustaverunt, ecce ipsi sciunt quam beati sunt qui esuriunt illam, quoniam ipsi saturabuntur. O vere felix et gloriosa satietas! o sanctum convivium! o desiderabiles epulae! ubi nimirum anxietas nulla, nullum poterit esse fastidium, quoniam satietas summa, et summum inerit desiderium. Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Jam vero hoc verbum adversus Adam procedere credo, qui portionem quidem aliquam videtur tenuisse justitiae, in eo quod mulieri compassus est; sed si esurisset justitiam, curasset sine dubio reddere quod debebat, non modo uxori, sed multo magis Creatori. Debebat enim uxori compassionem utique et disciplinam, tanquam inferiori. Caput enim mulieris vir (Ephes. V, 23). Debebat autem Deo obedientiam atque subjectionem. Sed quid putamus, fratres, quamplurimi usque hodie factum illud graviter dijudicant, et tamen insipienter imitantur? Indignantur adversus Adam, quod obedierit voci uxoris suae, plus quam Dei; et ipsi quotidie Evam suam, carnem videlicet, audiunt plus quam Deum. Fratres, si modo praesentem videremus Adam in eo articulo positum, ascendentibus cogitationibus in cor ejus, coarctari inter precem uxoris, et praeceptum Creatoris; nonne clamaremus adversus illum, dicentes: Cave tibi, miser, vide ne feceris; seducta est mulier, non acquiescas ei? Utquid ergo, quoties apprehendit nos tentatio similis, non persuademus similiter nobis ipsis? Beati enim qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

¡Mísera del todo la consolación de Eva, y de aquellos que imitan esta miseria! Pero «bienaventurados los que lloran, porque ellos serán consolados». Pero ¿qué otra cosa es esta consolación sino la gracia de la devoción que procede de la esperanza del perdón, y la suavísima delectación del bien, y el gusto de la sabiduría, aunque sea exiguo, con los cuales entre tanto el benigno Señor refrigera al alma afligida? Pero aquel gusto nada otro es que un excitante del deseo, y un incentivo del amor, como está escrito: «Los que me comen, todavía tendrán hambre; y los que me beben, todavía tendrán sed» (Ecl 24, 29). Por esto al punto se añade:

11. «Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos serán saciados». El que tiene hambre, que tenga hambre más; y el que desea, que desee más abundantemente todavía; puesto que cuanto pudiere desear, tanto ha de recibir. Más aún, no según la imperfección o la medida del deseo, puesto que mientras no tenga perfectamente, no puede desear perfectamente; ni tampoco tener perfectamente hasta que desee perfectamente; sino que ha de recibir una medida buena, y apretada, y remecida, y sobreabundante. «Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos serán saciados». Al paladar más débil del corazón, y al alma que todavía languidece, cosa dura e insípida parece ser la justicia; pero los que han gustado, he aquí que ellos mismos saben cuán bienaventurados son los que tienen hambre de ella, porque ellos serán saciados. ¡Oh verdaderamente feliz y gloriosa saciedad! ¡Oh santo convite! ¡Oh deseables manjares! donde ciertamente ninguna ansiedad, ningún fastidio podrá haber, puesto que habrá suma saciedad y sumo deseo. «Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos serán saciados». Ya en verdad este verbo creo que procede contra Adán, quien parece haber tenido alguna porción de justicia en cuanto se compadeció de la mujer; pero si hubiera tenido hambre de justicia, se habría cuidado sin duda de devolver lo que debía, no solo a su mujer, sino mucho más al Creador. Pues debía a la mujer compasión ciertamente y disciplina, como a inferior. Pues la cabeza de la mujer es el varón (Ef 5, 23). Debía empero a Dios obediencia y sujeción. Pero ¿qué pensamos, hermanos, que muchísimos hasta hoy juzgan aquel hecho gravemente, y sin embargo insensatamente lo imitan? Se indignan contra Adán porque obedeció a la voz de su mujer más que a la de Dios; y ellos mismos diariamente oyen a su Eva, a saber, la carne, más que a Dios. Hermanos, si ahora viéramos presente a Adán puesto en aquel trance, ascendiendo los pensamientos a su corazón, estrechado entre el ruego de la mujer y el precepto del Creador; ¿no clamaríamos contra él, diciendo: «Guárdate, mísero, ve que no lo hagas; seducida está la mujer, no asientas a ella»? ¿Por qué pues, cuantas veces nos aprehende una tentación semejante, no nos persuadimos de igual modo a nosotros mismos? Pues «bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos serán saciados».

Sed quid potest esse omnis justitia nostra coram Deo? Nonne juxta prophetam, velut pannus menstruatae reputabitur et si districte judicetur, injusta invenietur omnis justitia nostra, et minus habens? Quid ergo de peccatis erit, quando ne ipsa quidem pro se poterit respondere justitia? Propterea obnixe cum Propheta clamantes: Non intres in judicium cum servo tuo, Domine (Psal. CXLII, 2), tota humilitate ad misericordiam recurramus, quae sola potest salvare animas nostras, et sollicite pensemus quod sequitur:

12. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et attende, quemadmodum Zacchaeus breviter uno verbo utrumque complectitur, dicens: Dimidium bonorum meorum do pauperibus, et si quempiam defraudavi, reddo quadruplum (Luc. XIX, 8). Vides quantum esurit iste justitiam, cui non sufficit aequa mensura reddere, nisi reddat quadruplum. Misericordia quoque magna est, quod dimidium bonorum suorum dat pauperibus. Verumtamen non silebo ego quod sentio. Laudem Domini loquetur os meum: Domini plane, non vestram. Neque enim vobis, sed nomini ejus do gloriam. Zacchaeus certe, cujus laus est in Evangelio, dimidium bonorum suorum dedit pauperibus; sed ego multos Zacchaeos hic video, qui nihil sibi ex omnibus reliquere. Quis mihi scribet hoc Evangelium de Zacchaeis istis, imo de Petris istis, qui fiducialiter loquantur Domino: Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te? (Matth. XIX, 27.) Sed scriptum est jam in Evangelio aeterno, in libro vitae scriptum est et signatum: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Jam vero, fratres, Adae crudelitatem haec sententia tangit, qui videbatur prius uxoris amore peccasse. Ecce enim scimus, o Adam, quia os de ossibus tuis, et caro de carne tua est, et ejus amore peccasti. Videamus nunc quantum diligas eam. Venit Dominus igneum tenens gladium in ultionem praevaricationis: oppone te discrimini propter illam, et dic: Domine, mulier infirmior est, mulier seducta est: mea est iniquitas, meum peccatum, in me solum vindicta procedat. Sed non loquitur sic: Mulier, inquit, quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, et comedi (Gen. III, 12). O perversitas! Poenam pro ea suscipere refugis, et culpam admittere non recusasti! Quomodo, proh dolor! omnia confudisti! perniciose misericors, ubi severus esse debueras; et perniciosius crudelis, ubi misericordiam impendere oportebat? Nam delinquere propter illam nullo modo, satisfacere vero pro ea libenti animo debuisti. Sic enim oportet fieri, fratres, ut nunquam propter alium homo peccet, quod est justitiae: et libenter aliena peccata portet, quod est misericordiae. Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sequitur:

Pero ¿qué puede ser toda nuestra justicia ante Dios? ¿Acaso según el profeta no será reputada «como trapo de menstruante» (Is 64, 6) y si se juzgara estrictamente, no se encontrará injusta toda nuestra justicia, y deficiente? ¿Qué pues será de los pecados, cuando ni la misma justicia podrá responder por sí misma? Por esto clamando obcecadamente con el Profeta: «No entres en juicio con tu siervo, Señor» (Sal 142, 2), con toda humildad recurramos a la misericordia, que sola puede salvar nuestras almas, y solícitamente pesemos lo que sigue:

12. «Bienaventurados los misericordiosos, porque ellos alcanzarán misericordia». Y observa cómo Zaqueo brevemente en una sola palabra comprende ambas cosas, diciendo: «Doy la mitad de mis bienes a los pobres; y si en algo he defraudado a alguien, se lo devuelvo cuadruplicado» (Lc 19, 8). Ves cuánto tiene hambre de justicia este, a quien no le basta devolver la medida justa, si no devuelve el cuádruple. Grande es también la misericordia, en cuanto que da la mitad de sus bienes a los pobres. Sin embargo, no callaré lo que siento. La alabanza del Señor hablará mi boca: del Señor claramente, no la vuestra. Pues no os doy a vosotros la gloria, sino a su nombre. Zaqueo ciertamente, cuya alabanza está en el Evangelio, dio la mitad de sus bienes a los pobres; pero yo veo aquí muchos Zaqueos que nada de todas las cosas se reservaron para sí. ¿Quién me escribirá este Evangelio de estos Zaqueos, o más bien de estos Pedros, que hablen fielmente al Señor: «He aquí que nosotros lo hemos dejado todo y te hemos seguido» (Mt 19, 27)? Pero ya está escrito en el Evangelio eterno, en el libro de la vida está escrito y sellado: «Bienaventurados los misericordiosos, porque ellos alcanzarán misericordia».

Ya en verdad, hermanos, esta sentencia toca la crueldad de Adán, quien parecía antes haber pecado por amor a su mujer. He aquí pues que sabemos, oh Adán, que ella es hueso de tus huesos y carne de tu carne, y por su amor pecaste. Veamos ahora cuánto la amas. Viene el Señor sosteniendo la espada de fuego para vengar la prevaricación: oponte al peligro por ella y di: «Señor, la mujer es más débil, la mujer ha sido seducida: mía es la iniquidad, mío el pecado, proceda contra mí solo la venganza». Pero no habla así: «La mujer —dice— que me diste por compañera me dio del árbol y comí» (Gén 3, 12). ¡Oh perversidad! ¡Rehúsas recibir la pena por ella, y no rehusaste admitir la culpa! ¡Cómo, ay de mí!, ¡lo has confundido todo! ¡perniciosamente misericordioso donde debiste haber sido severo; y más perniciosamente cruel donde convenía emplear la misericordia! Pues de ningún modo debiste delinquir por ella, pero debiste satisfacer por ella con ánimo de buena gana. Pues así conviene que se haga, hermanos, que el hombre nunca peque por otro, lo cual es de la justicia: y que de buena gana cargue con los pecados ajenos, lo cual es de la misericordia. «Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos serán saciados». «Bienaventurados los misericordiosos, porque ellos alcanzarán misericordia». Sigue:

13. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati plane, et omnino beati, qui videbunt in quem desiderant angeli prospicere, quem videre vita aeterna est. Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: faciem tuam, Domine, requiram (Psal. XXVI, 8). Quid enim mihi est in coelo? et a te quid volui super terram? Defecit caro mea et cor meum, Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum (Psal. LXXII, 25, 26). Quando adimplebis me laetitia cum vultu tuo? Vae mihi ab immunditia cordis mei! qua impediente, necdum mereor ad beatam illam visionem admitti. Quanta sollicitudine, fratres, quanto studio danda est opera, ut mundari possit oculus, quo videndus est Deus? Et ego quidem triplici sorde inquinari me sentio; concupiscentia carnis, et concupiscentia gloriae temporalis, et praeteritorum conscientia delictorum. Sunt enim in anima motus quidam utrorumque desideriorum, quos nec ratione, nec viribus exstinguere possum, quandiu sum in hoc saeculo nequam, et in corpore mortis teneor alligatus. Attamen contra sordes istas orationis oppono remedium; et propterea sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum; ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri, qui solus mundus est, et potest facere mundum de immundo conceptum semine. Sic et contra peccati conscientiam remedium confessionis est institutum; et omnia in confessione lavantur. Ecce haec sunt quae mundant oculum cordis, oratio et confessio.

Porro beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Videbunt quidem in fine facie ad faciem; videbunt etiam nunc, sed per speculum in aenigmate; et nunc cognoscunt ex parte, perfecte postea cognituri. Omnis enim in cujus conscientia clausum adhuc peccatum vivit, aut peccat in spe, et ita sentit de Deo, tanquam si minus ei peccata displiceant; aut peccat in desperatione, immisericordem sentiens Deum. Quorum utique merito dicitur: Existimasti inique, quod ero tui similis (Psal. XLIX, 21): quoniam neuter Deum videt, sed mentitur iniquitas sibi, formans sibi idolum pro eo quod non est ipse. Beati vero mundo corde, quoniam ipsi soli Deum vident, soli de eo sentiunt in bonitate: sicut vere bonus est, ita ut nemo bonus sit nisi ipse. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Miseri proinde Adam et Eva, qui conversi in verba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis, dum confessionis mundationem fugiunt, immundo remanent corde, et a facie Domini ejiciuntur. Sequitur:

13. «Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios». Bienaventurados claramente, y del todo bienaventurados, los que verán a aquel a quien los ángeles desean contemplar, a quien ver es la vida eterna. «A ti dijo mi corazón, mi rostro te buscó: tu rostro, Señor, buscaré» (Sal 26, 8). «¿Pues qué tengo yo en el cielo? ¿y fuera de ti qué quise sobre la tierra?» «Desfalleció mi carne y mi corazón, Dios de mi corazón, y mi porción Dios para siempre» (Sal 72, 25. 26). ¿Cuándo me henchirás de alegría con tu rostro? ¡Ay de mí por la inmundicia de mi corazón!, por el impedimento de la cual aún no merezco ser admitido a aquella bienaventurada visión. ¿Con cuánta solicitud, hermanos, con cuánto estudio se ha de poner obra para que pueda limpiarse el ojo con que ha de ser visto Dios? Y yo ciertamente me siento manchado por una triple suciedad: la concupiscencia de la carne, y la concupiscencia de la gloria temporal, y la conciencia de los delitos pasados. Pues hay en el alma ciertos movimientos de ambos deseos que ni por la razón ni por las fuerzas puedo extinguir, mientras estoy en este siglo malvado y me hallo ligado en el cuerpo de muerte. Con todo, contra estas suciedades opongo el remedio de la oración; y por esto como los ojos de los siervos están en las manos de sus señores, así nuestros ojos al Señor Dios nuestro, hasta que tenga misericordia de nosotros, que solo es limpio y puede hacer limpio al concebido de inmunda semilla. Así también contra la conciencia del pecado se ha instituido el remedio de la confesión; y todas las cosas se lavan en la confesión. He aquí que estas son las cosas que limpian el ojo del corazón: la oración y la confesión.

Por lo demás, «bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios». Verán ciertamente al fin cara a cara; verán también ahora, pero por espejo en enigma; y ahora conocen en parte, para conocer perfectamente después. Pues todo aquel en cuya conciencia vive aún el pecado encerrado, o peca en la esperanza, y así siente de Dios como si menos le desagradaran los pecados; o peca en la desesperación, sintiendo a Dios inmisericorde. A ambos de los cuales con razón se dice: «Pensaste inicuamente que yo sería semejante a ti» (Sal 49, 21): puesto que ninguno de los dos ve a Dios, sino que la iniquidad se miente a sí misma, formándose un ídolo por aquel que no es él mismo. Pero bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos solos ven a Dios, ellos solos sienten de él en la bondad: como es verdaderamente bueno, de modo que nadie es bueno sino él mismo. «Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios». Miserables por tanto Adán y Eva, quienes vueltos a palabras de malicia para buscar excusas a los pecados, mientras huyen de la limpieza de la confesión, permanecen con el corazón inmundo y son arrojados de la faz del Señor. Sigue:

14. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Merito filii nomine vocabuntur, qui filii opus impleverint. Ipse enim est, per quem reconciliati pacem habemus ad Deum: ipse qui pacificavit in sanguine suo quae in coelis sunt, et quae super terram, mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus. Et attende quemadmodum in tribus quidem prioribus sibi ipsi reconciliatur anima; in duobus quae sequuntur, proximo; in sexto, Deo; in septimo etiam alios reconciliat, tanquam receptus in gratiam Domini, et felici familiaritate donatus. Nam paupertate, mansuetudine, fletu renovatur in anima similitudo quaedam et imago aeternitatis omnia tempora complectentis, dum paupertate futura meretur, mansuetudine sibi praesentia vindicat, luctu poenitentiae praeterita quoque recuperat, sicut scriptum est: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae (Isai. XXXVIII, 15). Porro justitia et misericordia perfecte proximo cohaeremus, dum quidquid nolumus nobis fieri, aliis non faciamus per justitiam; et quaecunque volumus ut faciant nobis homines, et nos faciamus illis per misericordiam. Jam reconciliati nobis, reconciliati etiam proximo, fiducialiter per munditiam cordis reconciliamur Deo. Beati vero, qui de sua reconciliatione non ingrati, et pro fratribus suis pie solliciti, eos quoque, quantum praevalent, et sibi, et Deo reconciliare laborant. Quibus enim laudibus dignum, quanto amplectendum putas affectu fratrem illum, qui sine querela conversans inter fratres, tota sollicitudine cavet, ne quid in eo sit quod ab aliis portari oporteat; et quidquid in aliis est onerosum, patientissime portat? qui singulorum scandala sua reputat; qui cum Apostolo loquitur: Quis scandalizatur, et ego non uror? quis infirmatur, et ego non infirmor? (II Cor. XI, 29.) Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Non est enim Deus dissensionis, sed pacis: ideoque filios pacis, Dei quoque filios dignum est appellari.

15. Jam quae sequitur octava beatitudo, martyrum est praerogativa: cujus nobis tolerantiae nec tempus videtur esse, nec virtus. Honoratur nunc justitia magis quantum in facie est: aut nulli, aut pauci pro ea sustinent persecutionem. Felices tamen, si qui sunt, quoniam ipsorum est regnum coelorum, ut [alias, ubi] eos nemo persequatur. Quod si multiplex fuerit tribulatio, tunc quoque multiplicius exsultandum, non intuentibus quae videntur incommoda; sed praemia, quae non videntur. Quae enim videntur, temporalia sunt; quae autem non videntur, aeterna.

14. «Bienaventurados los pacíficos, porque ellos serán llamados hijos de Dios». Con razón serán llamados con el nombre de hijos los que hubieren cumplido la obra de hijo. Pues él es por quien reconciliados tenemos paz para con Dios: el que pacificó en su sangre las cosas que hay en los cielos y las que hay sobre la tierra, mediador de Dios y de los hombres, el hombre Cristo Jesús. Y observa cómo en las tres primeras ciertamente se reconcilia el alma consigo misma; en las dos que siguen, con el prójimo; en la sexta, con Dios; en la séptima también reconcilia a otros, como recibida en la gracia del Señor y dotada de una feliz familiaridad. Pues por la pobreza, la mansedumbre y el llanto se renueva en el alma una cierta semejanza e imagen de la eternidad que abarca todos los tiempos, mientras que por la pobreza merece las cosas futuras, por la mansedumbre se adjudica a sí misma las presentes, por el luto de la penitencia recupera también las pasadas, según está escrito: «Recapacitaré ante ti todos mis años en la amargura de mi alma» (Is 38, 15). Por lo demás, por la justicia y la misericordia nos unimos perfectamente al prójimo, mientras que lo que no queremos que se nos haga, no lo hagamos a otros por la justicia; y todo lo que queremos que los hombres hagan con nosotros, también nosotros lo hagamos con ellos por la misericordia. Ya reconciliados con nosotros mismos, reconciliados también con el prójimo, fielmente por la limpieza de corazón nos reconciliamos con Dios. Pero bienaventurados los que, no ingratos por su reconciliación y piadosamente solícitos por sus hermanos, trabajan por reconciliarlos también a ellos, en cuanto prevalecen, tanto consigo mismos como con Dios. Pues ¿con qué alabanzas es digno, con cuánto afecto crees que debe ser abrazado aquel hermano que, conversando sin queja entre los hermanos, con toda solicitud se cuida de que nada haya en él que deba ser soportado por otros; y todo lo que en otros es oneroso, lo soporta pacientísimamente? que los escándalos de cada uno los reputa como suyos?; que con el Apóstol habla: «¿Quién se escandaliza y yo no me quemo? ¿quién enferma y yo no enfermo?» (2 Cor 11, 29). «Bienaventurados los pacíficos, porque ellos serán llamados hijos de Dios». Pues Dios no es Dios de disensión, sino de paz: y por eso a los hijos de la paz, es digno que se les llame también hijos de Dios.

15. Ya la que sigue octava bienaventuranza es prerrogativa de los mártires: para cuya tolerancia ni el tiempo nos parece ser, ni la virtud. Se honra ahora la justicia más en cuanto está en la faz: o ninguno o pocos por ella sostienen persecución. Felices sin embargo, si los hay, porque de ellos es el reino de los cielos, donde nadie los persiga. Que si múltiple fuera la tribulación, entonces también más múltiplemente se ha de exultar, no mirando los que parecen ser inconvenientes, sino los premios, que no se ven. Pues las cosas que se ven son temporales, mas las que no se ven, eternas.

Beati, inquit, eritis cum vos oderint homines, et cum separaverint vos, et ejecerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes, propter me. Gaudete in illa die, et exsultate: ecce enim merces vestra copiosa est in coelis, copiosior longe quam sit labor in terris. Verumtamen quid sibi vult, quod eadem promissio facta est pauperibus et martyribus, nisi quia vere martyrii genus paupertas voluntaria est? Beatus vir, ait Propheta, qui post aurum non abiit nec speravit in thesauris pecuniae. Quis est hic, et laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua (Eccli. XXXI, 8, 9). Quid mirabilius, aut quod martyrium gravius est, quam inter epulas esurire, inter vestes multas et pretiosas algere, paupertate premi inter divitias, quas offert mundus, quas ostentat malignus, quas desiderat noster ipse appetitus? An non merito coronabitur qui sic certaverit, mundum abjiciens promittentem, irridens inimicum tentantem, et, quod gloriosius est, de semetipso triumphans, et crucifigens concupiscentiam prurientem? Denique propterea pauperibus pariter et martyribus regnum coelorum promittitur, quia paupertate quidem emitur, sed in passione pro Christo absque omni dilatione percipitur.

Sermo II.

De statu sanctorum ante resurrectionem.

1. Quia Sanctorum omnium festivam hodie, dilectissimi, omnique dignissimam devotione memoriam celebramus, operae pretium puto de communi eorum felicitate, in qua beata jam requie perfruuntur, et futura quam praestolantur consummatione, adjuvante Spiritu sancto sermonem facere charitati vestrae, ita sane, ut non opinionis propriae conjecturas, sed divinorum librorum sequar auctoritatem; ne prophetare videar de corde meo, sed innitar, quoad potero, testimoniis Scripturarum. Erit enim, praestante Domino, triplex sermonis hujus utilitas, quatenus agnita, vel ex parte aliqua, felici retributione sanctorum, abundantiori deinceps sollicitudine ipsorum inhaerere vestigiis, ac ferventiori desiderio ad eorum suspirare consortia, propensiori quoque devotione eorumdem nos commendare patrociniis studeamus. Fidelis quippe sermo, et omni acceptione dignus, ut quos solemni veneratione prosequimur, etiam simili conversatione sequamur: quos beatissimos praedicamus, ad eorum beatitudinem tota aviditate curramus: quorum delectamur praeconiis, sublevemur eorum patrociniis. Nec sane parum fructuosa invenitur memoria festiva sanctorum, languorem, teporem, erroremque depellens: cum eorum intercessione juvetur infirmitas nostra, consideratione beatitudinis excitetur negligentia nostra, ignorantia quoque nostra ipsorum erudiatur exemplis.

«Bienaventurados seréis —dice— cuando os odien los hombres, y cuando os aparten, y os desechen, y digan todo mal contra vosotros mintiendo, por mi causa. Gozaos en aquel día y exultad: porque he aquí que vuestra recompensa es copiosa en los cielos, mucho más copiosa de lo que sea el trabajo en la tierra. Con todo, ¿qué quiere decir que la misma promesa se haya hecho a los pobres y a los mártires, sino porque verdaderamente un género de martirio es la pobreza voluntaria? «Bienaventurado el varón —dice el Profeta— que tras el oro no fue ni esperó en los tesoros del dinero. ¿Quién es este y lo alabaremos? Pues hizo maravillas en su vida» (Eclo 31, 8. 9). ¿Qué cosa más maravillosa, o qué martirio es más grave, que tener hambre entre los manjares, tener frío entre vestiduras muchas y preciosas, ser oprimido por la pobreza entre las riquezas que ofrece el mundo, que ostenta el maligno, que desea nuestro mismo apetito? ¿Acaso no será coronado con razón el que así hubiere luchado, desechando al mundo que promete, riéndose del enemigo que tienta y, lo que es más glorioso, triunfando de sí mismo y crucificando la concupiscencia que pica? Finalmente, por eso tanto a los pobres como a los mártires se les promete el reino de los cielos, porque con la pobreza ciertamente se compra, pero en la pasión por Cristo sin ninguna dilación se percibe.

Sermón II.

Sobre el estado de los santos antes de la resurrección.

1. Ya que hoy celebramos, amadísimos, la festiva y dignísima de toda devoción memoria de todos los Santos, considero que vale la pena, con la ayuda del Espíritu Santo, hacer un sermón a vuestra caridad sobre su común felicidad, en la cual ya disfrutan del bienaventurado descanso, y sobre la futura consumación que esperan; de tal modo, ciertamente, que no siga las conjeturas de mi propia opinión, sino la autoridad de los libros divinos; para que no parezca que profetizo de mi propio corazón, sino que me apoye, en cuanto pueda, en los testimonios de las Escrituras. Pues habrá, por concesión del Señor, una triple utilidad de este sermón, en cuanto que reconocida, al menos en alguna parte, la feliz retribución de los santos, nos esforcemos en adelante por adherirnos a sus huellas con más abundante solicitud, y por suspirar por su compañía con más ferviente deseo, y también por encomendarnos a sus patrocinios con más propensa devoción. Pues es palabra fiel y digna de toda aceptación, que a quienes seguimos con solemne veneración, los sigamos también con semejante conducta: a quienes proclamamos bienaventuradísimos, corramos con toda avidez hacia su bienaventuranza: en cuyos elogios nos deleitamos, seamos aliviados por sus patrocinios. Ni ciertamente se encuentra poco fructuosa la memoria festiva de los santos, alejando la languidez, la tibieza y el error: cuando por su intercesión es ayudada nuestra flaqueza, por la consideración de la bienaventuranza es excitada nuestra negligencia, y por sus ejemplos es instruida nuestra ignorancia.

Propterea cum perfecte eruditos vos ad imitanda sanctorum vestigia, hodierna sancti Evangelii lectione, et ipsius Domini sermone non dubitem, erecta nimirum ante oculos vestros scala, per quam universus, quem hodie veneramur, sanctorum chorus ascendit; nec ignorem implorandis eorum suffragiis totum paulo minus noctis et diei hujus religiosa devotione tempus expensum: jam de eorum felicitate loqui vel exiguum aliquid attentabo, quod donaverit ipse, qui eos et magnificat jam et glorificat, quos vocavit prius atque justificavit.

2. Legimus in Propheta: Convertere, anima mea, in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi; quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu (Psal. CXIV, 7, 8); et in alio psalmo: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium (Psal. CXXIII, 7). Multa quoque similia in divinarum reperisse mihi videor serie Scripturarum verba hominum, qui liberatos se esse non sine multa admiratione laetantur, verba perfectae securitatis et felicitatis immensae, vocem gratiarum actionis et laetitiae, quam pro meo sapere his qui luteas adhuc domos inhabitant, et in sudore vultus sui comedunt panem suum, omnino non arbitror convenire. Quis enim eorum gloriabitur castum se habere cor? quis audeat gloriari contritum esse laqueum, liberatos pedes suos a lapsu, reclamante nimirum Apostolo, et dicente: Qui stat, videat ne cadat? (I Cor. X, 12.) Unde et de semetipso: Infelix, inquit, ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? (Rom. VII, 24.) Et alio in loco: Fratres, inquit, ego me non arbitror comprehendisse. Unum autem, quae retro sunt oblitus, et in ea quae ante me sunt extentus, sequor ad palmam (Philipp. III, 13, 14), etc. Itemque: Ego, ait, sic curro, non quasi in incertum; sic pugno, non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum et servituti subjicio, ne forte cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar (I Cor, IX, 26, 27). Haec plane tuba militiae est, haec verba ducis strenui fortiter dimicantis. Nam superiora quidem videntur potius triumphantis, aut certe necdum quidem triumphantis, sed cum victoria jam redeuntis de praelio, et futuram magni triumphi diem laeta ac secura conscientia praestolantis.

3. Quid enim loquitur reversus de praelio fortis miles, servus fidelis? Convertere jam, inquit, anima mea, in requiem tuam. Dum enim in corpore mortis Domino militares, nulla requies erat, tum pro labore certaminis, tum pro periculo exitus adhuc incerti. Hinc excitabat tumultus tentationum, inde succumbendi metus gravius sollicitabat. Habebat tamen, fratres, etiam tunc gloriam miles Christi, licet requiem non haberet. Ait siquidem strenuus ille et fortissimus miles, cujus et paulo ante fecimus mentionem: Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae (II Cor. I, 12).

Por tanto, puesto que no dudo que estáis perfectamente instruidos para imitar las huellas de los santos por la lectura del santo Evangelio de hoy y por el sermón del mismo Señor, estando levantada sin duda ante vuestros ojos la escala por la cual ascendió todo el coro de los santos que hoy veneramos; ni ignoro que casi todo el tiempo de esta noche y de este día se ha gastado en religiosa devoción para implorar sus sufragios: intentaré ya hablar aunque sea algo mínimo sobre su felicidad, lo que diere aquel mismo que ya magnifica y glorifica a los que antes llamó y justificó.

2. Leemos en el Profeta: «Vuélvete, alma mía, a tu descanso, porque el Señor te ha favorecido; porque ha librado mi alma de la muerte, mis ojos de las lágrimas, mis pies de la caída» (Sal 114, 7. 8); y en otro salmo: «Nuestra alma ha sido librada como el gorrión del lazo de los cazadores» (Sal 123, 7). Muchas palabras semejantes me parece haber encontrado en la serie de las divinas Escrituras de hombres que, no sin mucha admiración, se alegran de haber sido librados, palabras de perfecta seguridad y de inmensa felicidad, voz de acción de gracias y de alegría, la cual, según mi entender, no juzgo que convenga en absoluto a los que todavía habitan casas de lodo y comen su pan con el sudor de su rostro. ¿Pues quién de ellos se gloriará de tener un corazón casto? ¿quién se atrevería a gloriarse de que se ha roto el lazo, de que sus pies han sido librados de la caída, cuando el Apóstol ciertamente reclama y dice: «El que está de pie, vea que no caiga»? (1 Cor 10, 12). De donde también de sí mismo dice: «¡Infeliz de mí, hombre!, ¿quién me librará del cuerpo de esta muerte?» (Rom 7, 24). Y en otro lugar: «Hermanos —dice—, yo no juzgo haberlo alcanzado. Pero una cosa hago: olvidando lo que queda atrás y extendiéndome a lo que está delante, sigo hacia la palma» (Fil 3, 13. 14), etc. E igualmente: «Yo —dice— así corro, no como a la ventura; así lucho, no como quien azota el aire: sino que castigo mi cuerpo y lo someto a servidumbre, no sea que habiendo predicado a otros, yo mismo venga a ser reprobado» (1 Cor 9, 26. 27). Esta es claramente la trompeta de la milicia, estas son las palabras de un jefe esforzado que lucha valientemente. Pues las palabras anteriores parecen más bien de quien triunfa, o al menos de quien todavía no triunfa ciertamente, pero vuelve ya de la batalla con la victoria y espera con alegre y segura conciencia el día del gran triunfo.

3. ¿Pues qué dice al volver de la batalla el valiente soldado, el siervo fiel? «Vuélvete ya, alma mía, a tu descanso». Pues mientras militabas para el Señor en el cuerpo de muerte, no había descanso, tanto por el trabajo del certamen cuanto por el peligro del desenlace todavía incierto. Por un lado excitaba el tumulto de las tentaciones, por otro el miedo a sucumbir solicitaba con más gravedad. Tenía ya entonces, hermanos, gloria el soldado de Cristo, aunque no tuviera descanso. Pues dice aquel esforzado y valentísimo soldado de quien también hicimos mención poco antes: «Nuestra gloria es esta, el testimonio de nuestra conciencia» (2 Cor 1, 12).

Quod conscientiae testimonium non sic intelligendum puto, tanquam ipsa sibi conscientia attestetur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat (II Cor. X, 18). Est ergo testimonium conscientiae, in quo gloriatur Apostolus, non quod perhibeat conscientia, sed quod loquitur Spiritus veritatis in ipsa, testimonium perhibens spiritui nostro, quod filii Dei sumus (Rom. VIII, 16). Est enim testimonium conscientiae non perhibentis, sed percipientis. Cum enim veritas applaudit, cum justitia attestatur, Dei sine dubio commendantis vox est, et Spiritus sancti testimonium perhibentis, ac si decertanti viriliter militi rex suus, pro cujus amore et honore decertat, prope assistens laetus applaudat, laudet fortia facta, proximam clamitet esse victoriam, parata jam praemia, et coronam polliceatur aeternam. In quo testimonio gloriatur quidem probatus et strenuus miles; minime tamen quiescit, sed tanto acrius viriliusque decertat. Itaque dum adhuc militant, gaudent utique electi Dei, sed tantum de primitiis Spiritus, qui et infirmitatem eorum adjuvat virtute sua, et pusillanimitatem sua consolatur attestatione. Unde et is, de quo loquebamur, Apostolus: Non est, inquit, regnum Dei esca et potus, sed justitia, et pax, et gaudium in Spiritu sancto (Rom. XIV, 17).

4. Jam vero consummato militiae tempore gaudium habent sancti etiam in spiritu suo, donec adveniat dies illa, qua introire mereantur in gaudium Domini sui, gaudium habituri et in ipso corpore suo. Sic enim habemus in Psalmo: Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine; dedisti laetitiam in corde meo. Unde? Plane ex his quae sequuntur: A fructu frumenti, vini et olei sui (Psal. IV, 7, 8). Audivit enim ejusmodi anima vocem dicentis: Date ei de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis opera ejus (Prov. XXXI, 31). Unde et Joannes scribere jubetur in Apocalypsi, quoniam beati mortui qui in Domino moriuntur. Quare beati? Amodo enim jam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis (Apoc. XIV, 13). Unde et in ipso de quo paulo ante loquebamur psalmo, eis quae supra posuimus verbis adjunctum est: In pace in idipsum dormiam et requiescam (Psal. IV, 9). Et de operibus habemus in Apocalypsi: Opera enim illorum sequuntur illos (Apoc. XIV, 13). Ad quid vero sequuntur, nisi ut laudent eos in portis? Ad quid sequuntur, nisi ut multiplicentur a fructu eorum, et accipientes de fructu manuum suarum, saginentur vituli, quos ex prophetico testimonio, cum reaedificabuntur muri Jerusalem, super altare Domini novimus imponendos? (Psal. L, 20, 21.) Interim quippe sub altari eos esse, et non supra, ipse nos doceat, cujus testimonium credibile factum est nimis, qui, ut scribit in Apocalypsi, sub altari ipso eorum etiam voces audivit (Apoc. VI, 9, 10).

El cual testimonio de la conciencia no creo que deba entenderse así como si la misma conciencia se atestiguara a sí misma. Pues no el que se recomienda a sí mismo es el aprobado, sino aquel a quien Dios recomienda (2 Cor 10, 18). Es pues el testimonio de la conciencia en que se gloría el Apóstol, no lo que la conciencia presenta, sino lo que el Espíritu de verdad habla en ella, dando testimonio a nuestro espíritu de que somos hijos de Dios (Rom 8, 16). Pues es testimonio de la conciencia no que presenta, sino que percibe. Pues cuando la verdad aplaude, cuando la justicia atestigua, es sin duda voz de Dios que recomienda, y testimonio del Espíritu Santo que atestigua, como si al soldado que lucha varonilmente su rey, por cuyo amor y honor lucha, asistiéndole de cerca le aplaudiera alegre, alabara sus valientes hechos, clamara que la victoria está próxima, y le prometiera los premios ya preparados y la corona eterna. En el cual testimonio se gloría ciertamente el aprobado y esforzado soldado; con todo, de ningún modo descansa, sino que tanto más aguda y varonilmente lucha. Así pues, mientras todavía militan, se alegran ciertamente los elegidos de Dios, pero solo por las primicias del Espíritu, que ayuda su flaqueza con su virtud y consuela su pusilanimidad con su atestación. De donde también aquel Apóstol de quien hablábamos: «No es —dice— el reino de Dios comida y bebida, sino justicia, paz y gozo en el Espíritu Santo» (Rom 14, 17).

4. Ya en verdad, consumado el tiempo de la milicia, tienen los santos alegría también en su propio espíritu, hasta que llegue aquel día en que merezcan entrar en el gozo de su Señor, habiendo de tener gozo también en su mismo cuerpo. Pues así tenemos en el Salmo: «Sellada está sobre nosotros la luz de tu rostro, Señor; diste alegría en mi corazón». ¿De dónde? Claramente de las cosas que siguen: «Por el fruto del trigo, del vino y del aceite de ellos» (Sal 4, 7. 8). Pues oyó tal alma la voz del que decía: «Dadle del fruto de sus manos, y alábenla en las puertas sus obras» (Prov 31, 31). Por lo cual también se manda a Juan escribir en el Apocalipsis que «bienaventurados los muertos que mueren en el Señor». ¿Por qué bienaventurados? «Desde ahora ya dice el Espíritu que descansen de sus trabajos» (Apoc 14, 13). Por lo cual también en aquel mismo salmo de que hablábamos poco antes, a aquellas palabras que pusimos arriba se añade: «En paz en lo mismo dormiré y descansaré» (Sal 4, 9). Y sobre las obras tenemos en el Apocalipsis: «Pues sus obras los siguen» (Apoc 14, 13). ¿Para qué pues siguen, sino para que los alaben en las puertas? ¿Para qué siguen, sino para que se multipliquen por el fruto de ellos y, recibiendo del fruto de sus manos, se engorden los becerros que, por el testimonio profético, sabemos que han de ser puestos sobre el altar del Señor cuando se reedifiquen los muros de Jerusalén? (Sal 50, 20. 21). Entretanto ciertamente que están bajo el altar y no sobre él, nos lo enseñe aquel cuyo testimonio se ha hecho creíble en extremo, el cual, como escribe en el Apocalipsis, bajo el mismo altar oyó también sus voces (Apoc 6, 9. 10).

Adhuc ergo signatum est super eos lumen vultus Dominici: et licet non plenam, habent tamen laetitiam multam in corde suo, donec veniat dies illa, qua implebit eos laetitia cum vultu suo. Interim, inquam, convertuntur animae illae in requiem suam, donec veniat dies, qua introire mereantur in requiem Domini. Adhuc laudant eas in portis opera sua, donec veniat, cum erit unicuique laus a Deo. Videtis, fratres, quanta est unitas Scripturarum, quam uno sensu et eisdem pene verbis de beatitudine loquantur animarum.

5. Jam vero nemo ex vobis parvam aliquam requiem, aut laetitiam suspicetur eorum, qui ab omni penitus molestia liberi recogitant annos suos in dulcedine animae suae; laetantur pro diebus quibus humiliati sunt, annis quibus viderunt mala; cum jucunda admiratione et mira jucunditate considerant pericula quae evaserunt, labores quos pertulerunt, certamina quae vicerunt; et pro his omnibus certa et indubitata fide exspectant beatam spem, et adventum gloriae magni Dei et Salvatoris sui, qui resuscitabit et reformabit corpora eorum, configurata proprii corporis claritati.

6. Quanta est felicitas eorum, quam immensa laetitia! qui nimirum triplici gaudio, de recordatione transactae virtutis, de exhibitione praesentis quietis, de certa exspectatione futurae consummationis exsultant. Nam de futura illa consummatione habemus vocem eorum in fine ejus psalmi, de quo superius loquebamur. Dicunt enim singulae animae, quibus jam datum est ad hanc requiem pervenire: In pace in idipsum dormiam et requiescam; quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me. Singulariter, inquam, in spe, not jam inter spem et metum, ubi prius non sine sollicitudine et anxietate plurima fluctuabam. Sic et de praesenti sanctorum requie habemus in alio psalmo scriptum: Convertere, anima mea, in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Bene, inquam, fecit, quamvis necdum optime. Denique audi quam bene: Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu (Psal. CXIV, 7, 8): id est a peccato omni et a peccati poena, a timore quoque et a periculo recidendi penitus liberavit. Hoc est suavissimum animae stratum, quod nullis jam lavet aut riget lacrymis, quando absterget Deus omnem lacrymam ab oculis ejus. Hoc cubile, in quo jam non compungitur, nec convertitur in aerumna sua, dum configitur spina. Exiit enim de terra illa, quae spinas ei et tribulos germinabat. Hoc plane stratum animae, quod minime jam versatur in infirmitate ejus; quoniam universa quae infirmitatis erant, pariter transierunt. Haec est, inquam, animae suavissima et saluberrima requies, conscientia munda, quieta, secura. Sit ergo beatae animae culcitra conscientiae suae puritas, sit capitale tranquillitas, sit opertorium ejus securitas: ut in hoc interim strato dormiat delectabiliter, feliciter requiescat.

Todavía pues está sellada sobre ellos la luz del rostro del Señor: y aunque no plena, tienen con todo mucha alegría en su corazón, hasta que venga aquel día en que los henchirá de alegría con su rostro. Entretanto, digo, se vuelven aquellas almas a su descanso, hasta que venga el día en que merezcan entrar en el descanso del Señor. Todavía las alaban en las puertas sus obras, hasta que venga cuando habrá para cada uno alabanza de parte de Dios. Veis, hermanos, cuán grande es la unidad de las Escrituras, cómo con un solo sentido y casi con las mismas palabras hablan de la bienaventuranza de las almas.

5. Ya en verdad ninguno de vosotros sospeche algún pequeño descanso o alegría de ellos, los cuales, libres del todo de cualquier molestia, recapacitan sus años en la dulzura de su alma; se alegran por los días en que fueron humillados, por los años en que vieron males; con grata admiración y maravillosa alegría consideran los peligros que evitaron, los trabajos que soportaron, los certámenes que vencieron; y por todo esto con cierta e indubitada fe esperan la bienaventurada esperanza y el advenimiento de la gloria del gran Dios y Salvador suyo, el cual resucitará y reformará sus cuerpos configurados a la claridad de su propio cuerpo.

6. ¡Cuán grande es su felicidad, cuán inmensa su alegría!, quienes ciertamente exultan con un triple gozo: por el recuerdo de la virtud pasada, por la exhibición del presente descanso, por la cierta esperanza de la futura consumación. Pues sobre aquella futura consumación tenemos la voz de ellos al fin de aquel salmo de que hablábamos arriba. Dicen pues cada una de las almas a las que ya se ha dado llegar a este descanso: «En paz en lo mismo dormiré y descansaré, porque tú, Señor, singularmente me has establecido en la esperanza». Singularmente, digo, en la esperanza, no ya entre la esperanza y el miedo, donde antes fluctuaba no sin muchísima solicitud y ansiedad. Así también sobre el presente descanso de los santos tenemos escrito en otro salmo: «Vuélvete, alma mía, a tu descanso, porque el Señor te ha favorecido». Bien, digo, ha hecho, aunque todavía no óptimamente. Finalmente oye cuán bien: «Porque libró mi alma de la muerte, mis ojos de las lágrimas, mis pies de la caída» (Sal 114, 7. 8): esto es, de todo pecado y de la pena del pecado, del miedo también y del peligro de recaer libró del todo. Este es el suavísimo lecho del alma, que ya con ninguna lágrima lava o riega, cuando enjuga Dios toda lágrima de sus ojos. Este el cubículo en el que ya no se siente remordimiento, ni se revuelve en su angustia mientras se clava la espina. Pues salió de aquella tierra que le germinaba espinas y abrojos. Este claramente el lecho del alma, que de ningún modo ya se revuelve en su enfermedad; puesto que todas las cosas que eran de enfermedad igualmente pasaron. Esta es, digo, la suavísima y salubérrima quietud del alma: la conciencia limpia, tranquila, segura. Sea pues la pureza de su conciencia el jergón del alma bienaventurada, sea la tranquilidad la almohada, sea la seguridad su cobertor, para que en este lecho entretanto duerma deleitablemente, descanse felizmente.

7. Jam vero de recordatione transactae virtutis habes in psalmo centesimo vicesimo tertio manifeste verba eorum, quae superius quoque commemoravi. Considerant enim et multa cum admiratione recogitant, a quibus laqueis, quantisque periculis divino meruerint auxilio liberari, et exsultantes in Domino dicunt: Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia Dominus erat in nobis, cum exsurgerent homines in nos, forte vivos deglutissent nos. Torrentem pertransivit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem; et addunt: Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum (Psal. CXXIII, 1-6). Sed et verba quae jam tempore suae resolutionis instante loquebatur Apostolus, de eo in quo nunc feliciter requiescit statu praesumpta, videntur et nunc ei multo melius convenire: nunc enim jam secure loquitor: Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: de reliquo reposita est mihi corona justitiae, quam reddet mihi Dominus in illum diem justus judex (II Tim. IV, 7, 8). Haec sunt, dico vobis, fratres, haec modo sunt universa sanctorum negotia, hic cibus, hic somnus eorum: et propterea voluit Spiritus sanctus scribi verba ea quae protulimus, caeteraque similia, ut ex his aliquatenus innotesceret nobis status eorum.

8. Longe aliter tamen afficiuntur in hujusmodi meditationibus, et multo amplius delectantur, quam nostra aut cogitatio capere, aut explicare queat oratio. Audi enim quomodo laboret propheta inculcans, et multiplicans verba, nec tamen sic digne magnificare valens quod intendit. Quam magna, inquit, multitudo dulcedinis tuae, Domine, quam abscondisti timentibus te! Quid tamen addidit? Perfecisti, inquit, eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum (Psal. XXX, 20). Est ergo multitudo dulcedinis, quae abscondita est, magna quidem et magna valde, necdum tamen perfecta; quoniam in manifesto perficietur, non in abscondito, quando non sub altari requiescent sancti, sed super thronos tanquam judices residebunt. Ad requiem enim exutae a corporibus animae sanctae protinus admittuntur; ad plenam autem gloriam regni non ita. Me exspectant justi, ait Propheta, cum adhuc detineretur in custodia corporis hujus, donec retribuas mihi (Psal. CXLI, 8). Et vox divina ad animas [.....] ctas corporum suorum resurrectionem flagitantes. Sustinete modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum vestrorum (Apoc. VI, 11). Sed jam sermo claudendus est: vocant enim nos missarum adhuc celebranda solemnia. Quod ergo restat adhuc de eadem materia, sermoni alteri reservemus.

7. Ya en verdad, sobre el recuerdo de la virtud pasada tienes en el salmo ciento veintitrés manifiestas palabras de ellos, las cuales también arriba conmemoré. Pues consideran y con mucha admiración recapacitan de qué lazos y de cuántos peligros merecieron ser librados por el auxilio divino, y exultando en el Señor dicen: «A no ser porque el Señor estaba en nosotros, diga ahora Israel, a no ser porque el Señor estaba en nosotros cuando se levantaron los hombres contra nosotros, tal vez vivos nos habrían devorado. Un torrente atravesó nuestra alma, quizás hubiera atravesado nuestra alma un agua intolerable»; y añaden: «Bendito el Señor que no nos dio en presa a los dientes de ellos» (Sal 123, 1-6). Pero también las palabras que ya, estando inminente el tiempo de su resolución, hablaba el Apóstol, presupuestas de aquel estado en que ahora felizmente descansa, parecen ahora convenirle mucho mejor: pues ahora ya habla con seguridad: «He combatido el buen combate, he terminado mi carrera, he guardado la fe: por lo demás, me está reservada la corona de la justicia, que me devolverá el Señor en aquel día, como justo juez» (2 Tim 4, 7. 8). Estos son, os digo, hermanos, estos son ahora todos los negocios de los santos, este su alimento, este su sueño; y por eso quiso el Espíritu Santo que se escribieran aquellas palabras que hemos citado, y otras semejantes, para que por ellas en alguna medida se nos diera a conocer el estado de ellos.

8. Muy de otro modo sin embargo son afectados en meditaciones de este tipo, y mucho más se deleitan de lo que o nuestro pensamiento puede captar o nuestro discurso puede explicar. Pues oye cómo trabaja el profeta insistiendo y multiplicando las palabras, y sin embargo no pudiendo así magnificar dignamente lo que pretende. «¡Cuán grande —dice— es la multitud de tu dulzura, Señor, que has escondido para los que te temen!». ¿Qué añadió empero? «La has perfeccionado —dice— para los que esperan en ti, a la vista de los hijos de los hombres» (Sal 30, 20). Hay pues una multitud de dulzura que está escondida, grande ciertamente y muy grande, pero todavía no perfecta; puesto que en lo manifiesto se perfeccionará, no en lo escondido, cuando no bajo el altar descansen los santos, sino que residan sobre tronos como jueces. Pues al descanso son admitidas al punto las almas santas salidas de los cuerpos; pero a la plena gloria del reino no así. «Me esperan los justos —dice el Profeta cuando aún era detenido en la custodia de este cuerpo— hasta que me des la recompensa» (Sal 141, 8). Y la voz divina a las almas que [...] pedían la resurrección de sus cuerpos. «Soportad un poco de tiempo, hasta que se complete el número de vuestros hermanos» (Apoc 14, 11). Pero ya se ha de cerrar el sermón: pues nos llaman las solemnidades de las misas que aún se han de celebrar. Lo que pues resta aún de la misma materia, reservémoslo para otro sermón.

Sermo III.

Quomodo animae sactae erunt sine macula et ruga.

1. Advertistis, nisi fallor, ex his quae praecedente sermone sunt dicta, tres esse sanctarum status animarum: primum videlicet in corpore corruptibili, secundum sine corpore, tertium in corpore jam glorificato. Primum in militia, secundum in requie, tertium in beatitudine consummata; primum denique in tabernaculis, secundum in atriis, tertium in domo Dei. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! multo magis tamen atria concupiscibilia, secundum quod addit: Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini (Psal. LXXXIII, 1, 2). Sed quoniam in ipsis quoque atriis nonnullus, ut audis, defectus est, beati omnino qui habitant in domo tua, Domine. Laetatus sum plane in his quae dicta sunt mihi, fratres, quoniam in domum Domini ibimus. Quod si quaeritis, unde id tam fiducialiter praesumam: inde sine dubio, quod jam multi ex nobis in atriis stent, exspectantes donec recipiant corpora sua, donec impleatur numerus fratrum. In illam enim beatissimam domum nec sine nobis intrahunt, nec sine corporibus suis, id est nec sancti sine plebe, nec spiritus sine carne. Neque enim praestari decet integram beatitudinem, donec sit homo integer cui detur; nec perfectione donari Ecclesiam imperfectam. Propterea cum resurrectionem expeterent corporum, sicut priore sermone jam diximus, acceperunt divinum responsum, dicens: Sustinete modicum tempus, donec compleatur numerus fratrum vestrorum (Apoc. VI, II). Acceperunt tamen jam singulas stolas; sed non vestientur duplicibus, donec vestiamur et nos: quomodo de patriarchis et de prophetis ait Apostolus: Deo melius aliquid providente pro nobis, ut non sine nobis consummarentur (Hebr. XI, 40). Stola enim prima ipsa est, quam diximus, felicitas et requies animarum: secunda vero immortalitas et gloria corporum. Unde et dicunt: Vindica, Domine, sanquinem sanctorum tuorum qui effusus est (Apoc. VI, 10), non tanquam vindictae cupidi, nec de propriae ultionis zelo; sed ex desiderio resurrectionis et glorificationis corporum suorum, quam nimirum usque in diem judicii differendam esse non dubitant.

2. Porro altare ipsum, de quo nobis habendus est sermo, ego pro meo sapere nihil aliud arbitror esse, quam corpus ipsum Domini Salvatoris . Credo autem quod et ego super hoc sensum ejus habeam, praesertim cum audiam eum in Evangelio promittentem: Ubicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquilae (Luc. XVII, 37). Interim ergo sub Christi humanitate feliciter sancti [alias, felices animae] quiescunt, in quam nimirum desiderant etiam angeli ipsi prospicere, donec veniat tempus, quando jam non sub altari collocentur, sed exaltentur super altare.

Sermón III.

Cómo las almas santas estarán sin mancha ni arruga.

1. Habéis advertido, si no me engaño, por lo que se ha dicho en el sermón precedente, que hay tres estados de las almas santas: el primero ciertamente en el cuerpo corruptible, el segundo sin cuerpo, el tercero en el cuerpo ya glorificado. El primero en la milicia, el segundo en el descanso, el tercero en la bienaventuranza consumada; el primero finalmente en los tabernáculos, el segundo en los atrios, el tercero en la casa de Dios. «¡Cuán amados son tus tabernáculos, Señor de las virtudes!»; mucho más sin embargo son deseables los atrios, según lo que añade: «Desea y desfallece mi alma por los atrios del Señor» (Sal 83, 1. 2). Pero puesto que en los mismos atrios hay algún desfallecimiento, como oyes, bienaventurados del todo los que habitan en tu casa, Señor. Me alegré claramente en lo que se me ha dicho, hermanos, porque iremos a la casa del Señor. Pero si preguntáis de dónde presumo eso tan fielmente: de allí sin duda, de que ya muchos de nosotros están en los atrios, esperando hasta que reciban sus cuerpos, hasta que se complete el número de los hermanos. Pues en aquella bienaventuradísima casa ni entran sin nosotros, ni sin sus cuerpos, esto es, ni los santos sin el pueblo, ni el espíritu sin la carne. Pues ni conviene que se preste la íntegra bienaventuranza hasta que esté íntegro el hombre a quien se dé; ni que se dote de perfección a la Iglesia imperfecta. Por eso, cuando pedían la resurrección de los cuerpos, como ya dijimos en el sermón anterior, recibieron una respuesta divina, diciendo: «Soportad un poco de tiempo hasta que se complete el número de vuestros hermanos» (Apoc 6, 11). Recibieron empero ya sendas estolas; pero no se vestirán con dobles hasta que nos vistamos también nosotros: como sobre los patriarcas y sobre los profetas dice el Apóstol: «Proveyendo Dios algo mejor para nosotros, para que no se consumaran sin nosotros» (Heb 11, 40). Pues la estola primera es esa misma que dijimos, la felicidad y el descanso de las almas; mas la segunda, la inmortalidad y la gloria de los cuerpos. De donde también dicen: «Venga, Señor, la sangre de tus santos que ha sido derramada» (Apoc 6, 10), no como deseosos de venganza ni por celo de la propia vindicta; sino por el deseo de la resurrección y glorificación de sus cuerpos, la cual sin duda no dudan que ha de ser diferida hasta el día del juicio.

2. Por lo demás, el altar mismo, del cual debemos hablar, yo según mi entender juzgo que no es otra cosa que el cuerpo mismo del Señor Salvador. Creo además que también yo tengo su sentido sobre esto, especialmente cuando le oigo prometer en el Evangelio: «Dondequiera que estuviere el cuerpo, allí se congregarán también las águilas» (Lc. 17, 37). Mientras tanto, pues, los santos [o bien, las almas felices] descansan bienaventuradamente bajo la humanidad de Cristo, en la cual sin duda desean mirar incluso los mismos ángeles, hasta que llegue el tiempo en que ya no sean colocados bajo el altar, sino exaltados sobre el altar.

Sed quid dixi? nunquid humanitatis Christi gloriam, non dicam hominum, sed vel angelorum assequi poterit quis, nedum superare? Quonam igitur modo super altare dixerim exaltandos eos, qui nunc sub altare quiescunt? Visione utique et contemplatione, non praelatione. Ostendet enim nobis Filius, ut pollicitus est, semetipsum (Joan. XIV, 21), non in forma servi, sed in forma Dei. Ostendet etiam nobis Patrem et Spiritum sanctum, sine qua nimirum visione nihil sufficeret nobis; quoniam haec est vita aeterna, ut cognoscamus Patrem verum Deum, et quem misit Jesum Christum (Joan. XVII, 3), et in eis, quod non est dubium, etiam Spiritum utriusque. Transiens quippe ministrabit nobis, novas utique, et usque ad tempus illud nobis penitus inexpertas delicias manifestae suae contemplationis. Unde et beatus Joannes in Epistola sua: Nunc, inquit, filii Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus; et addit: Scimus autem quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est (I Joan. III, 2). Audi denique sponsam in Cantico canticorum fiducialiter loquentem, et spe quidem jam super altare locatam. Laeva ejus, haud dubium quin sponsi, sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me (Cant. II, 6). Transcendit enim beata anima Christi incarnationem et humanitatem, quae nimirum laeva ejus jure vocatur; ut divinitatem ejus et majestatem ejus, quam non incongrue dexteram nominat, sublimius contempletur.

3. Tripliciter enim, fratres, in aeterna illa et perfecta beatitudine fruemur Deo, videntes eum in omnibus creaturis, habentes eum in nobis ipsis, et (quod his omnibus ineffabiliter jucundius sit atque beatius) ipsam quoque cognoscentes in semetipsa Trinitatem, et gloriam illam sine ullo aenigmate mundo cordis oculo contemplantes. In hoc enim erit vita aeterna et perfecta, ut cognoscamus Patrem, et Filium cum sancto Spiritu, et videamus Deum sicuti est: id est, non modo sicut inest nobis videlicet, aut caeteris creaturis, sed sicut est in semetipso. Unde duo illa velut circumjacentia esse videntur quae praediximus, et quasi cortex tritici: haec vero cognitio, summa beatitudinis, tritici medulla, adeps frumenti, quo nimirum civitas sancta Jerusalem satiatur (Psal. CXLVII, 14). Verum quam magna est beatitudo illa, tam abscondita est ab oculis nostris; quoniam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor 1037 hominis ascendit, quanta claritas, quanta suavitas, quanta jucunditas maneat nos in illa cognitione. Pax Dei est illa, quae exsuperat omnem intellectum; quanto magis omnem sermonem nostrum? Quod ergo nulli datum est experiri, nullus conetur effari. Mensuram, ait Dominus, plenam, et confertam, et coagitatam, et supereffluentem dabunt in sinus vestros (Luc. VI, 38). Plenam universitate creaturarum, confertam in interiore homine nostro, cogitatam in exteriore, supereffluentem in Deo ipso. Ibi cumulus felicitatis, ibi supereminens gloria, ibi supereffluens beatitudo.

¿Pero qué dije? ¿Acaso podrá alguien alcanzar la gloria de la humanidad de Cristo, no digo de los hombres, sino ni siquiera de los ángeles, cuanto menos superarla? ¿De qué modo, pues, diré que han de ser exaltados sobre el altar aquellos que ahora descansan bajo el altar? Por la visión ciertamente y la contemplación, no por la prelación. Pues el Hijo nos mostrará a sí mismo, como prometió (Jn. 14, 21), no en forma de siervo, sino en forma de Dios. Nos mostrará también al Padre y al Espíritu Santo, sin cuya visión sin duda nada nos bastaría; porque esta es la vida eterna, que conozcamos al Padre verdadero Dios, y a Jesucristo a quien envió (Jn. 17, 3), y en ellos, lo cual no es dudoso, también el Espíritu de ambos. Pasando nos servirá ciertamente las nuevas delicias de su manifiesta contemplación, enteramente inexperimentadas por nosotros hasta aquel tiempo. De donde también el bienaventurado Juan en su Epístola dice: «Ahora somos hijos de Dios, pero aún no ha aparecido qué seremos»; y añade: «Pero sabemos que cuando aparezca, seremos semejantes a él, porque lo veremos tal como es» (1 Jn. 3, 2). Escucha finalmente a la esposa en el Cantar de los Cantares hablando confiadamente, y por la esperanza ya colocada sobre el altar. «Su izquierda, sin duda del esposo, bajo mi cabeza, y su diestra me abrazará» (Cant. 2, 6). Pues el alma bienaventurada trasciende la encarnación y humanidad de Cristo, la cual sin duda con razón se llama su izquierda; para que contemple más sublimemente su divinidad y su majestad, a la cual no incongruentemente nombra su diestra.

3. Pues de modo triple, hermanos, en aquella eterna y perfecta bienaventuranza gozaremos de Dios, viéndolo en todas las criaturas, teniéndolo en nosotros mismos, y (lo que es inefablemente más gozoso y más bienaventurado que todo esto) conociendo también en sí misma a la Trinidad, y contemplando aquella gloria sin enigma alguno con el ojo mundo del corazón. Pues en esto consistirá la vida eterna y perfecta, que conozcamos al Padre y al Hijo con el Espíritu Santo, y veamos a Dios tal como es: es decir, no solo como está en nosotros o en las demás criaturas, sino como es en sí mismo. De donde aquellas dos cosas que mencionamos parecen ser como circundantes y como la corteza del trigo: pero este conocimiento, la cumbre de la bienaventuranza, es la médula del trigo, el adeps del frumento, con el cual sin duda se sacia la santa ciudad de Jerusalén (Sal. 147, 14). Pero cuán grande es aquella bienaventuranza, tan escondida está de nuestros ojos; porque ni el ojo vio, ni el oído oyó, ni subió al corazón del hombre, cuánta claridad, cuánta suavidad, cuánta alegría nos aguarda en aquel conocimiento. Esa es la paz de Dios que sobrepasa todo entendimiento; ¿cuánto más todo nuestro discurso? Lo que pues a nadie le ha sido dado experimentar, nadie intente expresar. «Una medida», dice el Señor, «llena, y apretada, y remecida, y que se derrama, darán en vuestros senos» (Lc. 6, 38). Llena con la universalidad de las criaturas, apretada en nuestro hombre interior, remecida en el exterior, desbordante en Dios mismo. Allí el cúmulo de la felicidad, allí la gloria supereminente, allí la bienaventuranza que sobreabunda.

4. Nam quomodo videndus sit in creaturis, quomodo in nobis habendus, possumus vel ex parte conjicere, ex ipsis nimirum, quas accepimus jam, primitiis spiritus. Cognitio autem illa omnino adhuc nobis incognita est: mirabilis facta est; confortata est, ut non possimus ad eam. At vero quemadmodum in creaturis videndus sit, possumus aliquatenus intelligere, nimirum cum et modo videatur in ipsis: unde et philosophi, Apostolo teste, per ea quae facta sunt, Dei invisibilia conspexere (Rom. I, 20). Verum quantumcunque proficiat quis intelligendo conspicere, quam potentissime, quam prudentissime, quam benignissime majestas aeterna omnia fecerit, cuncta regat, ordinet universa; prorsus modicum ab eo quod est comprehendit. Veniet autem, quando jam, ut in praecedenti sermone diximus, sequemur Agnum quocunque ierit, et in omnibus consequemur creaturis, ut in omnibus gaudeamus, quod est gaudium Domini Dei nostri. Gaudeamus sane in omnibus, sed non aliunde quam de ipso, sicut et ipse non aliis fruitur, sed semetipso.

5. Jam vero quemadmodum in nobis habendus sit, et hoc vel ex parte possumus cogitare. Constat enim animarum triplicem esse naturam. Unde et sapientes mundi hujus animam humanam, rationalem, irascibilem, concupiscibilem esse tradiderunt: quam utique triplicem vim animae ipsa quoque natura et quotidiana experimenta nos docent. Porro quemadmodum circa rationale nostrum, et scientia, et ignorantia constat, tanquam habitus et privatio: sic et circa concupiscibile, desiderium et contemptus: et circa id quod dicitur irascibile, et laetitia pariter, et ira versatur. Implebit ergo Deus rationale nostrum luce sapientiae, ita ut penitus nobis nihil desit in ulla scientia. Implebit concupiscibile nostrum fonte justitiae, ut omnino desideremus eam, et ea penitus repleamur, sicut scriptum est: Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur (Matth. v, 6). Nulla enim alia res implere potest desiderium animae, nulla alia praeter justitiam beatificare animam potest. Cum ergo repleverit Deus concupiscibile nostrum justitia; quidquid respuere debet anima, respuet; quidquid debet concupiscere, concupiscet: et ex omnibus id magis appetet, quod magis fuerit appetendum. Merito denique concupiscibili nostro justitiam attribuimus, ex quo nimirum aut justi, aut injusti reputamur. Jam vero quod dicitur in nobis irascibile, cum repleverit illud Deus, perfecta erit in nobis tranquillitas, et in summam jucunditatem atque laetitiam replebimur pace divina.

4. Pues cÃ³mo ha de ser visto en las criaturas, cÃ³mo ha de ser tenido en nosotros, podemos incluso en parte conjeturar, de aquellas mismas, ciertamente, que recibimos ya, las primicias del espÃritu. Pero aquel conocimiento del todo todavÃa nos es incÃ³gnito: Â«maravilloso se ha hecho; se ha fortalecido, de modo que no podemos llegar a Ã©lÂ». Mas en verdad, de quÃ© modo en las criaturas ha de ser visto, podemos en alguna medida entenderlo, sin duda cuando incluso ahora se ve en ellas: de donde tambiÃ©n los filÃ³sofos, por testimonio del ApÃ³stol, Â«por lo que ha sido hechoÂ», contemplaron Â«las cosas invisibles de DiosÂ» (Rom 1, 20). Pero por mÃ¡s que aproveche alguien viendo con el entendimiento cuÃ¡n potentÃsimamente, cuÃ¡n prudentÃsimamente, cuÃ¡n benignÃsimamente la majestad eterna todo lo hizo, todo lo rige, lo ordena todo; de plano un poquito de lo que es comprende. VendrÃ¡ empero cuando ya, como en el sermÃ³n precedente dijimos, sigamos al Cordero adondequiera que fuere, y en todas le sigamos las criaturas, para que en todas nos gocemos, lo cual es el gozo del SeÃ±or Dios nuestro. GocÃ©monos sanamente en todas, pero no de otra parte sino de Ã©l mismo, como tambiÃ©n Ã©l mismo no de otras cosas goza, sino de sÃ mismo.

5. Ya en verdad de quÃ© modo ha de ser tenido en nosotros, tambiÃ©n esto incluso en parte podemos pensarlo. Consta pues que de las almas la naturaleza es triple. De donde tambiÃ©n los sabios de este mundo la humana alma racional, irascible, concupiscible ser entregaron: la cual ciertamente triple fuerza del alma la misma tambiÃ©n naturaleza y cotidianos experimentos nos enseÃ±an. Por lo demÃ¡s, como en torno a lo racional nuestro, y la ciencia y la ignorancia consta, como hÃ¡bito y privaciÃ³n: asÃ tambiÃ©n en torno a lo concupiscible, el deseo y el desprecio: y en torno a lo que se dice irascible, tanto la alegrÃa igualmente como la ira se versan. LlenarÃ¡ pues Dios nuestro racional con la luz de la sabidurÃa, de modo que de plano nada nos falte en ninguna ciencia. LlenarÃ¡ nuestro concupiscible con la fuente de la justicia, para que del todo la deseemos, y de ella plenamente seamos rellenados, como estÃ¡ escrito: Â«Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos serÃ¡n saciadosÂ» (Mt 5, 6). Pues ninguna otra cosa puede llenar el deseo del alma, ninguna otra fuera de la justicia puede bienaventurar el alma. Cuando pues hubiere rellenado Dios nuestro concupiscible con la justicia; lo que debe rechazar el alma, lo rechazarÃ¡; lo que debe concupiscer, lo concupiscerÃ¡: y de todas las cosas aquello mÃ¡s apetecerÃ¡ que mÃ¡s hubiere de ser apetecido. Merecidamente finalmente a nuestro concupiscible la justicia atribuimos, por lo cual ciertamente o justos o injustos somos reputados. Ya en verdad lo que se dice en nosotros irascible, cuando lo hubiere rellenado Dios, perfecta serÃ¡ en nosotros la tranquilidad, y en la suma jocundidad y alegrÃa seremos rellenados con la paz divina.

Et vide si non etiam in his tribus perfecta, quantum sane ad animam spectat, beatitudo consistit: quando scientia jam non inflabit propter justitiam; jam non contristabit propter laetitiam, ut cesset proverbium illud: Qui apponit scientiam, apponit et dolorem (Eccle. I, 18): quando justitia nec indiscreta erit propter scientiam, nec onerosa propter laetitiam: quando laetitia nec inepta [alias, suspecta] erit propter scientiam, nec impura propter justitiam.

6. Sed in his omnibus nihil adhuc exterior homo noster accepit. Ipsi ergo, ut inhabitet gloria etiam in terra nostra (Psal. LXXXIV, 10), et juxta alium prophetam repleatur majestate Domini omnis terra (Isai. VI, 3), quatuor sunt quaerenda, quem nimirum constat ex elementis quatuor esse compactum. Nec mireris quod pluribus indigere videtur qui miserior est, cum et in psalmo legeris, dicente Propheta: Si tivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea! (Psal. LXII, 2.) Habeat ergo terra nostra immortalitatem, ne jam timeat denuo se in pulverem redigendam. Resurgens enim corpus nostrum jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Sed quid proderit, si forte contingat in aeternum vivere in miseriis et aerumnis passibilitatis hujus, qua nimirum incessanter corruptibile hoc corpus affligitur; et si non semel, utique semper moritur? Habeat certe etiam aliquando omnimodam impassibilitatem. Ab humoribus enim inordinatis causas aiunt procedere passionum. Sed jam desiderat corpus nostrum etiam levitatem, secundum eam nimirum quam habet ex aere portionem, ne vel ipso onere sit molestum. Tanta itaque futura credenda est corporum levitas et agilitas beatorum, ut possint, si velint, absque omni mora seu difficultate ipsam quoque cogitationum nostrarum sequi ad omnia velocitatem. Quid ultra deest ad perfectam corporis beatitudinem? Sola utique pulchritudo. Hanc perfectissimam habituri, non immerito possumus attribuere ei parti, quam habemus ab igne. Salvatorem enim exspectamus, ut ait Apostolus, qui reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae (Philipp. III, 20, 21), exhibens quod pollicitus est, quoniam fulgebunt justi sicut sol in regno Patris eorum (Matth. XIII, 43). Sic ergo replebit animas nostras Deus, cum perfecta in eis scientia fuerit, perfecta justitia, perfecta laetitia. Sic replebitur majestate ejus omnis terra, cum fuerit corpus incorruptibile, impassibile, agile, configuratum denique corpori claritatis suae. Et vide ne forte isti sint septem panes, quibus quatuor hominum millia Salvator legitur satiasse, e quibus ejusdem numeri sportas plenas apostoli reservandas sustulerunt (Matth. XV, 32, 38). Nunc enim reficimur panibus istis, cum jucunda meditatione beatam spem ruminamus: donec veniat, cum jam non de spe, sed de re ipsa et exhibitione gaudentes, quasi plenas sportas recipere pro panibus singulis mereamur.

Y ve si no tambiÃ©n en estos tres la perfecta bienaventuranza, en cuanto ciertamente al alma toca, consiste: cuando la ciencia ya no inflarÃ¡ por la justicia; ya no contristarÃ¡ por la alegrÃa, para que cese aquel proverbio: Â«Quien aÃ±ade ciencia, aÃ±ade tambiÃ©n dolorÂ» (Ecl 1, 18): cuando la justicia ni serÃ¡ indiscreta por la ciencia, ni onerosa por la alegrÃa: cuando la alegrÃa ni serÃ¡ inepta [o bien, sospechosa] por la ciencia, ni impura por la justicia.

6. Pero en todas estas cosas nada todavÃa nuestro hombre exterior ha recibido. Para Ã©l pues, para que Â«habite la gloria tambiÃ©n en nuestra tierraÂ» (Sal 84, 10), y segÃºn otro profeta Â«se rellene de la majestad del SeÃ±or toda la tierraÂ» (Is 6, 3), cuatro son las cosas que se han de buscar, de quien sin duda consta que estÃ¡ compactado de cuatro elementos. Ni te maravilles de que mÃ¡s parece necesitar quien mÃ¡s miserable es, cuando tambiÃ©n en el salmo hayas leÃdo, diciendo el Profeta: Â«Â¡Si de ti tuvo sed mi alma, cuÃ¡n mÃºltiplemente de ti mi carne!Â» (Sal 61, 2). Tenga pues nuestra tierra inmortalidad, para que ya no tema ser de nuevo en polvo reducida. Pues resurgiendo nuestro cuerpo ya no muere; Â«la muerte ya no le dominarÃ¡Â». Pero Â¿quÃ© aprovecharÃ¡, si por acaso aconteciere vivir eternamente en las miserias y penurias de esta pasibilidad, por la cual sin duda incesantemente este cuerpo corruptible es afligido; y si no muere una vez, ciertamente siempre muere? Tenga ciertamente tambiÃ©n alguna vez omnÃmoda impasibilidad. De los humores pues desordenados dicen que proceden las causas de las pasiones. Pero ya desea nuestro cuerpo tambiÃ©n ligereza, segÃºn aquella porciÃ³n que tiene del aire ciertamente, para que ni por el mismo peso sea molesto. Tan grande por tanto ha de creerse la futura ligereza y agilidad de los cuerpos de los bienaventurados, que puedan, si quieren, sin ninguna demora o dificultad, seguir incluso la velocidad de nuestros pensamientos para todas las cosas. Â¿QuÃ© mÃ¡s falta para la perfecta bienaventuranza del cuerpo? Sola ciertamente la hermosura. Habiendo de tener esta perfectÃsima, no sin mÃ©rito podemos atribuirla a aquella parte que tenemos del fuego. Pues Â«al Salvador esperamosÂ», como dice el ApÃ³stol, Â«que reformarÃ¡ el cuerpo de nuestra humildad, configurado al cuerpo de su claridadÂ» (Fil 3, 20. 21), exhibiendo lo que prometiÃ³, porque Â«brillarÃ¡n los justos como el sol en el reino de su PadreÂ» (Mt 13, 43). AsÃ pues rellenarÃ¡ Dios nuestras almas, cuando la perfecta en ellas ciencia hubiere sido, la perfecta justicia, la perfecta alegrÃa. AsÃ se rellenarÃ¡ de su majestad toda la tierra, cuando hubiere sido el cuerpo incorruptible, impasible, Ã¡gil, configurado finalmente al cuerpo de su claridad. Y ve si no por acaso estos son los siete panes con que el Salvador se lee que saciÃ³ a cuatro mil hombres, de los cuales del mismo nÃºmero las espuertas llenas los apÃ³stoles para ser reservadas se llevaron (Mt 15, 32. 38). Pues ahora nos refrescamos con estos panes cuando con jocunda meditaciÃ³n la bienaventurada esperanza rumiamos: hasta que venga, cuando ya no de la esperanza, sino de la cosa misma y de la exhibiciÃ³n gozosos, casi espuertas llenas recibir por los panes individuales merezcamos.

SERMO V.

1. Festiva nobis est dies, et inter praecipuas solemnitates hodierna solemnitas numeratur. Quid ergo dicimus? cujus apostoli, cujus martyris, cujus sancti? Non unius alicujus singulariter, sed pariter universorum. Omnes siquidem novimus festivitatem Omnium Sanctorum dici, et esse, quam hodie celebramus. Omnium, inquam, sive coelestium, sive terrestrium. Sunt enim sancti de coelo, et sunt sancti de terra: itemque eorum qui de terra sunt, quidam adhuc in terra, aliqui jam in coelo. Celebratur ergo festivitas omnium horum communiter, sed forsitan non uniformiter. Neque hoc mirum, cum non sit ne ipsa quidem sanctitas omnium uniformis, sed inter sanctos et sanctos distet, idque non parum. Nec modo dico, quia alius alio sanctior (haec enim quantitatis potius, quam qualitatis distantia est); sed quod non modo magis et minus, verum etiam aliter atque aliter sanctos dici, et vere dici inveniamus. Et forte inter angelos atque homines assignari possit ista diversitas sanctitatis pariter et celebritatis. Neque enim tanquam triumphantes honorari posse videntur, qui nunquam pugnasse noscuntur. Aliter tamen honorandi sunt nimis etiam ipsi, tanquam amici tui, Deus, cujus nimirum voluntati semper adhaeserunt, tanta utique felicitate, quanta facilitate. Nisi forte in eo pugnasse creduntur, quod peccantibus aliis viriliter perstiterunt, non abeuntes in concilio impiorum, sed singuli quique dicentes: Mihi autem adhaerere Deo bonum est (Psal. LXXII, 28). Celebranda ergo in eis gratia praeveniens in benedictione dulcedinis; honoranda benignitas Dei, non ad poenitentiam adducens, sed abducens, ab omnibus, quibus poenitentia deberetur; non eripiens a tentatione, sed a tentatione conservans.

2. Aliud sane in his sanctitatis genus, et proprio modo videbitur honorandum, qui venerunt ex magna tribulatione, et dealbaverunt stolas suas in sanguine Agni (Apoc. VII, 14): qui post multos agones jam nunc triumphant in coelis coronati, quoniam legitime certaverunt. Estne adhuc sanctorum aliquod tertium genus? Est, sed occultum. Sunt enim sancti qui adhuc militant, adhuc pugnant; currunt adhuc, necdum comprehenderunt. Temerarie forsitan hujusmodi videar dicere sanctos; sed tamen novi unum ex his non veritum dicere Deo: Custodi animam meam, quoniam sanctus sum (Psal. LXXXV, 2).

SERMÃ“N V.

1. Festiva para nosotros es la dÃa, y entre las principales solemnidades la de hoy se numera. Â¿QuÃ© pues decimos? Â¿De quÃ© apÃ³stol, de quÃ© mÃ¡rtir, de quÃ© santo? No de uno cualquiera singularmente, sino por igual de todos. Pues todos conocemos que se dice la festividad de Todos los Santos, y es la que hoy celebramos. De todos, digo, ya celestiales, ya terrestres. Pues hay santos del cielo, y hay santos de la tierra: e igualmente de los que son de la tierra, algunos todavÃa en la tierra, otros ya en el cielo. Se celebra pues la festividad de todos estos comÃºnmente, pero acaso no uniformemente. Ni esto es de maravillar, pues no es ni siquiera la santidad de todos uniforme, sino que entre santos y santos dista, y eso no poco. Ni solo digo porque uno sea mÃ¡s santo que otro (pues esto es distancia de cantidad mÃ¡s que de cualidad); sino que no solo mÃ¡s y menos, sino tambiÃ©n de un modo y de otro encontramos que son llamados santos, y verdaderamente llamados. Y acaso entre los Ã¡ngeles y los hombres pueda asignarse esta diversidad de santidad igualmente y de celebridad. Pues ni como triunfantes parecen poder ser honrados quienes nunca se sabe que hayan luchado. De otro modo empero han de ser honrados excesivamente tambiÃ©n ellos, como amigos tuyos, Dios, a cuya voluntad ciertamente siempre se adhirieron, con tanta felicidad, ciertamente, como con facilidad. A no ser que acaso en eso se crean haber luchado: en que pecando otros varonilmente persistieron, no marchando en el consejo de los impÃos, sino cada uno diciendo: Â«Para mÃ empero adherirme a Dios es buenoÂ» (Sal 72, 28). Ha de celebrarse pues en ellos la gracia preveniente en la bendiciÃ³n de la dulzura; ha de honrarse la benignidad de Dios, no a la penitencia conduciendo, sino de todas las cosas apartando por las cuales la penitencia se debiera; no arrebatando de la tentaciÃ³n, sino de la tentaciÃ³n conservando.

2. Otro ciertamente en estos de santidad gÃ©nero, y de propio modo se verÃ¡ que ha de ser honrado: los que vinieron de la gran tribulaciÃ³n, y blanquearon sus estolas en la sangre del Cordero (Apoc 7, 14): los que tras muchos agones ya ahora triunfan en los cielos coronados, porque legÃtimamente combatieron. Â¿Hay todavÃa de los santos algÃºn tercer gÃ©nero? Lo hay, pero oculto. Pues son santos los que todavÃa militan, todavÃa luchan; corren todavÃa, aÃºn no alcanzaron. Temerariamente acaso este tipo de hombres me parezca decir santos; pero sin embargo conozco a uno de estos no temiendo decir a Dios: Â«Custodia mi alma, porque santo soyÂ» (Sal 84, 2).

Sic et Apostolus, divinorum conscius secretorum, evidentius ait: Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti (Rom. VIII, 28). Haec nimirum diversitas appellationis in nomine sanctitatis, ut alii quidem jam secundum consummationem sancti vocentur, alii juxta solam adhuc praedestinationem. Latet ergo hujusmodi sanctitas penes Deum; clausa est, et clause quodammodo celebratur. Siquidem nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit; sed in futurum omnia reservantur incerta (Eccle. IX, 1, 2). Sit ergo istorum celebritas sanctorum in corde Dei; quoniam novit Dominus qui sunt ejus, et ipse scit quos elegerit a principio. Sit etiam apud administratorios illos spiritus, qui mittuntur in ministerium propter eos qui haereditatem capient salutis: nos in vita sua laudare hominem prohibemur. Quomodo namque secura laudatio, ubi nec ipsa vita secura? Non coronabitur nisi qui legitime certaverit, ait tuba illa coelestis (II Tim. II, 5). Et legem certaminis ab ore ipsius legislatoris ausculta: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit (Matth. X, 22). Nescis quis sit perseveraturus, nescis quis sit legitime certaturus, nescis quis coronam sit accepturus.

3. Illorum lauda virtutem, quorum jam certa victory est; illos devotis extolle praeconiis, quorum secure potes adgaudere coronis. Cantavimus sanctis hac nocte, dicentes: Timete Dominum, omnes sancti ejus (Psal. XXXIII, 10); sed non istis. Non, inquam, eos qui perseveraverunt usque in finem, timere hortabamur, quia scriptum est: Jam non erit timor in finibus nostris. Illis potius dicebamus sanctis, quibus custodia multiplex necessaria est pro multitudine periculorum. Siquidem non est eis colluctatio adversus carnem et sanguinem tantum, sed adversus principatus quoque et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in coelestibus (Ephes. VI, 12). Egent plane custodia, qui tam multipliciter, non modo cominus, sed eminus appetuntur. Et ubi tot pugnae foris, non debent intus deesse timores, ut merito his dicatur: Timete Dominum, omnes sancti ejus. Tota interim beatitudo nostra est timere Deum, dicente Scriptura: Beatus homo qui semper est pavidus (Prov. XXVIII, 14). Et item Psalmista ait: Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus (Psal. CXXVII, 1). Caeterum longe aliter beati, in quibus jam perfecta charitas foras misit timorem, nec jam timent ambulantes in viis, sed laudant potius habitantes in domo, sicut idem ait: Beati qui habitant in domo tua, Domine; in saecula saeculorum laudabunt te (Psal. LXXXIII, 5). Nostra ergo felicitas, nuestra interim festivitas, in timore Dei: nam illorum magis in exsultatione et laude versatur.

AsÃ tambiÃ©n el ApÃ³stol, de los divinos secretos consciente, mÃ¡s evidentemente dice: Â«Sabemos que para los que aman a Dios todas las cosas cooperan para el bien, para los que segÃºn su propÃ³sito son llamados santosÂ» (Rom 8, 28). Esta ciertamente diversidad de apelaciÃ³n en el nombre de santidad, que unos ciertamente ya segÃºn la consumaciÃ³n santos sean llamados, otros segÃºn la sola todavÃa predestinaciÃ³n. Yace pues tal santidad oculta ante Dios; cerrada estÃ¡, y cerradamente en cierto modo se celebra. Pues no sabe el hombre si es digno de amor o de odio; sino que para el futuro todas las cosas se reservan inciertas (Ecl 9, 1. 2). Sea pues de estos la celebridad de los santos en el corazÃ³n de Dios; puesto que conoce el SeÃ±or quiÃ©nes son los suyos, y Ã©l sabe a quiÃ©nes eligiÃ³ desde el principio. Sea tambiÃ©n ante los espÃritus administradores aquellos que son enviados en ministerio por causa de los que la herencia recibirÃ¡n de la salud: nosotros en su vida alabar al hombre se nos prohÃbe. Â¿CÃ³mo pues segura la alabanza, donde ni la misma vida segura? Â«No serÃ¡ coronado sino quien legÃtimamente hubiere combatidoÂ», dice aquella trompeta celestial (2 Tim 2, 5). Y la ley del certamen de la boca del mismo legislador escucha: Â«Quien perseverare hasta el fin, este salvo serÃ¡Â» (Mt 10, 22). No sabes quiÃ©nes ha de perseverar, no sabes quiÃ©n ha de combatir legÃtimamente, no sabes quiÃ©n la corona ha de recibir.

3. Alaba la virtud de aquellos cuya victoria es ya cierta; a ellos ensÃ¡lzales con devotos elogios, en cuyas coronas seguramente puedas gozarte. Cantamos a los santos esta noche, diciendo: Â«Temed al SeÃ±or, todos sus santosÂ» (Sal 33, 10); pero no a aquellos. No, digo, a los que perseveraron hasta el fin, a temer exhortÃ¡bamos, porque escrito estÃ¡: Â«Ya no habrÃ¡ temor en nuestros confinesÂ». A aquellos mÃ¡s bien decÃamos santos, para quienes la custodia mÃºltiple es necesaria por la multitud de los peligros. Puesto que no es para ellos la lucha contra la carne y la sangre solamente, sino contra los principados tambiÃ©n y las potestades, contra los rectores del mundo de estas tinieblas, contra las cosas espirituales de la maldad en las alturas (Ef 6, 12). Necesitan de plano custodia quienes tan mÃºltiplemente, no solo de cerca, sino de lejos son atacados. Y donde tantas luchas fuera, no deben dentro faltar temores, para que con mÃ©rito a estos se diga: Â«Temed al SeÃ±or, todos sus santosÂ». Toda entretanto nuestra bienaventuranza es temer a Dios, diciendo la Escritura: Â«Bienaventurado el hombre que siempre estÃ¡ temerosoÂ» (Prov 28, 14). E igualmente el Salmista dice: Â«Bienaventurados todos los que temen al SeÃ±or, que andan en sus caminosÂ» (Sal 126, 1). Por lo demÃ¡s, muy de otro modo bienaventurados aquellos en quienes ya la perfecta caridad echÃ³ fuera el temor, ni ya temen andando en los caminos, sino que alaban mÃ¡s bien habitando en la casa, como el mismo dice: Â«Bienaventurados los que habitan en tu casa, SeÃ±or; por los siglos de los siglos te alabarÃ¡nÂ» (Sal 82, 5). Nuestra felicidad pues, nuestra festividad entretanto, estÃ¡ en el temor de Dios: pues la de ellos mÃ¡s en la exultaciÃacute;n y la alabanza se versa.

4. Inde est quod secure laudantur homines, qui non sua jam vivunt vita, sed Dei: nam hominum utique vita tentatio est. Est autem gemina quaedam securitas laudis hujus: nisi quod forte videbitur, si diligenter attendimus intra alteram altera comprehendi. Siquidem non est quod laudare vereamur verissime, certissimeque laudabiles: non est quod glorificare cunctemur sic absorptos in gloria, ut nostra omnino nequeant laudatione moveri. Non enim est quo vanitas intret, ubi veritas jam totum occupavit. Sed quaenam, inquies, gloria sanctis? Neque enim singuli sese glorificant, quia scriptum est: Non te laudet os tuum (Prov. XXVII). Non vicissim alter alterum laudat, quia in laudem Conditoris intenti et extenti, in quo nimirum tota eis reposita est beatitudo, mutuis nunquam vacare laudibus possunt, dicente Propheta, sicut supra quoque meminimus: Beati qui habitant in domo tua, Domine; in saecula saeculorum laudabunt te. Verumtamen non acquiesco expertes gloriae credere sanctos, maxime propter illud quod Apostolus ait: Quod in praesenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitatem aeternum gloriae pondus operabitur in nobis (II Cor. IV, 17). Et Propheta: Visita nos in salutari tuo, ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad laetandum in laetitia gentis tuae, ut lauderis cum haereditate tua (Psal. CV, 4, 5). Non enim ait: Ut lauderis ab haereditate tua; sed, cum haereditate tua, ut communis intelligatur futura laudatio. Quod si ipsa laudat haereditas Dominum; haereditatem quis laudet, ab Apostolo audiamus. Tunc, inquit, unicuique laus erit. A quo? A Deo (I Cor. IV, 5). Magnus laudator, et vehementer ambienda laudatio. Felix commutatio laudis, ubi et laudare beatum est, et laudari.

5. Ad quid ergo sanctis laus nostra? ad quid glorificatio nostra? ad quid nostra haec ipsa solemnitas? Quo eis terrenos honores, quos juxta veracem Filii promissionem honorificat Pater coelestis? Quo eis praeconia nostra? pleni sunt. Prorsus ita est, dilectissimi, honorum nostrorum sancti non egent, nec quidquam eis nostra devotione praestatur. Plane quod eorum memoriam veneramur, nostra interest, non ipsorum. Vultis scire quantum interest nostra? Ego in me, fateor, ex hac recordatione sentio desiderium vehemens inflammari, et desiderium triplex.

4. De ahÃ es que seguramente son alabados los hombres que no ya su propia vida viven, sino la de Dios: pues la vida de los hombres es ciertamente una tentaciÃ³n. Hay empero una cierta gemela seguridad de esta alabanza: a no ser que acaso se vea, si atentamente miramos, que la una estÃ¡ comprendida dentro de la otra. Puesto que no hay por quÃ© temamos alabar a los que muy verdaderamente y muy ciertamente son alabables: no hay por quÃ© dudemos en glorificar a los tan absorbidos en la gloria, que por nuestra alabanza del todo no puedan ser movidos. Pues no hay por dÃ³nde la vanidad entre donde la verdad ya todo lo ocupÃ³. Pero Â¿cuÃ¡l gloria, dirÃ¡s, para los santos? Pues ni cada uno se glorifica a sÃ mismo, porque escrito estÃ¡: Â«No te alabe tu propia bocaÂ» (Prov 27, 2). Ni por turno el uno al otro se alaba, porque en la alabanza del Creador intentos y extendidos, en quien sin duda toda su bienaventuranza estÃ¡ repuesta, para mutuas alabanzas nunca pueden vacar, diciendo el Profeta, como arriba tambiÃ©n recordamos: Â«Bienaventurados los que habitan en tu casa, SeÃ±or; por los siglos de los siglos te alabarÃ¡nÂ». Sin embargo no me aquieto en creer que los santos estÃ©n exentos de gloria, mÃ¡ximamente por aquello que el ApÃ³stol dice: Â«Lo que en el presente es momentÃ¡neo y leve de nuestra tribulaciÃ³n, sobre medida en sublimidad un eterno peso de gloria obrarÃ¡ en nosotrosÂ» (2 Cor 4, 17). Y el Profeta: Â«VisÃtanos en tu salud, para ver en la bondad de tus elegidos, para gozarnos en la alegrÃa de tu naciÃ³n, para que seas alabado con tu herenciaÂ» (Sal 104, 4. 5). Pues no dijo: Para que seas alabado POR tu herencia; sino, CON tu herencia, para que una comÃºn alabanza futura se entienda. Que si la misma herencia alaba al SeÃ±or; a la herencia quiÃ©n la alabe, del ApÃ³stol lo oigamos. Â«Entonces â€”diceâ€” para cada uno habrÃ¡ alabanzaÂ». Â¿De quiÃ©n? Â«De DiosÂ» (1 Cor 4, 5). Gran alabador, y alabanza vehementemente deseable. Feliz conmutaciÃ³n de alabanza, donde tanto alabar es bienaventurado como ser alabado.

5. ¿Para qué, pues, a los santos nuestra alabanza? ¿Para qué nuestra glorificación? ¿Para qué esta nuestra misma solemnidad? ¿Para qué ofrecerles honores terrenos, a quienes según la veraz promesa del Hijo honra el Padre celestial? ¿Para qué nuestros elogios para ellos? Están llenos. Es precisamente así, dilectísimos: los santos no necesitan de nuestros honores, ni se les presta nada con nuestra devoción. Claramente, el que veneremos su memoria nos interesa a nosotros, no a ellos. ¿Queréis saber cuánto nos interesa? Yo en mí, lo confieso, siento por este recuerdo inflamarse un deseo vehemente, y un deseo triple.

Vulgo dicitur: Quod non videt oculus, cor non dolet. Oculus meus, memoria mea; et cogitare de sanctis, quodam modo eos videre est. Sic nempe portio nostra in terra viventium, nec modica sane portio: si tamen, ut decet, memoriam affectio comitetur. Sic, inquam, conversatio nostra in coelis est; verumtamen non sic nostra, sicut illorum. Ipsorum enim substantia ibi est, nostra autem desideria; ipsi per praesentiam, nos per memoriam ibi sumus. Quando et nos addemur ad patres nostros? quando essentialiter praesentabimur eis? Hoc enim primum desiderium, quod in nobis sanctorum memoria vel excitat vel incitat magis, ut eorum tam optabili societate fruamur, et mereamur concives et contubernales esse spirituum beatorum, misceri coetui patriarcharum, cuneis prophetarum, senatui apostolorum, martyrum exercitibus numerosis, confessorum collegiis, virginum choris; in omnium denique colligi et collaetari communione sanctorum.

6. Singulorum quippe recordationes, quasi scintillae singulae, imo quasi ardentissimae faces, devotos accendunt animos, ut eorum et conspectum sitiant [alias, sentiant] et complexum: adeo ut plerunque etiam inter eos esse se reputent, mode ad omnes simul, modo ad hos vel ad illos tota aviditate et vehementia corda vibrantes. Alioquin quid istud negligentiae, quid pigritiae, imo quid vecordiae est, ut non crebris suspiriis et ferventissima affectione abrumpere hinc, et in illa tam felicia agmina jaculari animos studeamus? Vae nobis a duritia cordis nostri! vae a peccato gentium, quas Apostolus memorat sine affectione fuisse! (Rom. I, 31.) Praestolatur nos Ecclesia illa primitivorum, et negligimus; desiderant nos sancti, et parvipendimus; exspectant nos justi, et dissimulamus. Excitemur aliquando, fratres; resurgamus cum Christo, quaeramus quae sursum sunt, quae sursum sunt sapiamus. Desideremus desiderantes nos, properemus ad praestolantes nos, exspectantes nos votis praeoccupemus animorum. Ecce enim nihil in hac nostra communione securitatis, nihil perfectionis, nihil quietis: et tamen hic quoque quam bonum et quam jucundum, habitare fratres in unum? Quidquid enim, sive interius, sive exterius, molestum occurrit, ipso utique tam germanorum consortio fratrum, cum quibus est nobis cor unum et anima una in Deum, tolerabilius invenitur. Quam dulcior erit, quam delectabilior, quam beatior unio ubi nulla suspicio esse poterit, nulla dissensionis occasio; ubi omnes perfecta charitas indissolubili foedere colligabit, ut sicut Pater et 1041 Filius unum sunt, sic et nos unum simus in ipsis!

IN TRANSITU S. MALACHIAE EPISCOPI SERMO I.

Vulgarmente se dice: «Lo que el ojo no ve, el corazón no lo siente». Mi ojo es mi memoria; y pensar en los santos es, de algún modo, verlos. Así ciertamente es nuestra porción en la tierra de los vivientes, y no una porción módica por cierto: si sin embargo, como conviene, el afecto acompaña a la memoria. Así, digo, nuestra conversación está en los cielos; sin embargo, no así la nuestra como la de ellos. Pues la sustancia de ellos está allí, pero nuestros deseos; ellos por la presencia, nosotros por la memoria estamos allí. ¿Cuándo también nosotros seremos añadidos a nuestros padres? ¿Cuándo esencialmente seremos presentados a ellos? Pues este es el primer deseo, que la memoria de los santos o excita o incita más en nosotros: que de su tan deseable sociedad gocemos, y merezcamos ser conciudadanos y contubernales (contubernales) de los espíritus bienaventurados, mezclarnos a la asamblea de los patriarcas, a las filas de los profetas, al senado de los apóstoles, a los ejércitos numerosos de los mártires, a los colegios de los confesores, a los coros de las vírgenes; en fin, ser recogidos y coalegrados en la comunión de todos los santos.

6. Pues los recuerdos de cada uno, como chispas individuales, más aún, como antorchas ardientísimas, encienden los ánimos devotos, para que tanto su vista sedientos busquen como su abrazo: hasta el punto de que muchísimas veces incluso entre ellos se reputan estar, vibrando los corazones con toda avidez y vehemencia ahora hacia todos a la vez, ahora hacia estos o hacia aquellos. De otro modo, ¿qué es esta negligencia, qué pereza, más aún, qué locura es, que no con frecuentes suspiros y fervientísimo afecto procuremos romper de aquí, y lanzar los ánimos hacia aquellas tan felices huestes? ¡Ay de nosotros por la dureza de nuestro corazón! ¡Ay por el pecado de las gentes, que el Apóstol menciona que estuvieron sin afecto! (Rom 1, 31). Nos aguarda aquella Iglesia de los primogénitos, y la descuidamos; nos desean los santos, y los valoramos en poco; nos esperan los justos, y disimulamos. Excitémonos alguna vez, hermanos; resurgamos con Cristo, busquemos lo que es de arriba, lo que es de arriba gustemos. Deseemos a los que nos desean, apresurémonos hacia los que nos aguardan, con los votos de los ánimos preocupemos a los que nos esperan. Pues he aquí que nada en esta nuestra comunión hay de seguridad, nada de perfección, nada de quietud: ¿y sin embargo aquí también cuán bueno y cuán agradable es habitar los hermanos en uno? Pues cualquier cosa que, sea interior, sea exteriormente, ocurre molesta, por el mismo ciertamente consorcio tan cercano de los hermanos, con quienes tenemos un solo corazón y una sola alma hacia Dios, se encuentra más tolerable. ¡Cuán más dulce será, cuán más deleitable, cuán más bienaventurada la unión donde ninguna sospecha podrá haber, ninguna ocasión de disensión; donde a todos la perfecta caridad con pacto indisoluble recogerá, para que así como el Padre y el Hijo son uno, así también nosotros seamos uno en ellos!

EN EL TRÁNSITO DE SAN MALAQUÍAS OBISPO SERMÓN I

2. Quanquam etsi ministerii quidem minor efficientia sequeretur, nihilominus tamen ad Malachiam et ad opera ejus ille merito respexisset, cui amica puritas, cui familiaris simplicitas: cujus justitiae est de intentione pensare opus, et de oculi qualitate totius aestimare corporis statum. Nunc vero magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates et studia Malachiae: magna et multa, et bona valde, etsi pro bona castae intentionis origine meliora. Quod opus pictatis praeteriit Malachiam? Pauper sibi, sed dives pauperibus erat. Pater orphanorum, maritus viduarum, patronus exstitit oppressorum. Hilaris dator, petitor rarus, acceptor verecundus. Pacis reformandae inter discordantes fuit illi cura maxima, et efficacia multa. Quis aeque pius ad compatiendum, ad subveniendum promptus, ad corripiendum liber? Nam et zelans erat, nec deerat scientia, zeli ipsius moderatrix. Et quidem infirmus infirmis, sed nihilominus potentibus potens, superbis resistebat, tyrannos verberabat, regum magister ac principum. Ipse est, qui regi orando visum et malignanti tulit, et humiliato restituit. Ipse est, qui pacis quam fecerat violatores, spiritui erroris traditos, frustratus est in malo quod facere cogitabant: ac denuo coegit ad pacem, confusos quidem et stupefactos in eo quod sibi contigerat. Ipse enim est, cui adversus alios, pacti aeque praevaricatores, rivus officiosissime adfuit, miro modo objectu sui evacuans molimina impiorum. Imbres non erant, non illuvies aquarum, non concursus nubium, non liquefactio nivium: cum subito factus est in fluvium magnum, qui rivulus erat: et rivus ibat, et intumescebat inundans, et negans omnino transitum volentibus malignari.

3. Quanta audivimus et cognovimus ea de zelo viri et ultione inimicorum, cum tamen esset suavis et mitis, et multae misericordiae omnibus necessitatem patientibus? Qui quasi unus omnium parens, vivebat omnibus; quasi gallina pullos suos, sic fovebat omnes, et in velamento alarum suarum protegebat. Non sexus, non aetas, non conditio discernebatur, aut persona: deerat nemini, expanso omnibus gremio pietatis. De quacunque tribulatione clamaretur ad eum, propriam reputabat: nisi quod in sua patiens, in aliena compatiens erat, plerumque et impatiens.

¡Cuán gustoso el Salvador recibía lo que había comprado, y había comprado con el precio de su sangre, con la ignominia de la cruz, con el horror de la pasión! ¡Cuán gustoso de manos de Malaquías, por el hecho de que ministrara gratuitamente! Por tanto, en el ministro ciertamente era grato el don gratuito, empero en el ministerio la placentera conversión de los pecadores. Grata, digo, y placentera en el ministro la simplicidad del ojo, empero en el ministerio la salud del pueblo.

2. Aunque aun si se siguiera una menor eficiencia del ministerio, no obstante hacia Malaquías y hacia sus obras justamente habría respetado aquel a quien es amiga la pureza, a quien familiar la simplicidad: de cuya justicia es pesar la obra desde la intención, y estimar desde la calidad del ojo el estado de todo el cuerpo. Pero ahora grandes son las obras del Señor, exquisitas en todas las voluntades y estudios de Malaquías: grandes y muchas, y muy buenas, aunque mejores por el buen origen de la intención casta. ¿Qué obra de piedad pasó de largo para Malaquías? Pobre para sí, pero era rico para los pobres. Padre de los huérfanos, marido de las viudas, patrono se mostró de los oprimidos. Alegre dador, peticionario raro, aceptador vergonzoso. El reformar la paz entre los discordantes fue para él cuidado máximo, y eficacia mucha. ¿Quién igualmente piadoso para compadecerse, pronto para socorrer, libre para corregir? Pues también era celoso, ni faltaba la ciencia, moderadora de su celo. Y por cierto débil para los débiles, pero no obstante potente para los potentes, resistía a los soberbios, azotaba a los tiranos, maestro de reyes y de príncipes. Él mismo es quien orando quitó la vista al rey cuando malignaba, y se la restituyó cuando se humilló. Él mismo es quien a los violadores de la paz que había hecho, entregados al espíritu de error, frustró en el mal que pensaban hacer: y de nuevo los obligó a la paz, confusos por cierto y estupefactos en aquello que les había sucedido. Pues él mismo es para quien contra otros, igualmente prevaricadores de un pacto, un arroyo muy oficiosamente estuvo presente, de modo admirable por la interposición de sí mismo evacuando los intentos de los impíos. No había lluvias, ni aluvión de aguas, ni concurso de nubes, ni licuación de nieves: cuando de pronto se hizo un gran río el que era un riachuelo: y el río iba, e hinchándose inundaba, y negando el tránsito por completo a los que querían malignar.

3. ¿Cuántas cosas hemos oído y conocido sobre el celo del varón y la venganza de los enemigos, cuando sin embargo era suave y manso, y de mucha misericordia para todos los que padecían necesidad? Quien como si fuera un solo padre de todos, vivía para todos; como la gallina a sus polluelos, así fomentaba a todos, y en el velo de sus alas los protegía. No se discernía sexo, ni edad, ni condición, o persona: no faltaba a nadie, expandido para todos el regazo de la piedad. De cualquier tribulación que se clamara a él, la reputaba propia: sino que en la suya era paciente, en la ajena era compasivo, y muchas veces incluso impaciente.

Nonnunquam siquidem repletus zelo, pro aliis in alios movebatur, ut eripiens inopes, et reprimens fortes, consuleret proinde omnibus in salutem. Itaque irascebatur, sed ne non irascendo peccaret, juxta illud de psalmo: Irascimini, et nolite peccare (Psal. IV, 5), non ira illi, sed ipse animo dominabatur. Erat suimet potis. Sane victor sui, ira superari non poterat. Ira ejus in manu ejus. Vocata veniebat, exiens, non erumpens; nutu non impetu ferebatur. Non urebatur illa, sed utebatur. Magna illi tam in hoc, quam in cunctis utriusque hominis sui motibus regendis vel cohibendis, censurae diligentia, et circumspectio multa. Non enim ita omnibus intendebat, ut se solum exponeret, solum curae exciperet generali. Erat et sui sollicitus. Seipsum custodiebat. Ita denique totus suus, et totus omnium erat, ut nec charitas a custodia sui, nec proprietas ab utilitate communi eum impedire vel retardare in aliquo videretur. Si videres hominem mediis immersum turbis, et implicitum curis, diceres patriae natum, non sibi. Si videres hominem solum, et secum habitantem, putares soli vivere Deo et sibi.

4. Sine turbatione versabatur in turbis: sine otio tempus, quod otio dederat, transigebat. Quomodo otiosus, quando exercebatur in justificationibus Domini? Nam etsi habebat tempus liberum a necessitatibus plebium, non tamen a sanctis meditationibus feriatum, non orandi studio, non ipso otio contemplandi. Sermo illi in tempore otii aut serius, aut nullus. Aspectus ejus aut officiosus, aut demissus, et cohibitus intra se. Nempe (quod non mediocri laudi inter sapientes ducitur) oculus ejus in capite ejus (Eccle. II, 14), nusquam avolans, nisi cum virtuti paruisset. Risus aut indicans charitatis, aut provocans: rarus tamen et ipse. Equidem interdum eductus, excussus nunquam: qui ita nuntiaret cordis laetitiam, ut ori gratiam non minueret, sed augeret. Tam modestus, ut levitatis non posset esse suspectus: tantillus tamen, ut hilarem vultum ab omni tristitiae naevo vel nubilo vindicare sufficeret. O munus perfectum! o holocaustum pingue! o obsequium gratum mente et manu! Quam bonus odor Deo in orationibus otiosi! quam bonus hominibus in sudoribus occupati!

Pues a veces lleno de celo, por otros contra otros se movía, para que arrebatando a los pobres, y reprimiendo a los fuertes, consultara por ende por la salud de todos. Así pues se airaba, pero para que no pecara no airándose, según aquello del salmo: «Airaos, y no queráis pecar» (Sal 4, 5), no la ira a él, sino él mismo dominaba su ánimo. Era dueño de sí mismo. Ciertamente vencedor de sí mismo, por la ira no podía ser superado. Su ira estaba en su mano. Llamada venía, saliendo, no irrumpiendo; por el gesto, no por el ímpetu se llevaba. No se quemaba con ella, sino que la usaba. Grande en él tanto en esto, como en todos los movimientos de uno y otro hombre suyo para regir o cohibir, la diligencia de la censura, y la mucha circunspección. Pues no de tal modo atendía a todos que se expusiera solo a sí mismo, o se excluyera solo a sí mismo del cuidado general. Estaba también solícito de sí mismo. Se custodiaba a sí mismo. Así en fin era todo suyo, y todo de todos, que ni la caridad de la custodia de sí mismo, ni la propiedad de la utilidad común parecía impedirlo o retardarlo en algo. Si vieras al hombre inmerso en medio de las turbas, e implicado en los cuidados, dirías que nació para la patria, no para sí. Si vieras al hombre solo, y habitando consigo mismo, pensarías que vive para solo Dios y para sí.

4. Sin perturbación se movía en las turbas: sin ocio pasaba el tiempo que había dado al ocio. ¿Cómo estaba ocioso, cuando se ejercitaba en las justificaciones del Señor? Pues aunque tenía tiempo libre de las necesidades de los pueblos, no empero estaba de vacaciones de las santas meditaciones, ni del estudio de orar, ni del ocio mismo de contemplar. Su habla en tiempo de ocio era o seria, o ninguna. Su aspecto o era oficioso, o bajo, y cohibido dentro de sí. Sin duda (lo cual no se tiene por mediocre alabanza entre los sabios) su ojo estaba en su cabeza (Ecl 2, 14), a ninguna parte volando, sino cuando hubiera obedecido a la virtud. Su risa o indicaba caridad, o la provocaba: empero ella misma era rara. Por cierto a veces extraída, nunca sacudida: que de tal modo anunciara la alegría del corazón que no disminuyera la gracia de la boca, sino que la aumentara. Tan modesto que no podía ser sospechoso de levedad: tan pequeño empero que bastara para reivindicar el alegre rostro de toda mancha o nube de tristeza. ¡Oh don perfecto! ¡oh holocausto pingüe! ¡oh obsequio grato en mente y mano! ¡Cuán buen olor para Dios en las oraciones del ocioso! ¡cuán bueno para los hombres en los sudores del ocupado!

5. Pro hujusmodi ergo dilectus a Deo et hominibus, non immerito hodie Malachias in consortium angelorum recipitur, re adeptus, quod nomine dicebatur. Et quidem ante angelus erat non minus puritate, quam nomine; sed nunc felicius gloriosi in eo interpretatio nominis adimpletur, quando pari cum angelis gloria et felicitate laetatur. Congratulemur itaque, fratres, congratulemur, ut dignum est, patri nostro; quia et pium est, defunctum plangere Malachiam; et pium magis, Malachiae congaudere viventi. Nunquid non vivit? Et beate. Nimirum visus est oculis insipientium mori, ille autem est in pace. Denique jam concivis sanctorum et domesticus Dei, psallit pariter, et agit gratias, dicens: Transivimus per ignem et uquam, et induxisti nos in refrigerium (Psal. LXV, 12). Transivit plane viriliter, et feliciter pertransivit. Verus Hebraeus pascha celebravit in spiritu, et nobis transiens loquebatur: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare apud vos. Transivit per ignem et aquam, quem nec tristia frangere, nec detinere mollia potuerunt. Laetemur, quod angelus noster ascendit ad cives suos, pro filiis captivitatis legatione fungens, corda nobis concilians beatorum, vota illis intimans miserorum. Laetemur, inquam, et exsultemus, quia coelestis illa curia ex nobis habet, cui sit cura nostri, qui suis nos protegat meritis, quos informavit exemplis, miraculis confirmavit.

6. Sanctus pontifex, qui in spiritu humilitatis hostias pacificas coelis frequenter invexerat, hodie per semetipsum introivit ad altare Dei, ipse hostia et sacerdos. Migrante sacerdote, sacrificii ritus in melius mutatus est; fons lacrymarum siccatus est, holocaustum omne conditur in laetitia et exsultatione. Benedictus Dominus Deus Malachiae, qui tanti pontificis ministerio visitavit plebem suam, et nunc assumpto eo in sanctam civitatem, tantae recordatione suavitatis nostram non desinit consolari captivitatem, Exsultet in Domino spiritus Malachiae, quod levatus pondere corporeae molis, nulla jam faeculenta vel terrena materia praegravatur, quominus tota alacritate ac vivacitate corpoream omnem et incorpoream transiens creaturam, pergat totus in Deum, et adhaerens illi, unus sit cum eo spiritus in aeternum.

7. Domum istam decet sanctitudo, in qua tantae frequentatur memoria sanctitatis. Sancte Malachia, serva eam in sanctitate et justitia, misertus nostri, qui inter tot et tantas miserias memoriam abundantiae suavitatis tuae eructamus. Magna est super te divinae dispensatio pietatis: qui te parvum fecit in oculis tuis, magnum in suis; qui magna fecit per te, salvans patriam tuam, magna fecit tibi, introducens te in gloriam suam. Festivitas tua, quae merito tuis virtutibus votiva impenditur, tuis nobis efficiatur meritis et precibus salutaris.

5. Por tales cosas, pues, amado de Dios y de los hombres, no sin mérito hoy Malaquías es recibido en el consorcio de los ángeles, habiendo alcanzado en la realidad lo que se decía por el nombre. Y por cierto antes era ángel no menos por la pureza que por el nombre; pero ahora más felizmente se cumple en él la interpretación del glorioso nombre, cuando se alegra con igual gloria y felicidad con los ángeles. Congratulémonos pues, hermanos, congratulémonos, como es digno, a nuestro padre; porque tanto es piadoso llorar al difunto Malaquías, como es piadoso más conalegrarse con Malaquías viviente. ¿Acaso no vive? Y bienaventuradamente. Sin duda pareció a los ojos de los insipientes morir, él empero está en paz. En fin ya conciudadano de los santos y doméstico de Dios, salmea igualmente y da gracias, diciendo: «Pasamos por el fuego y el agua, y nos sacaste al refrigerio» (Sal 65, 12). Pasó de plano varonilmente, y felizmente pasó. Verdadero hebreo celebró la pascua en el espíritu, y a nosotros pasando hablaba: «Con deseo deseé comer esta Pascua con vosotros». Pasó por el fuego y el agua, a quien ni las cosas tristes pudieron romper, ni detener las blandas. Alegrémonos de que nuestro ángel ha ascendido a sus conciudadanos, desempeñando la legación por los hijos de la cautividad, conciliándonos los corazones de los bienaventurados, intimándoles los votos de los míseros. Alegrémonos, digo, y exultemos, porque aquella curia celestial tiene de entre nosotros quien tenga cuidado de nosotros, quien nos proteja con sus méritos, a quienes informó con ejemplos, y confirmó con milagros.

6. El santo pontífice, quien en espíritu de humildad frecuentemente había llevado hostias pacíficas a los cielos, hoy entró por sí mismo al altar de Dios, él mismo la hostia y el sacerdote. Al emigrar el sacerdote, el rito del sacrificio se ha cambiado en mejor; la fuente de las lágrimas se ha secado, todo el holocausto se sazona en la alegría y la exultación. Bendito sea el Señor Dios de Malaquías, quien por el ministerio de tan gran pontífice visitó a su pueblo, y ahora habiendo sido este asumido en la ciudad santa, por el recuerdo de tanta dulzura no cesa de consolar nuestra cautividad. Exulte en el Señor el espíritu de Malaquías, porque aliviado del peso de la mole corpórea, ya no es agravado por ninguna materia feculenta o terrenal, de modo que pasando con toda alacridad y vivacidad toda criatura corpórea e incorpórea, se dirija todo hacia Dios, y adhiriendo a él, sea un solo espíritu con él por la eternidad.

7. La santidad conviene a esta casa en la que se frecuenta la memoria de tan gran santidad. Santo Malaquías, consérvala en santidad y justicia, apiadado de nosotros, que entre tantas y tan grandes miserias eructamos (eructamus) la memoria de la abundancia de tu dulzura. Grande es sobre ti la dispensación de la divina piedad: quien te hizo pequeño a tus ojos, grande a los suyos; quien hizo grandes cosas por ti, salvando a tu patria, hizo grandes cosas para ti, introduciéndote en su gloria. Tu festividad, que merecidamente se dedica como votiva a tus virtudes, se haga para nosotros saludable por tus méritos y preces.

Gloria sanctitatis tuae, quae a nobis frequentatur, continuatur ab angelis, sic erit nobis digne jucunda, si fuerit et fructuosa. Liceat nobis aliquas, te migrante, retinere reliquias de fructibus spiritus, quibus onustus ascendis qui in tuo hodie tam delicioso convivio congregamur.

8. Esto nobis, quaesumus, Malachia sancte, alter Moyses, vel alter Elias, impertiens et tu de spiritu tuo nobis: ipsorum siquidem in spiritu et virtute venisti. Vita tua, lex vitae et disciplina: mors tua, mortis portus, et porta vitae; memoria tua, dulcedo suavitatis et gratiae; praesentia tua, corona gloriae in manu Domini Dei tui. O oliva fructifera in domo Dei! o oleum laetitiae ungens et lucens, fovens beneficiis, coruscans miraculis! fac nos ejus, qua frueris, lucis suavitatisque participes. O odoriferum lilium, in aeternum ante Dominum germinans, et florens, et spargens ubique vivificum suavitatis odorem, cujus apud nos memoria in benedictione est, apud superos praesentia in honore! da canentibus te tantae plenitudinis participio non fraudari. O luminare magnum, et lux in tenebris lucens, signorum radiis et meritorum illuminans carcerem, laetificans civitatem! fuga de cordibus nostris, virtutum splendoribus tenebras vitiorum. O stella matutina, eo caeteris clarior, quo Diei vicinior, similior soli! dignare praeire nobis, ut et nos in lumine ambulemus, quasi filii lucis, et non filii tenebrarum. O aurora diescens super terram, sed superiores coeli plagas lux meridiana perlustrans! recipe nos in consortio luminis, quo illuminatus et late foris luces, et intus suaviter ardes, praestante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

IN FESTO S. MARTINI EPISCOPI. SERMO. De exemplis obedientiae.

1. Puto, sermonem a nobis expetit tam vester iste conventus, quam adventus, harum honorabilium personarum, quas de longinquo gratulamur adesse. Sane audirem eos ipse libentius: sed quoniam eligunt, imo et exigunt magis ut loquar, mihi si non licet audire eos, eis necesse est obaudire. Et quidem vivus est nobis sermo tam multa mansuetudo eorum, qua videlicet meritis sanctiores, dignitate superiores, sapientia locupletiores, non modo ad visitandos, sed etiam ad audiendos nos dignati sunt declinare. Efficax eruditio, et omni digna acceptione doctrina.

La gloria de tu santidad, que por nosotros es frecuentada y por los ángeles continuada, así nos será dignamente gozosa si fuera también fructuosa. Séanos lícito retener, al emigrar tú, algunas reliquias de los frutos del espíritu con que asciendes cargado, quienes nos congregamos hoy en tu tan delicioso convite.

8. Sé para nosotros, te rogamos, santo Malaquías, otro Moisés, u otro Elías, impartiéndonos también tú de tu espíritu: pues por cierto viniste en el espíritu y virtud de ellos. Tu vida, ley de vida y disciplina; tu muerte, puerto de la muerte y puerta de la vida; tu memoria, dulzura de suavidad y de gracia; tu presencia, corona de gloria en la mano del Señor tu Dios. ¡Oh oliva fructífera en la casa de Dios! ¡oh óleo de alegría ungiendo y luciéndote, fomentando con beneficios, coruscando con milagros! haznos partícipes de aquella luz y suavidad de que gozas. ¡Oh olorífero lirio, germinando y floreciendo eternamente ante el Señor, y esparciendo por doquier el vivífico olor de suavidad, cuya memoria entre nosotros es en bendición, empero ante los de arriba la presencia es en honor! da a los que te cantan no ser defraudados de la participación de tanta plenitud. ¡Oh luminaire grande, y luz en las tinieblas luciéndote, iluminando con los rayos de los signos y de los méritos la cárcel, alegrando la ciudad! ahuyenta de nuestros corazones las tinieblas de los vicios con los esplendores de las virtudes. ¡Oh estrella matutina, tanto más clara que las demás cuanto más vecina al Día, más similar al sol! dígnate precedernos para que también nosotros caminemos en la luz, como hijos de la luz y no hijos de las tinieblas. ¡Oh aurora amaneciendo sobre la tierra, empero luz meridiana recorriendo las regiones superiores del cielo! recíbenos en el consorcio de la luz por la cual tú, iluminado, tanto luces fuera a lo lejos como ardes suavemente dentro, prestándolo nuestro Señor Jesucristo, quien con el Padre y el Espíritu Santo reina Dios por todos los siglos de los siglos. Amén.

EN LA FIESTA DE S. MARTÍN OBISPO. SERMÓN. Sobre los ejemplos de obediencia.

1. Pienso que tanto esta vuestra asamblea como el advenimiento de estas honorables personas, cuya presencia desde lejos felicitamos, espera de nosotros un sermón. Por cierto los oiría yo mismo más gustosamente; pero puesto que eligen, e incluso exigen más, que yo hable, si no me es lícito oírlos a ellos, me es necesario obedecerles a ellos. Y por cierto es para nosotros un sermón vivo tanta mansedumbre de ellos, por la cual claramente más santos en méritos, superiores en dignidad, más ricos en sabiduría, se dignaron descender no solo a visitarnos sino incluso a oírnos. ¡Eficaz erudición, y doctrina digna de toda aceptación!

Siquidem non verbo et lingua, sed opere et veritate nos admonent imitatores suos esse, sicut ipsi sunt Christi; et discere quod ab ipso utique didicerunt, mites esse, et humiles corde. Sic Maria Elisabeth petiit (Luc. I, 39, 40), conjugatam virgo, ancillam domina; praecursoris matrem, judicis mater; Dei Genitrix, servuli genitricem. Sic postmodum Jesus etiam ipse Joannem adiit, et adiit baptizandus, utpote quem decebat implere omnem justitiam (Matth. III, 13, 15). Vos quoque, reverendi Patres, deteriorem vobis non facitis partem vestram: ad audiendum quippe quam ad loquendum velociores, etiam inter ipsos qui vestro magis eguerant documento. Nam nos quidem, quia omnem non possumus implere justitiam, vel nonnullam vobis exhibere curamus, justum esse non ignorantes inferiorem superioribus obedire.

2. Sed unde loquemur? Qui de terra est, de terra loquitur, ait vox illa clamantis (Joan. III, 31). De terra ergo loquamur, quia de terra subsistimus, et in terra. Audite, quique terrigenae et filii hominum: vobis dicimus, et de vobis. In terra orimur, in terra moramur, in terra morimur, revertentes in eam unde sumus assumpti. Hic nobis angustus introitus, mora brevis, sola mors certa. Cogitur totus Adam judicium portare quod meruit. Dilatatus est vehementer, multiplicatus est, et replevit terram. Attamen velit, nolit, quantumcunque recalcitret, universus adhuc fert sententiam quam excepit: Terra inquit, es, et in terram ibis (Gen. III, 19). Gravis equidem sententia, sed non sine grandis misericordiae temperamento. Dura admodum, sed si merita penses, indulgentiae plena. Siquidem non minus juste peccanti diceretur: Terra es, sed ex hoc sub terram ibis. Justus foret etiam tunc justus Dominus, et laudabilis nimis. Dignus plane qui laudaretur, sed non ego idoneus qui laudarem. Alioquin tunc quoque nihilominus vere dicerem, si tamen dicere possem: Justus es, Domine, et rectum judicium tuum (Psal. CXVIII, 137). At non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te; sed nos qui vivimus, benedicimus Domino. Pepercisti ergo creaturae tuae, pepercisti gloriae nominis tui, ut descendentem de Jerusalem, minime tamen usque in Jericho patereris abduci. Semivivus adhuc relictus in via semilaudare possum (Luc. X, 30): ubi totus vixero, ibi totus erumpam in laudem, et dicent omnia ossa mea: Domine, quis similis tibi (Psal. XXXIV, 10)? Propter hoc nempe cum iratus fuisses, misericordiae meministi, non damnans hominem in loco perditionis, sed in loco afflictionis humilians. Quid causaris, homo? quid sententiam quereris duriorem? Terrae addictus es, factus e terra, ut ipsa tibi sit patria, quae materia fuit.

Puesto que no de palabra y de lengua, sino de obra y de verdad nos amonestan a ser imitadores suyos, como ellos mismos lo son de Cristo; y a aprender lo que de él ciertamente aprendieron: a ser mansos y humildes de corazón. Así María buscó a Isabel (Lc 1, 39. 40), la virgen a la casada, la señora a la esclava; la madre del juez a la madre del precursor; la Genitrix de Dios a la genitriz del pequeño siervo. Así después Jesús mismo acudió a Juan, y acudió para ser bautizado, como a quien convenía cumplir toda justicia (Mt 3, 13. 15). Vosotros también, reverendos Padres, no os hacéis peor vuestra parte: más veloces para oír que para hablar, incluso entre los mismos que más habían necesitado vuestro documento. Pues nosotros ciertamente, porque no podemos cumplir toda justicia, al menos cuidamos de exhibiros alguna, no ignorando que es justo que el inferior obedezca a los superiores.

2. ¿Pero de dónde hablaremos? «El que es de la tierra, de la tierra habla», dice aquella voz del que clama (Jn 3, 31). De la tierra, pues, hablemos, porque de la tierra subsistimos, y en la tierra. Oíd, quienesquiera que seáis terrígenas e hijos de los hombres: a vosotros os decimos, y de vosotros. En la tierra nacemos, en la tierra demoramos, en la tierra morimos, volviendo a ella de donde fuimos asumidos. Aquí tenemos una estrecha entrada, una demora breve, sola la muerte cierta. Es obligado todo Adán a llevar el juicio que mereció. Se ha dilatado vehementemente, se ha multiplicado, y ha llenado la tierra. Pero quiera o no quiera, por mucho que recalcitre, el universo entero todavía lleva la sentencia que recibió: «Tierra —dijo— eres, y a la tierra irás» (Gén 3, 19). Grave por cierto la sentencia, pero no sin el temperamento de una gran misericordia. Dura en verdad, pero si pesas los méritos, llena de indulgencia. Puesto que no menos justamente se diría al pecador: Tierra eres, pero de aquí bajo tierra irás. Justo sería aun entonces el justo Señor, y loable en extremo. Digno de plano quien fuera alabado, pero yo no idóneo quien alabara. De otro modo también entonces no obstante verdaderamente diría, si empero decir pudiera: «Justo eres, Señor, y recto tu juicio» (Sal 118, 137). Pero el infierno no te confesará, ni la muerte te alabará; sino nosotros que vivimos, bendecimos al Señor. Perdonaste pues a tu criatura, perdonaste a la gloria de tu nombre, para que al que descendía de Jerusalén, de ningún modo permitieras ser llevado hasta Jericó. Semivivo todavía dejado en el camino puedo semialabar (Lc 10, 30): donde viva entero, allí entero estallaré en alabanza, y «dirán todos mis huesos: Señor, ¿quién semejante a ti?» (Sal 34, 10). Por esto sin duda cuando te hubieras airado, te acordaste de la misericordia, no condenando al hombre en el lugar de la perdición, sino humillándolo en el lugar de la aflicción. ¿De qué te causas, hombre? ¿por qué te quejas de la sentencia más dura? A la tierra estás adicto, hecho de la tierra, para que ella misma te sea patria, la que fue materia.

3. Sed audire, inquies, velim: Quia spiritus es, et ad spiritum ibis. Siquidem etiam spiritus sum, quod ad animam pertinet; nec portionem hanc mei dubitaverim potiorem. Audivi sane ab Apostolo, quia Dominus spiritus est (II Cor. III, 17), et ab ipso Domino, quia spiritus est Deus (Joan. IV, 24). Nec modo spiritus, sed et spirituum Pater. Utquid ergo tenet me mater carnis, quia caro ex parte; spirituum Pater non recipit, cum ex parte sim spiritus? Scio, scio, agit hoc non tam substantia ipsa, quam culpa. Sicut enim peccatores spiritus inter coelum et terram ventosum hoc medium tenent, unde et potestates hujus aeris nominantur (Ephes. II, 2); sic peccata nostra inter nos et Deum separant, inter Creatorem Patremque spirituum, et spiritualem utique creaturam. Traxit animam corpus in regionem suam, et ecce praevalens opprimit peregrinam. Factum est nempe talentum plumbi, non aliunde tamen, nisi quia sedet iniquitas super illud. Corpus enim aggravat animam, sed utique quod corrumpitur (Sap. IX, 15); corrumpitur autem, imo etiam, Apostolo teste, mortuum est propter peccatum (Rom. VIII, 10). Itaque licet quodam modo coelum sit homo, coelestibus sine dubio spiritibus similis, simul et forma; substantia quidem quoniam spiritualis, forma vero quia rationalis est: minime tamen jam levare eum duo ista sufficiunt, ut mereatur audire: Quia coelum es, et in coelum ibis. Frustra glorietur de libertate arbitrii, quae in mente est: captivus ducitur in legem peccati, quae in carne est. Nam etsi forsitan videretur duplex funiculus posse alteri aeque duplici praevalere, ut videlicet quem sibi terra gemino quodam jure tanquam patria pariter et materia vindicat, ob geminam nihilominus, quae praedicta est, substantiae scilicet et formae similitudinem, coelum quoque recipiat ut coelestem: sed jam triplicatus inferior ille et deorsum trahens peccato equidem accedente funiculus, nisi illinc quoque occurrerit gratia, non rumpetur. Sane ubi illa adfuerit, haud dubium quin solvatur facile gravis iste quo trahimur, imo quem trahimus, funiculus iniquitatis. Haec enim inter nos et Deum non separans intervenit, sed reparans et conjungens.

4. Itaque ibo mihi ad montem gratiae, et colles miserationum, quarum thesauros omnes repositos audio penes Christum. Ibo ad eum qui est plenus gratiae et veritatis, si forte accipiam aliquid de plenitudine illa, imo si forte accipiar in plenitudinem illam: ut cum caeteris aliquando membris occurram in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Nemo quippe ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo (Joan. III, 13).

3. Pero oír —dirás— querría: Porque eres espíritu, y al espíritu irás. Puesto que también espíritu soy, por lo que a la alma pertenece; ni dudaría que esta porción de mí es la más potente. Oí por cierto del Apóstol: «el Señor es espíritu» (2 Cor 3, 17), y del Señor mismo: «Dios es espíritu» (Jn 4, 24). Ni solo espíritu, sino también Padre de los espíritus. ¿Para qué pues me retiene la madre de la carne, porque soy carne en parte; y el Padre de los espíritus no me recibe, cuando en parte soy espíritu? Sé, lo sé, hace esto no tanto la sustancia misma, como la culpa. Pues así como los espíritus pecadores entre el cielo y la tierra retienen este medio ventoso, de donde también son llamados potestades de este aire (Ef 2, 2); así nuestros pecados separan entre nosotros y Dios, entre el Creador y Padre de los espíritus, y la criatura espiritual por cierto. Arrastró el cuerpo al alma a su región, y he aquí que prevaleciendo oprime a la peregrina. Se hizo en verdad talento de plomo, no de otra parte sin embargo, sino porque la iniquidad se sienta sobre él. Pues el cuerpo agrava al alma, pero ciertamente el que se corrompe (Sab 9, 15); empero se corrompe, más aún incluso, siendo testigo el Apóstol, «está muerto por el pecado» (Rom 8, 10). Así pues aunque de cierto modo el hombre sea cielo, similar a los espíritus celestiales sin duda, simultáneamente también en la forma; en la sustancia ciertamente porque es espiritual, empero en la forma porque es racional: no obstante estas dos cosas ya de ningún modo bastan para elevarlo, para que merezca oír: Porque eres cielo, y al cielo irás. En vano se gloríe de la libertad del arbitrio, que está en la mente: cautivo es llevado a la ley del pecado, que está en la carne. Pues aun si tal vez pareciera que una doble cuerda pudiera prevalecer contra otra igualmente doble, para que claramente lo que la tierra reivindica para sí por cierto derecho doble como patria igualmente y materia, por la doble similitud no obstante, que ha sido predicha, de la sustancia a saber y de la forma, el cielo también lo reciba como celestial: pero ya triplicada aquella inferior y que arrastra hacia abajo la cuerda con el pecado por cierto accediendo, si de allá también no ocurre la gracia, no se romperá. Por cierto donde ella estuviera presente, no hay duda de que se suelta fácilmente esta pesada cuerda de iniquidad por la cual somos arrastrados, más aún, la que arrastramos. Pues esta entre nosotros y Dios no separando interviene, sino reparando y conjuntando.

4. Así pues, iré por mí al monte de la gracia, y a los collados de las miseraciones, cuyos tesoros todos oigo reposados en poder de Cristo. Iré a aquel que está lleno de gracia y de verdad, si por ventura recibo algo de aquella plenitud, más aún si por ventura soy recibido en aquella plenitud: para que con los demás miembros alguna vez concurra en la medida de la edad de la plenitud de Cristo. Pues nadie subió al cielo, sino el que bajó del cielo (Jn 3, 13).

Fidelissimus plane et benignissimus mediator, qui quidem non discrevit, sed fecit utraque unum, medium parietem maceriae solvens (Ephes. II, 14), donans nobis omnia delicta, delens quod adversum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci; exspolians principatus et potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos (Coloss. II, 13-15), pacificansque per sanguinem suum quae sunt in coelo, et quae super terram (Coloss. I, 20). Propter hanc nempe salutem, quam in medio terrae erat operaturus, non confestim sub terra posuit hominem, sicut peccando meruerat; sed in terra. Siquidem respirandum est nobis, et nullatenus desperandum, donec in terra adhuc interim constituti, et suspicere coelum possumus, et suscipere data optima et dona perfecta desursum a Patre luminum, a Patre spirituum, a Patre misericordiarum. Nam et propterea rectum fecit hominem, etiam corpore ipso, et os homini sublime dedit, cum prona utique spectent animantia caetera terram: ut attollens ad sidera vultus illo suspiret, ubi tam beatam et perennem conspicit mansionem.

5. Nonne enim pie et fideliter intuentibus nobis vehementissimum quoddam incentivum amoris, et provocatio flagrantissimi desiderii est visio ipsa tam lucidissimae regionis? Non sunt stellae coeli similes glebis terrae. Inter splendorem solis, et caliginem soli hujus, non parva distantia est. Forte tamen hic quoque nonulla, sed in suo genere pulchra videntur: et haec ipsa undique mista non pulchris, ut aurum in luto, gemma in sterquilinio, lilium inter spinas. Tota pulchra es, patria mea, et macula non est in te: tota pulchra es, absque eo quod intrinsecus latet. Quid illud? Nempe illi beati angelici spiritus, et animae ipsae sanctorum, quae jam ingredi meruerunt in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei. Sicut enim sunt corpora terrestria, sunt et corpora coelestia; longe vero alia est coelestium gloria, quam terrestrium: sic sunt coelestes spiritus et terrestres, nec minor sane distantia inter eos: Angeli, archangeli, virtutes, principatus, potestates, dominationes, throni, cherubin atque Seraphin. Bene nomina novi. Forte hoc totum est. Quid enim amplius capiam terrigena de coelestibus, carnalis homo de spiritualibus et divinis? Verumtamen etsi ignoro quid lateat in his tantis appellationibus, illud equidem certissime novi, quod magum et mirabile aliquid sub hac tanta verborum majestate clausum sit et signatum. Non sine causa coelum hoc dicitur: plane eximium nescio quid celatur in eo. Celatur, inquam, sed tamen non negatur fidei usquequaque. Videre enim nobis datur in terra ipsam exteriorem coeli pulchritudinem, non adire; internam quoque gloriam secretorum ejus, etsi non comprehendero, onceditur vel audire. Videmus patriam, sed a longe salutamus; odoramur illas delicias, non gustamus.

Mediador de plano fidelísimo y benignísimo, quien por cierto no discriminó, sino que hizo de ambos uno, soltando la pared media del tabique (Ef 2, 14), donándonos todos los delitos, borrando el quirógrafo del decreto que era contra nosotros, que nos era contrario, y él mismo lo quitó de en medio, fijándolo a la cruz; despojando a los principados y potestades, los tradujo con confianza, triunfando sobre ellos públicamente (Col 2, 13-15), y pacificando por su sangre tanto lo que está en el cielo como lo que está sobre la tierra (Col 1, 20). Por esta salvación sin duda, que en medio de la tierra había de obrar, no puso al hombre inmediatamente bajo tierra, como pecando había merecido; sino en la tierra. Pues debemos respirar nosotros, y de ningún modo desesperar, mientras constituidos todavía interinamente en la tierra, podemos tanto sospechar del cielo, como recibir las dádivas óptimas y los dones perfectos de arriba del Padre de las luces, del Padre de los espíritus, del Padre de las misericordias. Pues también por esto hizo recto al hombre, incluso en el cuerpo mismo, y dio al hombre un rostro sublime, cuando de por sí los demás animales miran inclinados a la tierra: para que levantando el rostro a los astros suspire por aquello de allá, donde contempla tan bienaventurada y perenne mansión.

5. ¿Acaso no es para nosotros, cuando intuimos piadosa y fielmente, un vehementísimo incentivo de amor, y una provocación de flagrantísimo deseo la visión misma de tan lucidísima región? No son las estrellas del cielo similares a los terrones de la tierra. Entre el esplendor del sol, y la calígine de este suelo, no hay pequeña distancia. Tal vez sin embargo aquí también algunas cosas, pero bellas en su género se ven: y estas mismas mezcladas por todas partes con las no bellas, como el oro en el lodo, la gema en el estercolero, el lirio entre las espinas. Toda bella eres, patria mía, y no hay mancha en ti: toda bella eres, aparte de lo que intrínsecamente late. ¿Qué es aquello? Sin duda aquellos bienaventurados espíritus angélicos, y las almas mismas de los santos, que ya merecieron ingresar en el lugar del tabernáculo admirable hasta la casa de Dios. Pues así como hay cuerpos terrestres, hay también cuerpos celestiales; empero lejos otra es la gloria de los celestiales, que la de los terrestres: así hay espíritus celestiales y terrestres, ni es menor por cierto la distancia entre ellos: Ángeles, arcángeles, virtudes, principados, potestades, dominaciones, tronos, querubines y serafines. Bien conozco los nombres. Tal vez esto sea todo. ¿Qué más captaré yo, un terrígena (terrigena), de lo celestial, hombre carnal de lo espiritual y divino? No obstante, aunque ignoro lo que late en estas tan grandes apelaciones, aquello por cierto certísimamente sé: que algo grande y admirable bajo esta tan gran majestad de palabras está cerrado y sellado. No sin causa se dice este cielo: de plano no sé qué cosa eximia se cela en él. Se cela, digo, pero sin embargo no se niega a la fe del todo. Pues se nos da ver en la tierra la misma belleza exterior del cielo, no acceder a ella; la gloria interna también de sus secretos, aun si no la comprendiera, se concede al menos oírla. Vemos la patria, pero la saludamos desde lejos; olemos aquellas delicias, no las gustamos.

6. Enimvero non sine causa Unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse nobis in regione hac umbrae mortis, quam inhabitamus, coelestium gloriam spirituum sane per fidem enarrat, corporum vero per speciem manifestat. Audi, inquit, filia et vide. Et factum est. Quorsum ista? Inclina, ait, aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui (Psal. XLIV, 11). Vult nos ponere contumaciam, discere obedientiam, apprehendere disciplinam. Vult etiam nos oblivisci posteriora, despicere inferiora, terrenos mores et vitia genuina [alias, vitiata germina] deserere, coelestia sapere, superna quaerere, anterioribus inhiare. Vult et illum tantum decorem domus suae ingenuam concupiscere creaturam, quo scilicet in eamdem imaginem transformetur de claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu; ac proinde concupiscat etiam rex decorem illius, utique spiritualem. Sed in quo visus ille, inquies, vel auditus inclinare me aurem, et obaudire monet? Nam quod desiderium pariat, manifestum est.

7. Sane ergo considera universam hanc coelestium gloriam corporum incessanter legibus obtemperare divinis, nec unquam sibi positas in tam continuis motibus metas excedere temporum, aut locorum terminos transgredi constitutos. Sed et ipsos spiritus tam sublimes audi omnes administratorios esse, et in ministerium mitti dignantissimum, ut ne indignum dicam: minime tamen, puto, reperies in Scripturis aliquando quemquam illorum vel contradixisse mittenti, vel erga ipsos tam inferiores se, propter quos in ministerium mittebantur, saltem tenuiter fuisse commotum. Exempla sunt obedientiae, si diligenter attendas, eo sane acceptabiliora, quo in materia digniori. Sed novi quid ad ista submurmuret sensus hominis, et cogitatio prona semper ad malum. Quid tu mihi, inquit, elementorum proponis obedientiam supernorum? Quasi vero aut sensus ullus in eis, aut ulla vigeat deliberatio rationis, et non potius agi ipsa, quam agere videantur. Quid vero vel ipsorum angelorum obedientiam sic commendas? Sentiunt quidem angeli, sed delectabilia sola; obedientes equidem Creatori, sed tam felici quam facili voluntate. Quidni obediant? Semper enim vident faciem Patris, quem videre perfecta beatitudo, aeterna gloria, summa voluptas est.

8. Produc nobis, Domine, patriarchas et prophetas, viros obedientes praeceptis tuis, obedientes ex voluntate, obedientes contra propriam voluntatem. Factum est. Exhibetur nobis, ut caeteros brevitatis causa praeteream, exhibetur, inquam, nobis Abraham ad praeceptum Domini exiens de terra sua, ejiciens ancillam et filium ejus, etiam charissimum filium Isaac immolare paratus. Quid hic humana astutia poterit cavillari?

6. En verdad no sin causa el Unigénito, que está en el seno del Padre, él mismo nos narra en esta región de la sombra de la muerte que habitamos, la gloria de los espíritus celestiales por cierto a través de la fe, empero manifiesta la de los cuerpos a través de la apariencia (specie). «Oye —dice—, hija, y ve». Y se hizo. ¿A qué fin estas cosas? «Inclina —dice— tu oído, y olvida a tu pueblo, y la casa de tu padre» (Sal 44, 11). Quiere que depongamos la contumacia, aprendamos la obediencia, aprehendamos la disciplina. Quiere también que olvidemos lo de atrás, despreciemos lo inferior, desertemos de las costumbres terrenas y de los vicios genuinos [alias, gérmenes viciados], que sepamos de lo celestial (coelestia sapere), busquemos lo de arriba, anhelemos lo de adelante. Quiere también que la noble criatura codicie solo aquel decoro de su casa, por el cual claramente sea transformada en la misma imagen de claridad en claridad, como por el Espíritu del Señor; y por consiguiente codicie también el rey el decoro de aquella, espiritual por cierto. Pero ¿en qué —dirás— aquella visión o aquel oído me amonesta a inclinar el oído y a obedecer? Pues que el deseo sea parido, es manifiesto.

7. Considera pues ergo a toda esta gloria de los cuerpos celestiales obedecer incesantemente a las leyes divinas, ni nunca exceder las metas de los tiempos puestas para sí en tan continuos movimientos, o transgredir los términos de los lugares constituidos. Pero oye también que todos aquellos espíritus tan sublimes son administradores (administratorios), y son enviados en un ministerio dignantísimo, por no decir indigno: no obstante, creo, nunca hallarás en las Escrituras alguna vez a ninguno de ellos o que haya contradicho al que lo envía, o que hacia aquellos tan inferiores a sí, por causa de los cuales eran enviados al ministerio, se haya conmovido siquiera tenuemente. Ejemplos son de obediencia, si atiendes diligentemente, tanto por cierto más aceptables cuanto en materia más digna. Pero sé lo que a estas cosas murmura el sentido del hombre, y el pensamiento propenso siempre al mal. ¿Para qué tú —dice — me propones la obediencia de los elementos supernos? Como si de veras o algún sentido en ellos, o alguna deliberación de la razón floreciera, y no más bien se viera que ellos son movidos, que el que muevan. Pero ¿por qué la obediencia de los ángeles mismos así recomiendas? Sienten por cierto los ángeles, pero solo cosas delectables; obedientes por cierto al Creador, pero con una voluntad tan feliz como fácil. ¿Por qué no obedecerían? Pues siempre ven la faz del Padre, a quien ver es perfecta bienaventuranza, eterna gloria, suma voluptuosidad.

8. Prodúcenos, Señor, a los patriarcas y profetas, varones obedientes a tus preceptos, obedientes por voluntad, obedientes contra la propia voluntad. Se hizo. Se nos exhibe, para que a los demás por causa de la brevedad pase por alto, se nos exhibe, digo, a Abraham saliendo al precepto del Señor de su tierra, echando a la esclava y a su hijo, preparado incluso para inmolar a su carísimo hijo Isaac. ¿Qué podrá aquí la astucia humana cavilar?

Forte respondeat, quoniam multifarie, multisque modis apparens ei Deus, suscipiebatur hospitio, participabat convivio, animabat alloquio, instruebat consilio, donabat filiis, illustrabat victoriis, divitiis cumulabat. Quid dices, cum venerit Christus factus obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis? Multum, inquit per omnem modum. Quando enim Unigenitum Dei Patris, Dei virtutem, et Dei sapientiam Christum, quando praesumerem aemulari? Oblatus est quia ipse voluit, quando et quantum voluit passus est, utpote verus quidem homo, sed verus nihilominus Deus. Imo vero ne ipsam apostolicam obedienceam afferas velim; quos nimirum juxta propheticam promissionem oculis suis vidisse constat praeceptorem suum, et auribus suis vocem audisse monentis (Isai. XXX, 20, 21). Unde et unus eorum expressius scribens ait: Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostrae tractaverunt de Verbo vitae (Joan. I, 1). Quidni relinquerent omnia? quidni ad omnia sequerentur tantae praesentiam majestatis? Quid ego non facerem, si mihi eadem copia praestaretur? Sed non fecit taliter omni nationi, non praeunti utique, non sequenti. Siquidem ut multi reges optaverunt videre, et non viderunt; sic nihilominus venerunt jam dies, quando desideremus videre diem unum Filii hominis, nec tamen mereamur.

9. Opportune ergo jam Martinus ad medium veniat, ut de medio fiat occasio peccatorum. Hodie enim ille per omnia similis nobis, plane et sensibilis, et passibilis; sed et longe post illa patriarchalium et propheticarum tempora visionum, et homo purus, nihil de natura divinitatis habens, credens autem in eum quem non vidit; plenus fructu obedientiae, et virtutum locuples, solum deseruit, polum subiit, terrae commendans quod habebat e terra; spiritum dirigens ad Patrem spirituum, cui fideliter in adoptionis spiritu deservivit. Non fuit coeleste corpus, sed nec spiritus quidem coeletis: rationale animal, etiam et mortale, terrigena, filius hominis. In terra natus est, in terra educatus, in terra exercitatus et probatus, in terra etiam consummatus. Nec vero patriarcha erat, aut unus ex prophetis, de quibus sane in Evangelio Veritas ait: Quia Lex et Prophetae usque ad Joannem (Matth. XI, 13). Multo magnis non erat ipse Christus; sed erat tamen Christus in ipso, haud aliter utique quam per fidem.

Tal vez responda que, puesto que de múltiples formas y de muchos modos apareciéndole Dios, era recibido por hospicio, participaba del convivio, lo animaba con el coloquio, lo instruía con el consejo, le donaba hijos, lo ilustraba con victorias, lo colmaba de riquezas. ¿Qué dirás cuando haya venido Cristo hecho obediente al Padre hasta la muerte, y muerte de cruz? Mucho —dice— por todo modo. ¿Cuándo yo presumiría emular al Unigénito de Dios Padre, virtud de Dios, y sabiduría de Dios, a Cristo? Se ofreció porque él mismo quiso, cuando y cuanto quiso padeció, como por cierto varano verdadero, pero no obstante Dios verdadero. Más aún incluso no querría que traigas la misma obediencia apostólica; a quienes sin duda consta, según la promesa profética, haber visto con sus ojos a su preceptor, y haber oído con sus oídos la voz del que amonestaba (Is 30, 20. 21). De donde también uno de ellos escribiendo más expresamente dice: «Lo que oímos, lo que vimos con nuestros ojos, lo que contemplamos, y nuestras manos tocaron del Verbo de vida» (1 Jn 1, 1). ¿Por qué no dejarían todas las cosas? ¿por qué no seguirían en todo la presencia de tanta majestad? ¿Qué no haría yo si se me prestara la misma copia? Pero no hizo de tal manera con toda nación, no con la que precedía por cierto, no con la que seguía. Puesto que así como muchos reyes optaron por ver, y no vieron; así no obstante vinieron ya los días en que deseemos ver un solo día del Hijo del hombre, y sin embargo no lo merezcamos.

9. Oportunamente pues ahora venga Martín al medio, para que de en medio se haga ocasión de los pecados. Pues hoy él es similar a nosotros en todo, de plano tanto sensible como pasible; pero también mucho después de aquellos tiempos de las visiones patriarcales y proféticas, y hombre puro, no teniendo nada de la naturaleza de la divinidad, empero creyendo en aquel a quien no vio; lleno del fruto de la obediencia, y rico en virtudes, desertó del suelo, subió al polo, encomendando a la tierra lo que tenía de la tierra; dirigiendo el espíritu al Padre de los espíritus, a quien fielmente en el espíritu de adopción sirvió. No fue cuerpo celestial, pero tampoco espíritu celestial por cierto: animal racional, incluso y mortal, terrígena (terrigena), hijo del hombre. En la tierra nació, en la tierra fue educado, en la tierra ejercitado y probado, en la tierra también consumado. Ni por cierto era patriarca, o uno de los profetas, de los cuales sin duda en el Evangelio la Verdad dice: «Porque la Ley y los Profetas hasta Juan» (Mt 11, 13). Por mucho no era él mismo Cristo; pero estaba sin embargo Cristo en él, no de otro modo sin duda que por la fe.

10. Enimvero juxta hunc modum etiam modo prope est verbum in corde tuo et in ore tuo (Deut. XXX, 14), tantum si recto quaesieris corde. Nempe Apostolo interpretante verbum fidei istud est (Rom. X, 8), de quo Moyses ait. Unde et alibi idem apostolus: Jesus Christus, inquit, heri, et hodie, et in aeternum (Hebr. XIII, 8). Hesternum quidem ab initio saeculi usque ad ascensionem Dominicam; hodiernum vero diem exinde usque ad saeculi consummationem; porro in aeternum intellige post communem omnium resurrectionem. Nulli horum deest Christus, nulli deest Jesus; nulli deest unctio, nulli salus. Patriarchis et prophetis in visione exhibitus est, apostolis in humanitate, Martino in fide, angelis jam in specie. Quam sane speciem et electis omnibus ostensurum sese promisit, no quidem hodie, sed in aeternum. Denique jam transierat heri, jam istud nostrum illuxerat hodiernum cum Apostoli loquerentur: Etsi congnovimus Christum secundum carnem, sed nunc jam non novimus (II Cor. V, 16). Videtur tamen etiam in hoc mane de carnibus Agni nonnihil esse servatum: sed quod residuum est, utique jam datur igni; quod videlicet usque hodie eadem caro nobis, sed spiritualiter utique, non carnaliter exhibeatur.

11. Neque enim est quod causemur nostro huic negatam tempori, sive eam quae ad patres veteris Testamenti facta est apparitionem sive eam quae apostolis exhibita est praesentiam carnis ejus. Siquidem fideliter considerantibus neutram deesse liquebit. Adest enim nobis etiam nunc carnis ipsius vera substantia, haud dubium sane quin in sacramento. Adsunt revelationes, sed in spiritu et virtute ut tempori gratiae, quod nunc est, nihil in ulla gratia deesse probetur. Denique nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit quae praeparavit Deus diligentibus se, nobis tamen revelavit per Spiritum suum. Nec mireris quod carnales eis manifestationes exhibuit, qui carnalem ejus praestolabantur adventum. Nobis enim tanto efficacior gratia et revelatio dignior necessaria est, quanto nimirum excellentiora constat esse quae exspectamus.

12. Itaque, ut supra diximus, Martinus iste Christus non fuit, sed tamen Christum habuit: non quomodo angeli in praesentia majestatis; non quomodo apostoli in visionem humanitatis; non quomodo olim locutus est in visionem sanctis suis: sed quomodo eum etiam nunc habet Ecclesia, in fide et sacramentis. Non erat ille lux (Joan. I, 8), sed lucerna plane ardens et lucens (Joan. V, 35), de Joanne dictum est. Sed si illum protulero, puto, dicitis: Maximus hominum est, plus quam propheta est, etiam angelus est Dei Patris, sicut ipse testatur: Ecce mitto angelum meum (Luc. VII, 27), etc.

10. Pues según este modo también ahora «cerca está la palabra en tu corazón y en tu boca» (Dt 30, 14), solo si con recto corazón la hubieras buscado. Sin duda interpretando el Apóstol, «la palabra de fe» (Rom 10, 8) es esta, de la que Moisés habla. De donde también en otro lugar el mismo Apóstol: «Jesucristo —dice—, ayer, y hoy, y por los siglos» (Heb 13, 8). Ayer por cierto desde el principio del siglo hasta la Ascensión del Señor; el día de hoy sin duda desde entonces hasta la consumación del siglo; por lo demás en la eternidad entiende después de la común resurrección de todos. A ninguno de estos falta Cristo, a ninguno falta Jesús; a ninguno falta la unción, a ninguno la salud. A los patriarcas y profetas se exhibió en visión, a los apóstoles en la humanidad, a Martín en la fe, a los ángeles ya en la apariencia (specie). Cuya apariencia por cierto prometió que se mostraría a sí mismo a todos los elegidos, no por cierto hoy, sino en la eternidad. Finalmente ya había pasado el ayer, ya este nuestro hoy había lucido cuando los Apóstoles hablaban: «Aunque conocimos a Cristo según la carne, pero ahora ya no lo conocemos» (2 Cor 5, 16). Parece sin embargo también en esta mañana algo de las carnes del Cordero haber sido servado: pero lo que es residuo, por cierto ya se da al fuego; porque claramente hasta hoy la misma carne se nos exhibe, pero espiritualmente sin duda, no carnalmente.

11. Ni hay por qué nos causemos que a este nuestro tiempo se le ha negado, sea aquella que se hizo a los padres del Antiguo Testamento aparición, sea aquella que a los apóstoles se exhibió presencia de su carne. Puesto que a los que fielmente consideran constará que ninguna falta. Pues asiste a nosotros incluso ahora la verdadera sustancia de su carne, no hay duda por cierto que en el sacramento. Asisten las revelaciones, pero en espíritu y virtud, para que al tiempo de la gracia, que es ahora, nada en ninguna gracia se pruebe faltar. Finalmente «ni el ojo vio, ni el oído oyó, ni al corazón del hombre subió lo que preparó Dios para los que le aman», a nosotros sin embargo nos reveló por su Espíritu (1 Cor 2, 9. 10). Ni te maravilles de que les exhibiera manifestaciones carnales a quienes su carnal advenimiento esperaban. Pues a nosotros una gracia tanto más eficaz y una revelación más digna es necesaria, cuanto sin duda consta que son más excelentes las cosas que esperamos.

12. Así pues, como arriba dijimos, este Martín no fue Cristo, pero sin embargo tuvo a Cristo: no como los ángeles en la presencia de la majestad; no como los apóstoles en la visión de la humanidad; no como antes habló en visión a sus santos: sino como ahora mismo lo tiene la Iglesia, en la fe y los sacramentos. «No era él la luz» (Jn 1, 8), sino «lámpara» (lucerna) de plano «ardiente y luciente» (lucerna ardens et lucens) (Jn 5, 35), de Juan fue dicho. Pero si a él lo produjera, creo que diríais: Es el máximo de los hombres, es más que un profeta, es incluso un ángel de Dios Padre, como él mismo atestigua: «He aquí que envío a mi ángel» (Lc 7, 27), etc.

Et Martinus lucerna erat ardens et lucens: eum saltem non pigeat imitari; sed imitari in eo quod est imitabile, non autem quod mirabile exhibetur. Ad mensam divitis sedes hodie; diligenter considera quae tibi apponuntur. Discerne inter cibos, et vasa ciborum. Illos enim juberis tollere, sed non illa. Dives est iste Martinus; dives in meritis, dives in miraculis, dives in virtutibus, dives in signis. Diligenter ergo considera quae apponuntur tibi; quaenam videlicet ad admirationem, quae vero ad imitationem. Aut certe quia sequitur in Scriptura illa, quoniam talia oportet te praeparare (Prov. XXIII, 1, 2, juxta LXX); diligenter considera quid apponitur, et in quo. Suscitavit Martinus tres mortuos, quot nimirum Salvatorem legerat suscitasse. Reddidit visum caecis, surdis auditum, mutis loquelam, claudis gressum, aridis sospitatem. Evasit divina virtute pericula, proprii corporis obice flammas repulit, immanem sacrilegae machinae molem columna parili e coelo descendente prostravit, leprosum mundavit osculo, curavit oleo paralyticum, daemones vicit, angelos vidit, futura praevidit.

13. Verum haec quidem, caeteraque ejusmodi altissima quae fecit magnalia, quidni mirifica quaedam vasa dixerim divitis hujus, auro gravia, gemmis micantia, pariterque materia et opere pretiosa? Noli in his saporem quaerere, sed mirare splendorem. Luceat in hujusmodi lucerna nostra, ut in lumine ejus videamus lumen, quod quidem purum, prout in se est, necdum praevales intueri. Non enim est iste lux, sed ut testimonium perhibeat de lumine; et appareat tibi interim gloriosus Deus in sancto suo, dum non potes ad gloriam ejus, sicut est in se ipso. Caeterum ne putaveris ornatas quidem Martini lampades, sed vacuas inveniri: non est fatua virgo, habet in vasis oleum. Habet vinum in phialis, habet intra paropsides istas ciborum copiam, delicias utique spirituales: ut non modo videant et mirentur, sed edant pauperes, et saturentur; atque in illis quidem Dominum laudent, porro in his vivant corda eorum. Alioquin quomodo mortui laudabunt te, Domine? Ut ergo sit jucunda decoraque laudatio in admiratione, etiam vivant ex imitatione; et, ut avidius sumant delicias, ipsas quoque divitias curiosius contemplentur. Sic nimirum inter splendorem et fervorem lucernae hujus vicariis quibusdam affectibus discurrendum, ut nobis alter ex altero commendetur, et ex mutua collatione uterque complacitior fiat. Siquidem humilis fuit et spiritu pauper iste Martinus, sicut evidentissime probat effectus ipse divinae gratiae, quam profecto tam multam nisi multum humili non dedisset.

Y Martín lámpara era ardiente y luciente: a él al menos no os pese imitar; pero imitar en él lo que es imitable, empero no lo que como admirable se exhibe. «A la mesa del rico te sientas» hoy; «considera diligentemente lo que se te opone». Discierne entre los manjares, y los vasos de los manjares. Pues aquellos se te manda tomar, pero no estos. Rico es este Martín; rico en méritos, rico en milagros, rico en virtudes, rico en signos. Considera pues diligentemente lo que se te opone; a saber qué cosas para la admiración, cuáles por cierto para la imitación. O ciertamente porque sigue en aquella Escritura: «puesto que tales cosas conviene que prepares» (Prov 23, 1. 2, según los LXX); considera diligentemente lo que se opone, y en qué. Resucitó Martín a tres muertos, cuantos sin duda había leído que el Salvador había resucitado. Devolvió la vista a los ciegos, el oído a los sordos, el habla a los mudos, el paso a los cojos, la salud a los áridos. Escapó por virtud divina de los peligros, con el óbice de su propio cuerpo repelió las llamas, la mole ingente de una máquina sacrílega postró con una columna igual descendiendo del cielo, limpió a un leproso con un ósculo, curó con aceite a un paralítico, venció a los demonios, vio ángeles, previó lo futuro.

13. Pero estas cosas por cierto, y las demás de este género, las altísimas maravillas (magnalia) que hizo, ¿por qué no llamaría yo ciertos vasos admirables de este rico, pesados de oro, micantes de gemas, e igualmente preciosos en materia y en obra? No quieras en estos buscar el sabor, sino admira el esplendor. Luzca en tal lámpara nuestra, para que en su luz veamos la luz, la cual por cierto pura, según es en sí, todavía no prevaleces a intuir. Pues no es él la luz, sino para que dé testimonio de la luz; y te aparezca mientras tanto glorioso Dios en su santo, mientras no puedes a la gloria de él, como es en sí mismo. Por lo demás no pienses que las lámparas de Martín adornadas por cierto, pero se hallan vacías: no es virgen fatua, tiene en los vasos aceite. Tiene vino en las redomas, tiene dentro de estos platos copia de manjares, delicias sin duda espirituales: para que no solo vean y se maravillen, sino que coman los pobres, y se saturen; y en aquellas cosas por cierto alaben al Señor, por lo demás en estas vivan sus corazones. De otro modo ¿cómo los muertos te alabarán, Señor? Para que pues sea jocunda y decorosa la alabanza en la admiración, también vivan de la imitación; y, para que con más avidez tomen las delicias, las mismas riquezas también más curiosamente contemplen. Así sin duda entre el esplendor y el fervor de esta lámpara se debe discurrir con ciertos afectos vicarios, para que de uno nos sea encomendado el otro, y de la mutua colación cada uno se haga más complaciente. Puesto que por cierto humilde fue y pobre de espíritu este Martín, como evidentísimamente prueba el efecto mismo de la divina gracia, la cual por cierto tanta si no al muy humilde no se la habría dado.

14. Ut tamen pauca virtutum ejus indicia promam, pauperem illum spiritu beatus novit Hilarius, cum imponere ei diaconatus officium tentans, nec praevalens, quod indignum sese vociferaretur, exorcistam eum esse praecepit: in quo quidam locus injuriae videretur, sciens nimirum quod humiliorem ordinationem minime repudiaret. Pauper fuit, veste sordidus, crine incultus, facie despicabilis: quae quidem licet in electione ejus a quibusdam malevolis objecta fuissent, in ipso tamen episcopatu, sicut scriptum est, penitus non mutavit (SULPIT. De vita Mart., cap. 7). Denique quia vere pauper fuit spiritu Martinus, pauper et modicus meruit nominari. Audi vero mansuetudinem ejus, suo illo Sulpitio sic scribente: «Tantam adversus omnes injurias patientiam assumpserat ut cum esset summus sacerdos, impune etiam ab infimis clericis laederetur: nec propter in eos aut loco unquam amoverit, aut a sua, quantum in ipso fuit, charitate repulerit (ID. Dial. III, cap. 20):» quod quidem in Briccio manifeste probatum, omnes vos arbitror meminisse. Eum nempe aus omnibus sibi successorem elegit, et de tanta post futura adversitate praemonuit: postremo in fide et levitate ipsius sanctum fecit illum, ad cujus os aures suae fuerant, cum responderet homini, qui de eo sciscitabatur: Si illum delirum quaeris, prospice eminus; ecce coelum solito sicut amens respicit. Crebro siquidem homo Dei, utpote terram despiciens, coelum suspiciebat. Nempe sciebat ad hoc sese (ut supra meminimus) rectam et in ipso corpore accepisse staturam. Sciebat illic esse thesaurum suum, sciebat illic sedere in Patris dextera Christum suum, sciebat nunquam sese, donec illuc perveniret, quod desiderabat assecuturum. Unde et hoc ipsum, quod delirus vocabatur in terra merito non attendit, cujus nimirum conversatio esset in coelis, cujus oculi in capite suo. Sane illuc etiam lacrymae ejus a maxilla ascendere consueverant, quibus sic abundabat, ut soleret pro illorum quoque, qui obtrectatores sui videbantur, flere peccatis.

15. Sane quantum justitiam esurierit, tum in caeteris ejus actibus, tum specialiter in idololatriae persecutione probatum est, in templorum destructione, in statuarum dejectione, in succisione lucorum. Ubi se quoque aliquando non est veritus dare discrimini, ut occasio tanti criminis de medio tolleretur. Nam misericordem eum in paupere se expertem Salvator ipse apud angelos gloriabatur, datam sibi medietatem vestis ostentans.

14. Para que sin embargo pocos indicios de sus virtudes produzca, pobre de espíritu lo conoció el bienaventurado Hilario, cuando intentando imponerle el oficio del diaconado, y no prevaleciendo, porque se vociferaba indigno, mandó que él fuera exorcista: en lo cual algún lugar de injuria se veía, sabiendo sin duda que de ningún modo repudiaría la ordenación más humilde. Pobre fue, de vestidura sórdido, de cabello inculto, de rostro despreciable: las cuales cosas por cierto, aunque en su elección por algunos malévolos hubieran sido objetadas, sin embargo en el mismo episcopado, como está escrito, en nada cambió (SULPIT. De vita Mart., cap. 7). Finalmente porque verdaderamente pobre de espíritu fue Martín, pobre y módico mereció ser nombrado. Oye por cierto su mansedumbre (mansuetudo), con su Sulpicio escribiendo así: «Tanta paciencia contra todas las injurias había asumido que, siendo el sumo sacerdote, impunemente incluso por los ínfimos clérigos era herido: ni por causa de ellos ni del lugar alguna vez lo movió, ni de su caridad, cuanto en él estuvo, los repelió (ID. Dial. III, cap. 20):» lo cual por cierto en Briccio manifiestamente probado, todos vosotros creo que recordáis. A él de entre todos para su sucesor eligió, y de tanta posteridad futura de adversidad premonizó: finalmente en la fe y levedad de aquel lo hizo santo, a cuya boca sus oídos habían estado, cuando respondía al hombre que sobre él preguntaba: Si a aquel deliro buscas, mira de lejos; he aquí que al cielo como de costumbre cual demente mira. Frecuentemente por cierto el hombre de Dios, como quien desprecia la tierra, al cielo miraba. Sin duda sabía que para esto (como arriba recordamos) una recta estatura incluso en el cuerpo mismo había aceptado. Sabía que allí estaba su tesoro, sabía que allí se sentaba a la diestra del Padre su Cristo, sabía que él nunca, hasta que allí llegara, lo que deseaba conseguiría. De donde incluso esto mismo de que deliro era llamado en la tierra con mérito no atendió, cuya conversación por cierto estaba en los cielos, cuyos ojos en su cabeza. Por cierto allí también sus lágrimas de la mandíbula solían ascender, con las cuales de tal modo abundaba, que solía por los pecados de aquellos también, que detractores suyos se veían, llorar.

15. Sin duda cuánto de justicia haya tenido hambre, tanto en los demás actos suyos, como especialmente en la persecución de la idolatría fue probado, en la destrucción de los templos, en la deyección de las estatuas, en la sucisión de los bosques. Donde él también alguna vez no temió darse al peligro, para que la ocasión de tan gran crimen de en medio se quitara. Pues misericordioso con el pobre lo experimentó el Salvador mismo en poder de los ángeles se gloriaba, la media parte dada de la vestidura ostentando.

Utinam nobis etiam miseris apud summum judicem, in cujus admirabile tabernaculum introivit, misericordiam illam exhibere dignetur; qua et illos olim morti destinatos, et tormentis variis deputatos eripuit pro quibus ante terreni judicis januam nocte media scribitur jacuisse. Quomodo enim non audiet eum nunc, qui tunc quoque fecit audiri? Porro munditiam cordis ejus illud vel maxime indicat, quod non est confusus inimico loquens in porta: «Nihil in me, funeste, reperies; Abrahae me sinus recipiet.» Nam in opere pacificorum feliciter plane consummans labores suos, licet dierum suorum finem non ignoraret, clericos tamen adiit dissidentes, inter quos reformata pace, in pace ipse quievit.

16. Caeterum-persecutiones, quas sustinuit propter justitiam, longum est numerare, quomodo apud Julianum Augustum in civitate Wangionum intrepidus, imo et illato terrore constatior, custodiae mancipatus est, ut inermis postero die barbaris opponeretur; quomodo circa Alpes sub securi, quam in verticem ejus latro vibrabat, securissimus fuit; quomodo illum Mediolani Auxentius Arianus graviter insectatus, multisque appetitum injuriis, tandem de civitate exturbavit; quomodo et alibi prius adversus sacerdotum perfidiam acerrime pugnans, suppliciis fuit affectus, publice virgis caesus, inde quoque exire compulsus est; quomodo item in cujusdam fani eversione, cum gentilis eum stricto gladio peteret, nudam cervicem praebuit percussuro, donec ille extollens ad ictum dexteram, cecidit resupinus; quomodo alter eum cultro ferire voluit, sed ferrum de manibus ejus elapsum, repente disparuit. Pro quibus omnibus dubium non est multipliciter coronari eum, qui quidem etsi non semel effectu consummatae passionis, sed toties martyr fuit affectu devotissimae voluntatis. Comedite jam, amici, et bibite; et inebramini, charissimi. Sic enim vivitur, et in talibus vita spiritus vestri. Nisi forte beatos praedicat sermo divinus, qui mortuos suscitant, caecos illuminant, morbidos sanant, leprosos mundant, paralyticos curant, daemonibus imperant, futura praenuntiant, miraculis coruscant; et non magis pauperes spiritu, mites, lugentes, esurientes et sitientes justitiam, misericordes, mundicordes, pacificos, persecutionem propter justitiam sustinentes.

17. Ignoscite mihi, fratres: exemplum obedientiae paulo minus praeterivi, quod quidem vel solum juxta propositum ordinem in Martino quoque nobis convenit exhiberi. Sane moram facimus, sed, ut arbitror, bonum nos hic esse: tardius enim hodie venimus ad Martinum. «Domine, inquit, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua .» O vere sanctissimam animam! o inaestimabilem charitatem! o obedientiam singularem!

¡Ojalá a nosotros también míseros ante el sumo juez, en cuyo admirable tabernáculo ingresó, aquella misericordia exhibir se digne; por la cual tanto a aquellos antes destinados a la muerte, como a tormentos varios diputados arrebató, por los cuales ante la puerta del juez terreno a media noche se escribe que yacía. ¿Cómo pues no lo oirá ahora, quien entonces también lo hizo ser oído? Por lo demás la mundicia de su corazón aquello por lo que más lo indica es porque no fue confundido hablando al enemigo en la puerta: «Nada en mí, funesto, hallarás; el seno de Abraham me recibirá». Pues en la obra de los pacíficos felizmente de plano consumando sus labores, aunque el fin de sus días no ignoraba, a los clérigos sin embargo se dirigió disidentes, entre los cuales reformada la paz, en paz él mismo descansó.

16. Por lo demás —las persecuciones que sostuvo por causa de la justicia, largo es numerar, cómo ante Juliano Augusto en la ciudad de los Wangiones (Worms) intrépido, más aún y con el terror inferido más constante, fue entregado a custodia, para que inerme al día siguiente a los bárbaros se opusiera; cómo cerca de los Alpes bajo el hacha, que en su cabeza un ladrón vibraba, estuvo segurísimo; cómo en Milán Auxencio el arriano gravemente lo persiguió, y por muchas injurias apetecido, finalmente de la ciudad lo exturbó; cómo también en otro lugar antes contra la perfidia de los sacerdotes acérrimamente luchando, por suplicios fue afectado, públicamente con varas azotado, de allí también a salir fue compelido; cómo asimismo en la eversión de cierto fano, cuando un gentil con la espada desenvainada lo buscaba, la nuca desnuda ofreció al que lo iba a herir, hasta que aquel levantando para el golpe la diestra, cayó de espaldas; cómo otro lo quiso herir con un cuchillo, pero el hierro de sus manos deslizado, de repente desapareció. Por todas las cuales cosas no hay duda de que es multiplicado en corona, quien por cierto aunque no una vez por el efecto de la pasión consumada, sino tantas veces fue mártir por el afecto (affectu) de la voluntad devotísima. Comed ya, amigos, y bebed; e inebriaos, carísimos (Cant 5, 1). Pues así se vive, y en tales cosas la vida de vuestro espíritu. A no ser que por ventura bienaventurados predique el sermón divino a los que muertos resucitan, ciegos iluminan, mórbidos sanan, leprosos limpian, paralíticos curan, a los demonios imperan, lo futuro prenuncian, por milagros coruscan; y no más bien a los pobres de espíritu, los mansos, los que lloran, los que tienen hambre y sed de justicia, los misericordiosos, los de limpio corazón, los pacíficos, los que persecución por la justicia sostienen.

17. Perdonadme, hermanos: el ejemplo de la obediencia poco menos que pasé por alto, el cual por cierto ya solo según el orden propuesto en Martín también nos conviene que se exhiba. Por cierto demora hacemos, pero, según creo, bueno es que estemos nosotros aquí: pues más tarde hoy vinimos a Martín. «Señor —dice—, si todavía soy necesario a tu pueblo, no recuso el trabajo, hágase tu voluntad». ¡Oh verdaderamente santísima alma! ¡oh inestimable caridad! ¡oh obediencia singular!

Bonum certamen certasti, cursum consummasti, fidem servasti; de reliquo superest tibi corona justitiae, quam reddet tibi Dominus hodie justus judex; et adhuc dicis: Non recuso laborem, fiat voluntas tua! Obtulisti plane Isaac; unicum illum quem diligis, quod in te est, jugulasti; immolasti singulare gaudium tuum pia devotione, paratus redire iterum in pericula, innovare certamina, denuo subire laborem, sustinere tribulationem, prolongare tentationem, deinde differri adhuc ab illa tanta felicitate, et diu desiderata societate spirituum beatorum, atque in hujus mortalitatis aerumnas ab ipso introitu gloriae revocari; postremo, quod maximum est, a Christo tuo peregrinari diutius, si modo ipse voluisset. Nec sane dubium quin ampliorem gratiam mereatur, qui paratum se exhibeat etiam ante mandatum quam qui obedire satagit post mandatum. Magna quidem obedientia vestra, angeli sancti; sed, quod dicere audeam pace vestra, nescio an inveniatur in vobis quisquam paratus in tale aliquando ministerium mitti, in quo necesse habeat non videre faciem Patris. Magnum est, Petre, quod Dominum secuturus, omnia reliquisti; sed audivi te in monte dicentem, ubi transfiguratus est coram vobis: Domine, bonum est nos hic esse; faciamus hic tria tabernacula (Matth. XVII, 4). Non est hoc, «Si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem.» Paratum cor tuum, Martine, paratum cor tuum, sive manere in corpore, sivi dissolvi et esse cum Christo.

18. Et magna quidem in horrenda morte securitas; magna in visione Christi desideranda, et tam ferventer ac singulariter desideranda perfectio reperitur: sed id quidem longe amplius per omnem modum, quod qui mori non metuis, imo qui tanto desiderio praesentiam Domini concupiscis, vivere quoque non renuis, et exspectatione molestissima fatigari. In quo enim alio non obedire potuerat, qui in hoc tanto articulo tam devote clamabat: «Fiat voluntas tua?» Haec ergo pars nostra sit, fratres, in convivio hodierno, hanc nobis obedientiam in mensa pauperis, imo jam divitis hujus appositam diligenter consideremus, scientes quoniam ipsa est quae a nobis exigitur, ipsa quam oportet nos praepara re, ut singuli quique dicamus: Quia paratus sum, et non sum turbatus, ut custodiam mandata tua (Psal. CXVIII, 60). Nec modo semel, aut in parte; sed paratum cor meum, Deus, paratum cor meum (Psal. LVI, 8.); paratum ad utrumque, et in nullo tuae praescribens dispositioni. Forte hoc cupio, et specialiter et vehementer: sed ne quidem illud recuso; sicut fuerit voluntas in coelo, sic fiat. Desidero requiem, sed non recuso laborem, fiat voluntas tua.

DE S. CLEMENTE PAPA ET MARTYRE SERMO De tribus aquis.

El buen certamen luchaste, el curso consumaste, la fe servaste; por lo demás te resta la corona de la justicia, la cual te rendirá hoy el Señor, justo juez; ¡y todavía dices: No recuso el trabajo, hágase tu voluntad! Ofreciste claramente a Isaac; a aquel único a quien amas, en cuanto en ti está, lo degollaste; inmolaste tu singular gozo con piadosa devoción, preparado para volver de nuevo a los peligros, a innovar los certámenes, denuedo a subir al trabajo, a sostener la tribulación, a prolongar la tentación, de allí a ser diferido todavía de aquella tan gran felicidad, y de la diu deseada sociedad de los espíritus bienaventurados, y a las miserias de esta mortalidad desde el ingreso mismo de la gloria ser revocado; finalmente, lo que es máximo, de tu Cristo peregrinar más largo tiempo, si solo él mismo hubiera querido. Ni por cierto es dudoso que mayor gracia merezca quien preparado se exhiba incluso antes del mandato que quien a obedecer se afana después del mandato. Grande por cierto vuestra obediencia, ángeles santos; pero, lo que me atreva a decir con vuestra paz, no sé si se halla en vosotros alguien preparado para que en tal ministerio alguna vez sea enviado, en el cual tenga por necesidad no ver la faz del Padre. Grande es, Pedro, que al que habías de seguir, al Señor, todas las cosas dejaste; pero te oí en el monte diciendo, donde se transfiguró ante vosotros: «Señor, bueno es que estemos nosotros aquí; hagamos aquí tres tabernáculos» (Mt 17, 4). No es esto: «Si todavía soy necesario a tu pueblo, no recuso el trabajo». Preparado está tu corazón, Martín, preparado tu corazón, sea para permanecer en el cuerpo, sea para ser disuelto y estar con Cristo.

18. Y por cierto gran seguridad en una horrenda muerte; grande perfección en la visión deseable de Cristo, y tan ferviente y singularmente deseable se halla: pero aquello por cierto mucho más por todo modo, que tú que no temes morir, más aún que con tanto deseo la presencia del Señor codicias, también vivir no recuses, y con expectación molestísima seas fatigado. Pues ¿en qué otra cosa no pudiera haber obedecido quien en este tanto artículo tan devotamente clamaba: «Hágase tu voluntad»? Esta pues sea nuestra parte, hermanos, en el convivio de hoy, esta obediencia en la mesa de este pobre, más aún ya rico, opuesta diligentemente consideremos, sabiendo que ella es la que se nos exige, ella la que nos conviene preparar, para que cada uno de nosotros digamos: Porque «preparado estoy, y no estoy turbado, para que custodie tus mandatos» (Sal 118, 60). Ni solo una vez, o en parte; sino «preparado mi corazón, Dios, preparado mi corazón» (Sal 56, 8); preparado para uno y otro, y en nada prescribiendo a tu disposición. Tal vez esto deseo, y especial y vehementemente: pero ni siquiera aquello recuso; como hubiera sido la voluntad en el cielo, así se haga. Deseo el descanso, pero no recuso el trabajo, hágase tu voluntad.

DE S. CLEMENTE PAPA Y MÁRTIR SERMÓN De las tres aguas.

1. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus (Psal. CXV, 15). Audiat peccator, et irascatur; dentibus suis fremat, et tabescat. Deprehensus est in astutia sua, cecidit in foveam quam fecit, in laqueum incidit quem tetendit. Invidia siquidem diaboli mors intravit in orbem terrarum; sed ecce pretiosa facta est mors sanctorum. Hear therefore, enemy of life; author of death, attend. Quid valet jam fraus tua? versutia tua quid nocet? Imo vero, ut plus doleas, etiam omnia cooperantur in bonum his qui secundum propositum vocati sunt sancti (Rom. VIII, 28). Neque enim aliter quam ipsa (quae tui est operis) de te hodie beatus martyr, cujus solemnia celebramus, morte corporis triumphavit. Fecit siquidem de necessitate virtutem, poenam peccati in meritum gloriae commutavit; fidelem se probavit in modico, ut dignus inveniretur supra multa constitui. Modicum namque erat, et omnino modicum, quidquid prius acceperat anima illa beata, quantum ad eam gloriam, quam praesenti promeruit passione. Omnis enim delectatio hujus mundi, universa ejus gloria, quidquid denique in eo concupiscitur, prorsus modicum est in illius felicitatis, in illius beatitudinis comparatione: si tamen vel modicum dici debet, et non potius nihilum, vapor ad modicum parens. Acceperat beatus Clemens nobile genus, amplas possessiones, haereditatem multam, scientiam quoque quamplurimam, ita ut optimus quidam illius temporis philosophus haberetur. Acceperat haec universa a Domino: Dei enim dona sunt etiam haec. Fidelem ergo se probavit ei qui dederat, cum pro ejus amore universa contempsit, omnia detrimentum faciens, et arbritratus ut stercora, ut lucrifaceret Christum.

2. Sed forte murmurat etiam nunc inimicus: Pellem, inquiens, pro pelle, et omnia quae habet homo, dabit pro anima sua (Job II, 4). Quid ergo? putas quod in ipsa corporis sui vita, quam accepit a Domino, infidelis inveniatur, ut vel ipsam praeferat illi? Ecce habes potestatem: irrue in eum per satellites tuos, ut coarctetur e duo bus, aut a Domino necesse habens, aut a corpore separari. Varia et immania exquire genera tormentorum; sed noveris te martyri nostro fabricare coronas. Sicut enim ipsa vitae hujus ornamenta et adjumenta contempsit, sic contemnit et ipsam. Corpus omne tibi exponit in mortem, et in faciem maledicit tibi, atque idola tua sacro ore blasphemat, Dominum Deum suum etiam inter tormenta tua libere praedicat, ingenue [alias in igne] confitetur. Coronabitur ergo, quia legitime certavit, quia fideliter vicit, quia nec blandimentis vitae hujus, nec mortis horrore a charitate Christi noluit separari. Dic, quaeso, nobis, anima sancta, quae sic corpus tuum suppliciis exponebas: obsecro, diligebas illud, an non? Utique diligebam, inquit. Nemo enim unquam odio habuit carnem suam (Ephes. V, 29).

1. «Preciosa en el acatamiento del Señor es la muerte de sus santos» (Sal 115, 15). Oiga el pecador, e írese; con sus dientes recline, y se consuma. Deprehendido es en su astucia, cayó en la fosa que hizo, en el lazo incidió que tendió. Puesto que por la envidia del diablo la muerte entró en el orbe de las tierras; pero he aquí que preciosa se ha hecho la muerte de los santos. Oye pues, enemigo de la vida; autor de la muerte, atiende. ¿Qué vale ya tu fraude? ¿tu versucia qué daña? Más aún incluso, para que más te duela, también todas las cosas cooperan en el bien a los que según el propósito han sido llamados santos (Rom 8, 28). Pues no de otro modo que por ella misma (que es de tu obra) hoy el bienaventurado mártir, cuyas solemnidades celebramos, por la muerte del cuerpo triunfó. Hizo sin duda de la necesidad virtud, la pena del pecado en mérito de gloria conmutó; fiel se probó en lo módico, para que digno fuera hallado de ser constituido sobre mucho. Pues módico era, y del todo módico, cuanto antes había aceptado aquella alma bienaventurada, en cuanto a aquella gloria que mereció por la presente pasión. Pues toda delectación de este mundo, toda su gloria, cuanto finalmente en él se codicia, prorsus módico es en comparación de aquella felicidad, de aquella bienaventuranza: si sin embargo siquiera módico debe ser dicho, y no más bien nada, vapor apareciendo para lo módico. Había aceptado el bienaventurado Clemente un noble linaje, amplias posesiones, herencia mucha, ciencia (conocimiento) también muchísima, de tal modo que el mejor filósofo de aquel tiempo fuera tenido. Había aceptado estas cosas universas del Señor: pues de Dios son dones también estos. Fiel por tanto se probó a quien le había dado, cuando por su amor las universas cosas contemnió, todas las cosas pérdida haciendo, y arbitradas como estiércol (stercora), para que lucrara a Cristo.

2. Pero tal vez murmura aun ahora el enemigo: «Piel», diciendo, «por piel, y todo lo que tiene el hombre, lo dará por su alma» (Job 2, 4). ¿Qué pues? ¿piensas que en la misma vida de su cuerpo, que recibió del Señor, sea hallado infiel, de modo que aun a ella la prefiera a Él? He aquí que tienes potestad: irrumpe en él por tus satélites, para que sea coartado de dos cosas, o teniendo necesidad del Señor, o de ser separado del cuerpo. Inquiere variados e inmensos géneros de tormentos; pero sabe que tú fabricas coronas para nuestro mártir. Pues así como los mismos ornamentos y ayudas de esta vida contemnió, así contemne también a ella misma. Todo el cuerpo te expone a la muerte, y en la cara te maldice, y a tus ídolos con su boca sagrada blasfema, al Señor su Dios aun entre tus tormentos libremente predica, ingenuamente [en otro lugar, en el fuego] confiesa. Será coronado por tanto, porque legítimamente luchó, porque fielmente venció, porque ni por los blandimientos de esta vida, ni por el horror de la muerte, quiso ser separado de la caridad de Cristo. Di, te ruego, a nosotros, alma santa, que así tu cuerpo a los suplicios exponías: te ruego, ¿lo amabas, o no? Ciertamente lo amaba, dice. Pues «nadie jamás odio tuvo a su carne» (Ef 5, 29).

Diligebam ergo eam: sed parum diligebam, tanquam ancillam; et multo magis diligebam Dominum Deum. Utque probatio esset dilectionis, operis exhibitio; libenter ipsam quoque pro ejus gloria mortem corporis amplectebar.

3. Quid nos ad haec dicimus, fratres? Congratulamur martyri, sed jam gloria ejus non sine nostra confusione est. Ecce enim beatus Clemens homo erat similis nobis, passibilis, eadem circumdatus infirmitate, et carni suae eodem vinculo naturalis affectionis inhaerens. Si ergo ille sic glorificavit Christum in corpore suo, et calicem salutaris accepit; quid nos retribuimus Domino pro omnibus quae retribuit nobis? Eadem certe nos insignivit imagine, eodem sanguine nos redemit, et vocavit in eadem haereditatem, incorruptibilem et incontaminatam, aeternam, conservatam in coelis. Utquid ergo non possumus et nos cum beato Clemente Christi libere calicem? sed forte respondent aliqui: Possemus, si opportunitas non deesset; sed persecutionis tempus cessavit. At ego, fateor, non satis crediderim ista dicentibus. Quid enim? Quotidie ceditis punctioni acus unius, et mucroni vos arbitramini posse resistere? In minimis probate conflictibus, quam 1057 viriliter in majori certamine stare possitis. Ecce enim vobis non dicitur: Sacrificate idolis, et vivite; aut si hoc non vultis, oportet vos diversis suppliciis interire. Novit Dominus figmentum nostrum, nec dat nobis tam forte certamen. Beato Clementi certamen forte dedit ut vinceret, et disceret quoniam omnium potentior est sapientia.

4. Vestrum autem certamen quale est, fratres mei? Quotidie vobis suggeritur in cordibus vestris, Frange ordinem tuum, murmura, detrahe, age remissius, infirmitatem simula, responde ei qui forte durius tibi locutus est, ut satisfacias desiderio tuo; nec dicitur cuiquam: Nisi haec feceris, morieris; sed ut multum, cum difficultate et labore resistes animo tuo. Et quis sustineret tanta? Haec enim intus audire, haec respondere consuevimus exhortantibus nos, aut foris homini, aut intus Spiritui sancto. Si ergo in hujusmodi certamine periclitamur, si vix resistimus, si interdum etiam succumbimus, quid in illo tam gravi certamine faceremus? Si juncis fragilibus cedit infirmitas nostra, quomodo telis resisteret? Videtis quomodo ad nihilum redacti sumus, et sicut solent mulieres aut parvuli, pugnantes laudamus alios, pugnare ipse non possumus. Quid tamen agimus? Omnes certe ad nuptias Agni vocati sumus, et in conspectu ejus vacuos apparere non licet. Diligenter ergo consideremus quae apponuntur nobis, quoniam talia oportet nos praeparare.

La amaba pues: pero poco la amaba, como a una sirvienta; y mucho más amaba al Señor Dios. Y para que fuera prueba de la dilección, la exhibición de la obra; de buena gana también la misma muerte del cuerpo por su gloria abrazaba.

3. ¿Qué decimos nosotros a estas cosas, hermanos? Congratulamos al mártir, pero ya su gloria no es sin nuestra confusión. Pues he aquí que el bienaventurado Clemente hombre era similar a nosotros, pasible, de la misma enfermad circundado, e inherente a su propia carne por el mismo vínculo de natural afección. Si pues él así glorificó a Cristo en su cuerpo, y el cáliz de lo saludable aceptó; ¿qué retribuimos nosotros al Señor por todas las cosas que nos retribuyó? Con la misma ciertamente nos insignió imagen, con la misma sangre nos redimió, y llamó a la misma herencia, incorruptible e incontaminada, eterna, conservada en los cielos. ¿Para qué pues no podemos también nosotros con el bienaventurado Clemente libremente el cáliz de Cristo? pero tal vez responden algunos: Podríamos, si la oportunidad no faltara; pero el tiempo de la persecución cesó. Pero yo, confieso, no suficientemente creería a los que dicen estas cosas. Pues ¿qué? ¿Diariamente cedéis a la punción de una aguja, y al filo de una espada os arbitráis poder resistir? En los mínimos probad conflictos, cuán varonilmente en el mayor certamen podáis estar. Pues he aquí que no se os dice: Sacrificad a los ídolos, y vivid; o si esto no queréis, os conviene por diversos suplicios perecer. Conoce el Señor nuestro figmento, ni nos da tan fuerte certamen. Al bienaventurado Clemente certamen fuerte dio para que venciera, y aprendiera que de todas las cosas más potente es la sabiduría.

4. ¿Pero cuál es vuestro certamen, hermanos míos? Diariamente se os sugiere en vuestros corazones: Rompe tu orden, murmura, detrae, obra más remisamente, simula enfermedad, responde a quien tal vez más duramente te habló, para que satisfagas tu deseo; ni se dice a nadie: Si no hicieras estas cosas, morirás; sino a lo sumo, con dificultad y trabajo resistes a tu ánimo. ¿Y quién sostendría tales cosas? Pues estas cosas dentro oír, estas responder acostumbramos a los que nos exhortan, o fuera al hombre, o dentro al Espíritu Santo. Si pues en un certamen de este tipo peligramos, si apenas resistimos, si a veces incluso sucumbimos, ¿qué en aquel tan grave certamen haríamos? Si a los juncos frágiles cede nuestra enfermedad, ¿cómo a los dardos resistiría? Veis cómo a la nada hemos sido reducidos, y como suelen las mujeres o los pequeñuelos, alabamos a otros que luchan, luchar nosotros mismos no podemos. ¿Qué sin embargo hacemos? Ciertamente todos al convite del Cordero hemos sido llamados, y en su acatamiento vacíos aparecer no es lícito. Diligentemente pues consideremos las cosas que se nos oponen, puesto que tales nos conviene preparar.

Consideravit beatus Clemens vinum sibi appositum esse a Domino, et ipse quoque, quoniam dives fuit, ad nuptias illas vinum nihilominus proprii sanguinis effusione portavit. Sed nos pauperes sumus, et vinum, Domine, non habemus. At ille: Implete, inquit, hydrias aqua (Joan. II, 7). Ergone et ipsa suscipietur aqua, si attulerimus eam? Utique suscipietur. Nam et ipsam cum vino nobis appositam inveniet, qui secundum monita Sapientis, diligenter consideraverit quae sibi apponuntur (Prov. XXIII, 1), ab eo nimirum qui venit non in aqua solum, sed in aqua et sanguine. Testimonium enim perhibuit qui vidit, quod aperto latere Domini dormientis in cruce exierit sanguis et aqua (Joan. XIX, 34, 35).

5. Et nos ergo, fratres, ut vel fideles nos probemus Deo nostro, si martyrium sanguinis nos habemus (martyrium enim testimonium est), quaeramus vel testimonium aquae, et ne ipsum quidem despiciet Deus. Tres sunt enim qui testimonium dant in terra: Spiritus, aqua et sanguis (Joan. V, 8). Beati quibus trinum suppetit testimonium, quoniam funiculus triplex difficile rumpitur (Eccle. IV, 12). Nos si sanguinis testimonium non habemus, habeamus spiritum et aquam; quoniam sine spiritu nec sanguis, nec aqua sufficiet: imo vero si spiritus ipse sine aqua aut sanguine invenitur, sufficit testimonium ejus; quoniam spiritus veritatis est, nec sanguis, nec aqua quidquam proderunt a se ipsis, sed spiritus est qui testificatur in illis. Sane tamen aut vix, aut nunquam sine aqua aut sanguine spiritum arbitror inveniri. Propterea, charissimi, quaeramus vel aquam, qui sanguinem non habemus. Et quoniam hydriarum supra fecimus mentionem, quaeramus mensuras binas, vel ternas, quas hydriae capiebant. Nam et Christus triplicem nobis apponit aquam, et perfectus omnis qui fuerit in nobis sicut ipse, qui videlicet tres metretas habere potuerit. Propter hoc enim sub distinctione dicitur, binas vel ternas, ut duas ad minus constet necessarias esse; tertiam non ab omnibus exigendam.

6. Accipe igitur triplicem aquam, quam tibi Salvator apponit. Plorat super Lazarum (Joan. XI, 35) et super civitatem Jerusalem (Luc. XIX, 41); et haec est aqua prima. Sudat imminente jam passionis hora; et haec est aqua secunda, non ab oculis tantum, sed a toto corpore manans. Haec autem rubea est, sanguineique coloris, sicut scriptum est: Et factus est sudor ejus, sicut guttae sanguinis decurrentis in terram (Luc. XXII, 44). Jam vero tertia est aqua, quam et praediximus de latere ejus una cum sanguine emanasse. Et tu ergo primam quidem habes, si rigas 1058 lacrymis tuis conscientiae tuae stratum, et dolore compunctionis praeteritorum diluis maculas peccatorum. Secundam aquam habes, si in sudore vultus tui vesceris pane tuo, et labore poenitentiae corpus tuum castigas, ac restringis concupiscentiae flammam. Est autem sanguinei coloris, sive propter laborem, seu etiam propter ipsum quem exstinguit concupiscentiae ignem.

Consideró el bienaventurado Clemente que el vino le había sido opuesto por el Señor, y él también, puesto que fue rico, a aquellas nupcias el vino no obstante de la efusión de su propia sangre llevó. Pero nosotros pobres somos, y vino, Señor, no tenemos. Mas él: «Llenad», dice, «las hidrias de agua» (Jn 2, 7). ¿Acaso pues también ella misma será aceptada el agua, si la trajéramos? Ciertamente será aceptada. Pues aun a ella misma con el vino opuesta a nosotros hallará, quien según los monitos del Sabio, diligentemente hubiera considerado las cosas que se le oponen (Prov 23, 1), por él sin duda que vino no en agua solo, sino en agua y sangre. Pues testimonio perhibió el que vio, que del abierto costado del Señor durmiendo en la cruz salió sangre y agua (Jn 19, 34. 35).

5. Y nosotros pues, hermanos, para que al menos fieles nos probemos a nuestro Dios, si el martirio de la sangre no tenemos (pues martirio es testimonio), busquemos al menos el testimonio del agua, y ni a él mismo despreciará Dios. Pues tres son los que dan testimonio en la tierra: el Espíritu, el agua y la sangre (1 Jn 5, 8). Bienaventurados a quienes el triple testimonio les suple, puesto que el funículo triple difícilmente se rompe (Ecl 4, 12). Nosotros si el testimonio de la sangre no tenemos, tengamos el espíritu y el agua; puesto que sin el espíritu ni la sangre, ni el agua bastará: más aún si el espíritu mismo sin agua o sangre es hallado, basta su testimonio; puesto que el espíritu de la verdad es, ni la sangre, ni el agua algo aprovecharán por sí mismos, sino que el espíritu es el que testifica en ellos. Ciertamente sin embargo o apenas, o nunca sin agua o sangre el espíritu arbitro ser hallado. Por lo cual, carísimos, busquemos al menos el agua, los que sangre no tenemos. Y puesto que de las hidrias arriba hicimos mención, busquemos las medidas binas, o ternas, que las hidrias cabían. Pues también Cristo triple nos opone agua, y perfecto es todo el que hubiera sido en nosotros como él mismo, que sin duda tres metretas haber pudo. Por esto pues bajo distinción se dice, «binas o ternas», para que conste que dos al menos son necesarias; la tercera no de todos ha de ser exigida.

6. Recibe pues la triple agua que el Salvador te opone. Llora sobre Lázaro (Jn 11, 35) y sobre la ciudad de Jerusalén (Lc 19, 41); y esta es el agua primera. Suda inminente ya la hora de la pasión; y esta es el agua segunda, no de los ojos tanto, sino de todo el cuerpo manando. Pero esta es roja, y de sanguíneo color, como está escrito: «Y se hizo su sudor como gotas de sangre decurriendo en la tierra» (Lc 22, 44). Ya por cierto la tercera es el agua, que también predijimos del costado de él junto con la sangre haber emanado. Y tú pues la primera por cierto tienes, si riegas con tus lágrimas el estrado de tu conciencia, y con el dolor de la compunción de los pasados diluyes las manchas de los pecados. La segunda agua tienes, si en el sudor de tu rostro comes tu pan, y con el trabajo de la penitencia tu cuerpo castigas, y restringes la llama de la concupiscencia. Pues es de sanguíneo color, o por el trabajo, o también por el mismo que extingue fuego de la concupiscencia.

Jam vero si proficere potes usque ad devotionis gratiam, potaberis aqua sapientiae salutaris; et spiritus Christi, qui super mel dulcis est, fiet in te fons aquae salientis in vitam aeternam. Et memento hanc esse aquam, quae procedit de latere dormientis, et sine omni molestia fluit. Oportet enim jam mortuum esse mundo, qui in hac voluerit gratia delectari. Ergo, ut breviter repetam, prima quidem a praeteritis delictis abluit conscientiam; secunda, ut futura caveas, exstinguit concupiscentiam; tertia, si ad eam pervenire merueris, potat animam sitientem.

IN VIGILIA S. ANDREAE APOSTOLI SERMO. Quomodo jejuniis praevenire debeamus solemnitates sanctorum.

1. Sanctorum festa praecipua Patrum sanxit auctoritas votivis praevenienda jejuniis: utiliter plane, et non ad insipientiam nobis, si adfuerit qui advertat. Multa siquidem quotidie peccata contrahimus, et in multis offendimus omnes: nec tutum omnino est celebrandas suscipere festivitates sacras, maximeque eas quae maximae sunt, nisi prius abstinentiae purificatione praemissa, quo et digniores, et capaciores inveniamur spiritualium gaudiorum. Sic enim justus in principio sermonis accusator est sui, nec nisi a propria reprehensione laudes incipit alienas. Quod si etiam justus trepidat sollicitus praevenire eum, qui ipsas quoque paratus est justitias judicare; quid agimus nos, quorum interim judicata non fuerint et tecta peccata? Timendum valde est, ne forte manifesta inveniantur praecedentia ad judicium. Si nec justus sine modestia et verecundia quadam ad sanctorum praesumit accedere laudes; quanto magis peccator, in cujus ore non est laus speciosa, timeat semper necesse est vocem illam: Quare tu enarras justitias meas (Psal. XLIX, 16)? sive illam: Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem (Matth. XXII, 12)? Beati proinde, qui stolam suam, dico autem gloriam conscientiae suae, solliciti sunt omni tempore conservare immaculatam, semper splendidam exhibere. Sed quia pauci sunt, qui sic omni custodia servent cor suum, pauciores autem, si tamen vel pauciores, qui in omni sanctimonia conservent illud: necesse est frequenti abstinentia maculas diluere subintrantes, praecipue cum praecipua quaelibet solemnitas advenerit celebranda.

2. Nec modo tamen praeparatio est ad proximam celebritatem observatio praemissa jejunii; est et admonitio quaedam, eruditioque non parva. Discimus ex hoc ipso, quaenam vera sit via festivitatis aeternae. Quid est enim quod jejuniis solemnia praevenimus, nisi quod per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei? Indignus quippe solemni laetitia est, qui statuta in vigiliae abstinentiam non observat. Plane, inquam, si renuis affligere animam tuam in vigilia, indignus jure censeris requie et exsultatione festiva.

Ya por cierto si puedes aprovechar hasta la gracia de la devoción, serás potado con el agua de la sabiduría saludable; y el espíritu de Cristo, que sobre la miel dulce es, se hará en ti fuente de agua saltando a la vida eterna. Y recuerda que esta es el agua que procede del costado del que duerme, y sin toda molestia fluye. Pues conviene ya estar muerto al mundo quien en esta gracia quisiera deleitarse. Por tanto, para que brevemente repita, la primera por cierto de los pasados delitos limpia la conciencia; la segunda, para que los futuros cavas, extingue la concupiscencia; la tercera, si a ella llegar merecieras, pota al alma sedienta.

EN LA VIGILIA DE S. ANDRÉS APÓSTOL SERMÓN. Cómo por ayunos prevenir debamos las solemnidades de los santos.

Pues viendo preparada de lejos la cruz, de ningún modo, como parece exigir la flaqueza mortal, su faz palideció, de ningún modo su sangre se heló; no se erizaron los cabellos, ni la voz en la garganta se detuvo; no tembló el cuerpo, no su mente fue turbada; no se retiró, como suele, el intelecto. De la abundancia del corazón la boca habló, y la caridad que hervía en el corazón, enviaba como unas centellas ardientísimas en la voz. ¿Pues qué hablaba el bienaventurado Andrés, al ver de lejos, como dije, preparada para sí la cruz? «¡Oh cruz», dijo, «durante mucho tiempo deseada, y ya preparada para un ánimo que te codicia! ¡Seguro y gozoso vengo a ti; para que también tú exultante me recibas, discípulo de aquel que pendió en ti; porque tu amante siempre fui, y deseé abrazarte!». Os ruego, hermanos, ¿es un hombre quien habla estas cosas? ¿o no es hombre, sino ángel, o alguna nueva criatura? Hombre claramente semejante a nosotros, pasible. Pues pasible lo atestigua la pasión misma, ante la cual aproximándose tan lleno de alegría exulta. ¿De dónde, pues, en el hombre esta nueva exultación, y alegría hasta ahora inaudita? ¿De dónde en tanta fragilidad tanta constancia? ¿De dónde en el hombre mente tan espiritual, caridad tan ferviente, ánimo tan robusto? ¡Lejos de nosotros que creamos que de sí mismo le asiste tanta virtud! Es un don perfecto, que desciende del Padre de las luces, de aquel sin duda que solo hace grandes maravillas.

4. Claramente era el espíritu, amadísimos, quien ayudaba a su flaqueza, por quien se difundía en su corazón la caridad fuerte como la muerte, mejor dicho incluso más fuerte que la muerte. De la cual, ¡ojá también nosotros seamos hallados partícipes! He aquí pues que nos es molesto el trabajo de la penitencia, grave la aflicción del cuerpo, onerosa la abstinencia. En las vigilias dormita nuestra alma por el tedio, no por otra cosa ciertamente que por la penuria del espíritu. Pues si él mismo estuviera presente, ayudaría sin duda a nuestra flaqueza: y así como al bienaventurado Andrés la cruz y la muerte misma, así a nosotros también nuestro trabajo y nuestra penitencia haría, no solo no modesta, sino también deseable y del todo deleitable. Pues mi espíritu, dice el Señor, es más dulce que la miel (Ecli. 24, 27); de modo que ni la amargura misma de la muerte, aunque sea amarguísima, pueda prevalecer ante su dulzura. ¿Qué no templará aquella dulzura, que hace que la muerte también sea dulcísima? ¿qué aspereza podría resistir a aquella unción, que hace que la muerte también sea suavísima? Cuando haya dado, dice, a sus amados el sueño, he aquí la herencia del Señor (Sal. 126, 2. 3). ¿Qué molestia no expulsará aquel gozo, que hace a la muerte misma también alegrísima? Busquemos este espíritu, hermanos: con toda solicitud demos esfuerzo, para que merezcamos tener este espíritu, mejor dicho para que a quien ya tenemos, más abundantemente aún lo tengamos. Pues cualquiera que no tiene el espíritu de Cristo, este no es de él (Rom. 8, 9). Mas nosotros no recibimos el espíritu de este mundo, sino el espíritu que es de Dios, para que sepamos las cosas que por Dios nos han sido donadas (1 Cor. 2, 12).

Testimonium praesentiae ejus praebent opera ipsa salutis et vitae, quae nullatenus agere possemus, nisi spiritus Salvatoris adesset qui vivificat animas nostras. Quaeramus igitur ut dona sua multiplicet Deus in nobis, et spiritum suum augeat, qui jam primitias dedit. Nullum enim omnino praesentiae ejus certius testimonium est, quam desiderium gratiae amplioris, quoniam ipse dicit: Qui edunt me, adhuc esurient; et qui bibunt me, adhuc sitient (Eccli. XXIV, 56).

5. Sed fortasse multorum nobis conscientiae jam respondent: Desideramus quidem hunc Spiritum, qui sic adjuvet infirmitatem nostram; sed invenire non possumus. Et ego dico: Propterea non invenitis, quia non quaeritis; propterea non accipitis, quia non petitis. Petitis, et non accipitis, eo quod negligenter petatis. Nihil enim aliud exspectat, nihil aliud quaerit Deus, nisi ut sedule et cum desiderio requiratur. Denique quando negabit petentibus, qui etiam non petentes provocat, et hortatur ut petant? Si vos, inquit, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester de coelo dabit spiritum bonum petentibus se? (Luc. XI, 43 [13]). Petite ergo, charissimi, petite sine intermissione, petite sine haesitatione; et in omnibus operibus vestris dulcissimi semper hujus ac suavissimi Spiritus praesentiam et auxilium invocate. And nos enim, fratres, cum beato Andrea necesse habemus tollere crucem nostram, imo cum eo, quem et ipse secutus est, Domino Salvatore. Inde enim sic laetabatur, inde sic exsultabat, quod non solum pro eo, sed etiam cum eo mori videretur, et complantari similitudini mortis ejus, ut compatiens etiam conregnaret. Cum quo ut simul crucifigamur et nos, attentis auribus cordis audiamus vocem dicentis: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me (Luc. IX, 23). Ac si dicat: Qui me desiderat, se despiciat: qui vult facere voluntatem meam, discat frangere suam.

6. Sed continuo bella insurgunt, armantur protinus adversum eos inimici. And nos armemur contra; imitemur arma regis nostri, ut tollamus et nos crucem nostram, in qua de inimicis omnibus triumphemus. Audi enim quid Psalmista promiserit, imo Spiritus sanctus per os ejus: Scuto, inquit, circumdabit te veritas ejus, haud dubium quin Altissimi; de eo siquidem loquebatur, sicut manifeste indicant ipsius psalmi praecedentia verba. Ad quid, fratres, scuto circumdamur, nisi quia nos undique bella circumdant? Denique quid causae sit ut te scuto circumdet, attende.

Testimonio de su presencia ofrecen las obras mismas de salud y de vida, que de ningún modo podríamos hacer si no estuviera presente el espíritu del Salvador que vivifica nuestras almas. Busquemos, pues, que sus dones multiplique Dios en nosotros, y su espíritu aumente, quien ya dio las primicias. Pues ningún testimonio de su presencia es del todo más cierto, que el deseo de una gracia más amplia, puesto que él mismo dice: Los que me comen, aún tendrán hambre; y los que me beben, aún tendrán sed (Ecli. 24, 56).

5. Pero tal vez las conciencias de muchos ya nos responden: Deseamos ciertamente este Espíritu, que así ayude a nuestra flaqueza; pero no podemos encontrarlo. Y yo digo: Por eso no lo encontráis, porque no lo buscáis; por eso no lo recibís, porque no lo pedís. Pedís, y no recibís, por lo cual pedís negligentemente. Pues nada más espera, nada más busca Dios, sino que sea requerido con diligencia y con deseo. Finalmente, ¿cuándo negará a los que piden, quien incluso a los que no piden provoca y exhorta a que pidan? Si vosotros, dice, siendo malos, sabéis dar cosas buenas a vuestros hijos, ¿cuánto más vuestro Padre del cielo dará el buen espíritu a los que se lo pidan? (Lc. 11, 43 [13]). Pedid pues, carísimos, pedid sin intermisión, pedid sin duda; y en todas vuestras obras siempre invocad la presencia y el auxilio de este dulcísimo y suavísimo Espíritu. Y nosotros sin duda, hermanos, con el bienaventurado Andrés tenemos necesidad de llevar nuestra cruz, mejor dicho con aquel a quien él mismo también siguió, el Señor Salvador. Pues de ahí así se alegraba, de ahí así exultaba, porque no solo por él, sino también con él parecía morir, e insertarse en la similitud de su muerte, para que compadeciendo también reinara con él. Con el cual para que seamos crucificados juntamente también nosotros, oigamos con atentas orejas del corazón la voz del que dice: El que quiera venir en pos de mí, niéguese a sí mismo, y tome su cruz, y sígame (Lc. 9, 23). Como si dijera: Quien me desea, despréciese a sí mismo: quien quiere hacer mi voluntad, aprenda a romper la suya.

6. Pero de continuo surgen guerras, se arman enseguida contra ellos los enemigos. Y armémonos nosotros en contra; imitemos las armas de nuestro rey, para que llevemos también nosotros nuestra cruz, en la cual triunfemos sobre todos los enemigos. Pues oye lo que el Salmista prometió, mejor dicho el Espíritu Santo por su boca: Con un escudo, dice, te rodeará su verdad, sin duda del Altísimo; de él en efecto hablaba, como manifiestamente indican las palabras precedentes del salmo mismo. ¿Para qué, hermanos, somos rodeados con un escudo, sino porque por todas partes las guerras nos rodean? Finalmente atiende cuál sea la causa para que con un escudo te rodee.

Scuto, inquit, circumdabit te veritas ejus. Ad quid enim? Non timebis, inquit, a timore nocturno; a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu et daemonio meridiano (Psal. XC, 5, 6). Videsne quam necesse sit, ut scuto circumdet te veritas, quem sic hostium tela circumdant? ab inferiori enim parte timor nocturnus insurgit, a sinistris sagitta volat in die, a dextris perambulat negotium tenebrosum: et ut nihil sit vacuum, a superiori parte daemonium meridianum insurgit [alias, occurrit]. Nos autem miseri et miserabiles, vicinis tot serpentibus, et igneis telis undique volantibus, undique insurgentibus inimicis, nihilominus perniciosa securitate et negligentia dormitamus, torpemus otio, vanitatibus et scurrilitatibus indulgemus, tam pigri ad spiritualia exercitia, ac si jam pax sit et securitas, et non sit militia vita hominis super terram. Hoc est, dico vobis, charissimi, quod me vehementius terret, quod omnino timoris acerbissimi gladio transverberat animam meam; quod inter tanta pericula minus timorati, minus exercitati [alias, excitati], minus quam necesse sit solliciti videamur. Siquidem unum e duobus haec ipsa negligentia nostra probat; aut omnino traditos nos hostibus, et nescire; aut certe, si inter haec conservamur, ei qui tuetur nos, ingratos nimium inveniri. Quorum utrumque quid periculi habeat, satis manifestum est. Propterea, obsecro vos, dilectissimi, ipsa nos excitet hostium malitia pervigil, et instantia eorum maligna, qua tam seduli, tam solliciti sunt in nostram perditionem [alias, persecutionem], nos quoque sollicitos faciat et circumspectos, ut in timore et tremore nostram ipsorum salutem operemur.

7. Ecce enim in cruce est salus nostra: tantum ut ei viriliter inhaereamus. Verbum crucis, ait Apostolus, pereuntibus quidem stultitia; his autem qui salvi fiunt, id est nobis, virtus Dei est (I Cor. I, 18). Ipsa est scutum quo circumdamur, ut ejus quatuor cornua quadrifaria hostium tela repellant. Sit ergo inferius cornu contra timorem nocturnum, id est adversus pusillanimitatem, quae de carnis afflictione procedit, ut id quod sub nobis est, corpus castigare viriliter studeamus, ac subjicere servituti. Si quis vero nobis in faciem maledicit, si quis aperte mala suadere conatur; in die volat sagitta, et a sinistris est, sinistro nihilominus cornu crucis excipienda. Quod si adulatur, si quasi consulentis animo venenum propinat fraternae detractionis, et odium seminare conatur, si denique iniquum aliquid tanquam justum persuadere tentat, a dextris est mihi iste; sed Judas est, osculo me prodit, et dextro cornu crucis negotium perambulans in tenebris necesse est propulsari.

Con un escudo, dice, te rodeará su verdad. ¿Para qué? No temerás, dice, del temor nocturno; de la saeta que vuela en el día, del negocio que deambula en las tinieblas, de la incursión y del demonio meridiano (Sal. 90, 5. 6). ¿Ves cuán necesario es que te rodee con un escudo la verdad, a quien así los dardos de los enemigos rodean? pues por la parte inferior surge el temor nocturno, por la izquierda vuela la saeta en el día, por la derecha deambula el negocio tenebroso: y para que nada esté vacío, por la parte superior surge [alias, ocurre] el demonio meridiano. Pero nosotros míseros y miserables, cercanos a tantas serpientes, y con dardos ígneos volando por todas partes, con enemigos surgiendo por todas partes, no obstante por una perniciosa seguridad y negligencia dormitamos, nos entorpecemos por el ocio, nos entregamos a vanidades y bufonadas, tan perezosos para los ejercicios espirituales, como si ya hubiera paz y seguridad, y no fuera una milicia la vida del hombre sobre la tierra. Esto es, os digo, carísimos, lo que me aterra más vehementemente, lo que del todo atraviesa mi alma con la espada del temor más acerbo; que entre tantos peligros menos temerosos, menos ejercitados [alias, excitados], menos de lo que es necesario solícitos parezcamos. Puesto que una de las dos cosas esta misma negligencia nuestra prueba; o que del todo estamos entregados a los enemigos, y no lo sabemos; o ciertamente, si entre estas cosas somos conservados, que para aquel que nos protege somos hallados demasiado ingratos. Lo cual en ambos casos qué peligro tiene, es bastante manifiesto. Por tanto, os ruego, amadísimos, que nos excite la misma malicia vigilante de los enemigos, y su instancia maligna, por la cual son tan diligentes, tan solícitos en nuestra perdición [alias, persecución], que a nosotros también nos haga solícitos y circunspectos, para que con temor y temblor operemos nuestra propia salud.

7. He aquí pues que en la cruz está nuestra salud: con tal de que a ella virilmente nos adhiramos. La palabra de la cruz, dice el Apóstol, para los que perecen ciertamente es estulticia; pero para aquellos que se salvan, es decir para nosotros, es virtud de Dios (1 Cor. 1, 18). Ella misma es el escudo con el que somos rodeados, para que sus cuatro cuernos los cuadriformes dardos de los enemigos repelan. Sea pues el cuerno inferior contra el temor nocturno, esto es contra la pusilanimidad, que de la aflicción de la carne procede, para que aquello que está bajo nosotros, el cuerpo, castigar virilmente estudiemos, y sujetarlo a servidumbre. Pero si alguno en nuestra faz nos maldice, si alguno abiertamente malas cosas persuadir intenta; en el día vuela la saeta, y a la izquierda está, con el cuerno izquierdo de la cruz debe ser recibida. Que si lisonjea, si como con ánimo de quien consulta propina el veneno de la detracción fraterna, e intenta sembrar odio, si finalmente algo inicuo como si fuera justo persuadir tienta, a la derecha me está este; pero es un Judas, con un ósculo me entrega, y con el cuerno derecho de la cruz el negocio que deambula en las tinieblas es necesario propulsar.

Sed ecce daemonium meridianum, superbiae scilicet spiritus, qui nimirum in splendore majori virtutum acrius insurgere solet. Haec autem quam perniciosa sit, saepius vobis intimare curamus. Initium quippe omnis peccati, et causa totius perditionis, superbia est. Propterea quisquis es qui salutem tuam operari studes, adversus hanc super caput tuum cornu crucis habere memento, ut non eleveris in superbiam, non exaltetur cor tuum, non ambules in magnis, neque in mirabilibus super te; sed tela ea, quae de sublimi veniunt, supereminens capiti tuo cornu crucis excipiat. Sane hoc solum est, cui salutis pariter et regni titulus inscribitur; quia solus qui se humiliat, salvari et exaltari meretur.

8. Jam ut breviter repetam, quatuor haec cornua sunt continentia, patientia, prudentia et humilitas. Felix anima, quae in hac cruce gloriatur, in hac cruce triumphat! tantum ut perseveret in ea, et nullis valeat tentationibus dejici. Oret igitur quisquis in hac cruce est, oret cum beato Andrea Dominum et magistrum suum, ne patiatur eum de cruce deponi. Quid enim malignus ille non audeat, quid non praesumat impius attentare? Quod Aegeae manibus de discipulo, hoc Judaeorum linguis facere cogitaverat et de magistro. In utroque tamen sera poenitentia ductus, victus et confusus abscessit. Utinam abeat similiter et a nobis, eo vincente, qui et in se, et in discipulo triumphavit! Faciat ipse, ut mereamur et nos in hac nostra qualicunque cruce poenitentiae, quam pro ipsius nomine tulimus, feliciter consummari, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen.

IN OBITU DOMNI HUMBERTI, MONACHI CLARAE-VALLENSIS SERMO.

1. Humbertus famulus Domini mortuus est, devotus famulus, servus fidelis. Ipsi vidistis, quomodo nocte praeterita inter manus nostras exspiravit, tanquam unus ex vermiculis terrae. Per hoc triduum fatigavit eum mors, et demolita est intra fauces suas, ut satiaretur sanguine quem sitivit. Eia, fecit quod potuit; occidit carnem, et ecce recondita est in corde terrae. Separavit a nobis dulcem amicum, prudentem consiliarium, auxiliarum fortem. Nec mihi, nec vobis pepercit insatiabilis homicida, mihi autem minus. Siccine separas, amara mors? O bestia crudelis! o amaritudo amarissima! o terror [alias, fetor] et horror filiorum Adam! quid fecisti? Occidisti. Sed quid? Carnem utique solam: animae enim non habes quid facias. Volat ad Creatorem suum, quem tam ardenter concupierat, tam fortiter secuta fuerat omnibus diebus vitae suae. Sed et ipsum corpus quod videris habere, auferetur a te, cum tu novissima inimica destrueris, et absorberis in victoria.

Pero he aquí el demonio meridiano, a saber el espíritu de la soberbia, que sin duda en el esplendor mayor de las virtudes más agriamente suele surgir. Cuán perniciosa sea esta, más frecuentemente os solemos intimar. El principio ciertamente de todo pecado, y causa de toda perdición, es la soberbia. Por tanto, quienquiera que seas tú que estudias operar tu salud, contra esta sobre tu cabeza el cuerno de la cruz tener acuérdate, para que no te eleves en soberbia, no se exalte tu corazón, no andes en cosas grandes, ni en maravillas sobre ti; sino aquellos dardos que de lo sublime vienen, el supereminente a tu cabeza cuerno de la cruz los reciba. Ciertamente esto solo es, a lo cual paritariamente el título de la salud y del reino se inscribe; porque solo el que se humilla, merece ser salvado y exaltado.

8. Ya para repetir brevemente, estos cuatro cuernos son la continencia, la paciencia, la prudencia y la humildad. ¡Feliz el alma que en esta cruz se gloria, en esta cruz triunfa! con tal de que persevere en ella, y por ninguna tentación pueda ser derribada. Ore pues quienquiera que en esta cruz esté, ore con el bienaventurado Andrés a su Señor y maestro, que no permita que de la cruz sea bajado. ¿Pues qué aquel maligno no ose, qué no presuma el impío intentar? Lo que con las manos de Egeas sobre el discípulo, esto con las lenguas de los judíos había pensado hacer también sobre el maestro. En ambos sin embargo, conducido por tardía penitencia, vencido y confuso se retiró. ¡Ojalá se retire igualmente de nosotros, venciendo aquel que tanto en sí como en el discípulo triunfó! Haga él mismo que merezcamos también nosotros en esta nuestra cualquie cruz de la penitencia, que por su nombre llevamos, felizmente consumarnos, quien es sobre todas las cosas Dios bendito por los siglos. Amén.

SERMÓN EN EL ÓBITO DE MONSEÑOR HUMBERTO, MONJE DE CLARAVAL.

1. Humberto siervo del Señor ha muerto, devoto siervo, siervo fiel. Vosotros mismos visteis cómo en la noche pasada entre nuestras manos expiró, como uno de los vermículos de la tierra. Por este triduo lo fatigó la muerte, y lo demolió dentro de sus fauces, para que se saciara con la sangre de la que tuvo sed. ¡Ea!, hizo lo que pudo; mató la carne, y he aquí que está recóndita en el corazón de la tierra. Separó de nosotros al dulce amigo, al prudente consejero, al auxiliar fuerte. Ni a mí ni a vosotros perdonó el insaciable homicida, pero a mí menos. ¿Así separas, amarga muerte? ¡Oh bestia cruel! ¡oh amargura amarguísima! ¡oh terror [alias, fetor] y horror de los hijos de Adán! ¿qué hiciste? Mataste. ¿Pero qué? La carne ciertamente sola: pues para el alma no tienes qué hacer. Vuela a su Creador, a quien tan ardientemente había deseado, tan fuertemente había seguido todos los días de su vida. Pero también el mismo cuerpo que pareces tener, te será quitado, cuando tú, novísima enemiga, seas destruida y absorbida en la victoria.

Reddes utique, reddes aliquando corpus istud, quod ad signum adventus tui tantis hesterna die sputis et exsecrationibus, ac multiplici sordium squalore repleveras, laetabunda et laudans, quia et hunc tuis laqueis irretisses. Veniet Unigenitus Patris cum potestate magna et majestate Humbertum quaerere, et illud idem cadaverosum corpus configurare corpori claritatis suae. Tu autem quid? Profecto, quod in Jeremia scriptum est, in novissimo dierum stulta remanebis (Jerem. XVII, 11), et Humberto in aeternum vivente, tu in perpetuum morieris. Evomuit prophetam marina bestia, quem deglutierat (Jonae II, 11): et tu Humbertum reddes, quem videris tuo vastissimo ventre conclusisse.

2. De caetero, fratres, factitium vobis sermonem in omni forma sanctitatis iste Dei servus exhibuit, quem et longum fecit et magnum. Longum, quantum ad longinquitatem viae [alias, vitae]; magnum, quantum ad vitae sublimitatem. Non oportet me amplius aperire os meum, si bene retinuistis sermonem ejus, si vestris illum cordibus impressistis. Quinquaginta annos, et eo amplius, vixit in servitio illius, cui servire regnare est, quia puerilibus annis locatus est in sanctuario Dei. Nobiscum triginta annis ab ipso pene principio monasterii hujus conversatus est, non solum sine querela, sed et cum gratia: cujus ex hoc memoria in benedictione erit nobis, et generationi quae ventura est. Sicut advena et peregrinus pertransiit viam et vitam istam, quantum minus potuit de mundi rebus accipiens, utpote sciens quia non erat de hoc mundo. Non habebat hic manentem civitatem, sicut nec patres sui; sed in anteriora extentus, sequebatur ad palmam supernae vocationis. Nihil habet mundus, quod jure clamet in eo, vel de eo; quia nec mundus ei placuit, nec ipse mundo. Quantum parcius potuit, de substantia ejus accepit; et minus accepisset, si non obedientia coegisset. Victum et vestitum habens, his contentus fuit, non ad superfluitatem, sed ad necessitatem: nisi quod ipsam quoque necessitatem, superfluitatem esse saepius causabatur. Ante hos paucos dies, si bene memini, dum colloqueremur ad invicem, dicebat se monasterii hujus praebendarium esse, et tanquam nullius utilitatis hominem pasci in domo Dei. Erat enim vere mitis, et humilis corde: et cum caeteris floreret virtutibus, gratiam tamen mansuetudinis specialiter obtinebat. Ideo sese amabilem et affabilem omnibus exhibebat, sicut erat amabilis valde.

3. Verumtamen in his omnibus quam circumcisum fuerit os ejus et lingua, omnes vos plenissimo cognovistis, qui tandiu vidistis ejus conversationem, et sermonem ejus audistis. Quis unquam ex ore ejus sonum detractionis, verbum scurrilitatis, sermonem gloriae, invidiae vocem audivit? Quis eum vel alios judicantem, vel judicanti consentientem aliquando deprehendit? Quis eum loquentem inania audire potuit? imo quis non ab eo timuit, si talia forte loqueretur, audiri?

Devolverás ciertamente, devolverás alguna vez este cuerpo, que ante el signo de tu advenimiento ayer con tantos esputos y execraciones, y con el múltiple escualor de las suciedades habías llenado, exultante y alabando, porque también a este en tus lazos habías enredado. Vendrá el Unigénito del Padre con gran potestad y majestad a buscar a Humberto, y aquel mismo cadaveroso cuerpo a configurarlo al cuerpo de su claridad. ¿Pero tú qué? Ciertamente, lo que en Jeremías está escrito, en el novísimo de los días quedarás estulta (Jer. 17, 11), y con Humberto viviendo eternamente, tú en perpetuo morirás. Vomitó al profeta la bestia marina, a quien había deglutido (Jonás 2, 11): y tú devolverás a Humberto, a quien pareces haber incluido en tu vastísimo vientre.

2. Por lo demás, hermanos, un sermón hecho en toda forma de santidad os exhibió este siervo de Dios, al cual hizo tanto largo como grande. Largo, en cuanto a la longincuid de la vía [alias, vida]; grande, en cuanto a la sublimidad de la vida. No conviene que yo abra más mi boca, si bien retuvisteis su sermón, si lo imprimisteis en vuestros corazones. Cincuenta años, y más de eso, vivió en el servicio de aquel a quien servir es reinar, porque en sus años pueriles fue colocado en el santuario de Dios. Con nosotros treinta años desde casi el mismo principio de este monasterio conversó, no solo sin querella, sino incluso con gracia: cuya memoria de esto será en bendición para nosotros, y para la generación que ha de venir. Como advenedizo y peregrino pertransió esta vía y vida, tomando de las cosas del mundo cuanto menos pudo, como quien sabía que no era de este mundo. No tenía aquí ciudad permanente, como tampoco sus padres; sino extendido a lo que está delante, seguía hacia la palma de la suprema vocación. Nada tiene el mundo, que por derecho clame en él, o de él; porque ni el mundo le plugo, ni él al mundo. Cuanto más parciamente pudo, de su sustancia tomó; y menos hubiera tomado, si la obediencia no lo hubiera compelido. Teniendo sustento y vestido, con estos estuvo contento, no para la superfluidad, sino para la necesidad: excepto que de esa misma necesidad, más frecuentemente alegaba que era superfluidad. Antes de estos pocos días, si bien recuerdo, mientras coloquiábamos mutuamente, decía que él era prebendario de este monasterio, y que como hombre de ninguna utilidad era apacentado en la casa de Dios. Era en efecto verdaderamente manso, y humilde de corazón: y aunque floreciera en las demás virtudes, la gracia de la mansedumbre sin embargo obtenía especialmente. Por eso se exhibía amable y afable a todos, como era muy amable.

3. Sin embargo, en todas estas cosas cuán circuncidada fuera su boca y lengua, todos vosotros plenísimamente conocisteis, que tanto tiempo visteis su conversación, y oísteis su sermón. ¿Quién alguna vez de su boca sonido de detracción, palabra de bufonada, sermón de gloria, voz de envidia oyó? ¿Quién lo deprehendió alguna vez juzgando a otros, o consintiendo a quien juzgara? ¿Quién pudo oírlo hablando cosas vanas? mejor dicho, ¿quién no temió ser oído por él, si tales cosas por casualidad hablara?

Nimirum sollicite custodiebat vias suas, ut non delinqueret in lingua sua; sciens quia qui in verbo non offendit, hic perfectus est vir (Jac. III, 2). Longe a te, Humberte, vae illud evangelicum: Vae vobis qui nunc ridetis, quia flebitis (Luc. VI, 25). Nunquid aliquis vestrum eum ridentem, etiam inter multos ridentes, invenit? Serenabat quidem vultum suum assidentium gratia, ne fieret onerosus; sed risum integrum, si bene recolitis, non admisit. Porro quanti fervoris in opere Dei diebus et noctibus fuerit, non solum vidistis, sed etiam admirati estis usque ad diem mortis suae. Cum enim fere jam ad decrepitam pervenisset aetatem, praeter incommoda senectutis, etiam tot et tantis infirmitatibus, quas multi vestrum non ignorant, lassatus atque quassatus; erat tamen, ut dicitur, animus victor annorum, et cedere nescius infirmitati. Denique in frigoribus et caloribus per montes et valles ascendens et descendens, juvenum laborem prosequebatur, ita ut admirationi esset omnibus et stupori. Si eum quandoque propter multitudinem negotiorum consilii gratia retinuissem, tristis perseverabat et nubilus, donec vestro consortio redderetur. Rarissime unquam solemnibus vigiliis, quas tamen non raro anticipabat, rarissime caeteris horis psallentium choro inventus est defuisse: nec nisi ea necessitate, ut ex instanti responsum mortis habens, infirmitas sequeretur.

4. Porro in refectorio vix communibus utens cibis, si quid forte aliud apponeretur, aut non accipiebat, aut tam moleste accipiebat, ut super hoc universitatem nostram saepius molestaret. Decreverat aquam bibere semper, si non totis viribus restitissem. Vinum si quandoque bibere cogeretur, erat vinum colore potius quam sapore, adeo illud aquis nimis obruebat. Vix unquam obedientia compellente infirmitorium introivit; vix, cum intrasset, teneri potuit. Fateor. minus obediens in hac parte, quod auctoritatis suae mole me premeret. Laudo eum, in hoc non laudo; quia, sicut vos scitis, non parum in hujusmodi perstitit obstinatus. Credo quia si quid triste sensit, propter hoc sensit, quod nobis minus consensit de necessitate corporis sui. Sed qualis erat in consiliis? Purus utique et discretus: quod ego tanto melius novi, quanto saepius tetigi pectus ejus. Non solus autem novi hoc; novit et universitas vestra. Quis denique multitudine vel magnitudine tentationum percussus, non audivit ab ore ejus et radicem tentationis, et curationis remedium? Ita enim percurrebat omnes angulos conscientiae infirmantis, ut credere posset qui confitebatur, eum vidisse omnia, omnibus interfuisse.

Sin duda solícitamente custodiaba sus caminos, para no delinquir en su lengua; sabiendo que quien en la palabra no ofende, este es un varón perfecto (Sant. 3, 2). Lejos de ti, Humberto, aquel ¡ay! evangélico: ¡Ay de vosotros que ahora reís, porque lloraréis! (Lc. 6, 25). ¿Acaso alguno de vosotros lo encontró riendo, incluso entre muchos que reían? Serenaba ciertamente su vulto por la gracia de los que le asistían, para no hacerse oneroso; pero la risa íntegra, si bien recordáis, no la admitió. Además de cuánto hervor en la obra de Dios de día y de noche fuera, no solo visteis, sino que incluso admirasteis hasta el día de su muerte. Pues cuando casi ya a la edad decrépita había llegado, además de los incómodos de la senectud, también por tantas y tan grandes enfermedades, que muchos de vosotros no ignoran, cansado y quebrantado; era sin embargo, como se dice, el ánimo vencedor de los años, y que no sabía ceder a la enfermedad. Finalmente en los fríos y calores por montes y valles ascendiendo y descendiendo, el trabajo de los jóvenes proseguía, de modo que era para todos objeto de admiración y estupor. Si alguna vez por la multitud de los negocios por causa de consejo lo hubiera retenido, permanecía triste y nublado, hasta que fuera devuelto a vuestro consorcio. Rarísimas veces alguna vez a las solemnes vigilias, las cuales sin embargo no rara vez anticipaba, rarísimas veces a las demás horas del coro de los salmistas se encontró haber faltado: y no sino por aquella necesidad de que, teniendo del instante la respuesta de la muerte, la enfermedad siguiera.

4. Además en el refectorio apenas usando los manjares comunes, si por casualidad algo distinto se servía, o no lo recibía, o tan molestamente lo recibía, que sobre esto molestaba más frecuentemente a nuestra comunidad. Había decretado beber siempre agua, si no me hubiera resistido con todas mis fuerzas. Si alguna vez era compelido a beber vino, era vino por el color más que por el sabor, hasta tal punto lo abrumaba con demasiada agua. Apenas alguna vez por mandato de la obediencia entró en la enfermería; apenas, habiendo entrado, pudo ser retenido. Lo confieso, fue menos obediente en esta parte, porque me oprimía con la mole de su autoridad. Lo alabo en esto, no lo alabo; porque, como vosotros sabéis, no poco persistió obstinado en este género. Creo que si algo triste sintió, por esto lo sintió, porque menos nos consintió sobre la necesidad de su cuerpo. ¿Pero cuál era en los consejos? Puro ciertamente y discreto: lo cual yo tanto mejor conocí, cuanto más frecuentemente toqué su pecho. No solo yo sin embargo conocí esto; lo conoció también vuestra comunidad. Finalmente, ¿quién, herido por la multitud o magnitud de las tentaciones, no oyó de su boca tanto la raíz de la tentación como el remedio de la curación? Pues así recorría todos los ángulos de la conciencia del que enfermaba, que podía creer el que confesaba, que él lo había visto todo, que en todo había estado presente.

5. Quantae autem charitatis erat? Sic se induerat viscera pietatis, ut omnes excusaret, pro omnibus intercederet, nescientibus illis pro quibus loquebatur; non personarum acceptor, sed necessitatum. Erat ergo humilis corde, dulcis sermone, strenuus opere, fervens charitate, in commisso fidelis, in consilio circumspectus et prudens. Compositus erat super omnes homines, quos viderim in diebus istis; unus et idem perseverans omni tempore, et omni hora. Plane in semitis Domini Jesu posuit vestigia, nec retraxit pedem, donec cursum itineris consummaret. Ille fuit pauper, pauper et iste fuit. Vixit ille in laboribus, et hic in laboribus multis. Crucifixus est ille, et iste multis et magnis crucibus affixus, stigmata Domini Jesu tulit in corpore suo, adimplens ea quae deerant passionum Christi etiam in carne sua. Resurrexit ille, et iste resurget. Ille ascendit in coelum, et iste creditur ascensurus. Ascendurus plane, cum rex gloriae propter nos descendet, sicut prius ascenderat, ut notam faciat potentiam suam: cum non minoris excellentiae sit descendere per aera, quam per aerem ascendisse. Sic enim olim angeli praedixerunt; quia hic Jesus qui assumptus est a nobis in coelum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in coelum (Act. I, 11). Ne laudaveris hominem in vita sua, dicit Scriptura (Eccli. XI, 30), pro eo quod non est secura laudatio nisi post mortem. Hoc et ego in eo studiose servavi, qui dum adviveret, in hujusmodi non aperui os meum; ne forte possemus vel ego adulationis notam, vel ille culpam incurrere vanitatis. Ex hoc sane neutrum jam timetur; nec ego eum video, et ille forsitan me non audit. Sed etsi audiat, non movetur hominum verbis, fortius inhaerens atque felicius Verbo Dei. Nihil proficiet inimicus in eo, et vanitatis suggestor non apponet nocere ei.

8. De reliquo, fratres, dico vobis, si sequeremini vestigia ejus, non tam facile in vanis cogitationibus et otiosis sermonibus, in jocis et scurrilitatibus laberemini; quia in his multum perditis et de vita vestra, et de tempore vestro. Volat irrevocabile tempus; et dum creditis vos cavere poenam istam minimam, incurritis ampliorem. Illud enim scitote, quia post hanc vitam in purgabilibus locis centupliciter, quae fuerint hic neglecta, reddentur usque ad novissimum quadrantem. Scio ego quia durum est homini dissoluto apprehendere disciplinam, verboso silentium pati, vagari solito stabilem permanere; sed durius, et multo durius erit, futuras illas molestias tolerare. Et homo iste qui hic sepultus est, multa in principio, sicut ipse cognovi, super hujusmodi tentamenta sustinuit, sed cum multo luctamine pugnavit et vicit: et sicut tunc ei durum erat pugnam in tentationibus sustinere, sic ei modo durius esset ad illas ineptias revolare, quia bona consuetudo venerat in naturam. Exercete vos in doctrina ista, et attendite formam illam, quam vidistis in eo et audistis: ut ad eum perveniatis, ad quem ipse pervenit, qui est Deus benedictus in saecula. Amen.

5. ¿De cuánta caridad además era? De tal modo se había revestido de las entrañas de la piedad, que a todos excusaba, por todos intercedía, sin saberlo ellos por quienes hablaba; no aceptador de personas, sino de necesidades. Era por tanto humilde de corazón, dulce en el sermón, estreneuo en la obra, ferviente en la caridad, fiel en lo encomendado, circunspecto y prudente en el consejo. Compuesto estaba sobre todos los hombres que yo haya visto en estos días; uno y el mismo perseverando en todo tiempo y en toda hora. Claramente en las sendas del Señor Jesús puso sus huellas, ni retiró el pie hasta que consumó el curso de su itinerario. Él fue pobre, pobre también fue este. Vivió aquel en trabajos, y este en trabajos muchos. Crucificado fue aquel, y este a muchas y grandes cruces fijado, los estigmas del Señor Jesús llevó en su cuerpo, cumpliendo lo que faltaba de las pasiones de Cristo incluso en su carne. Resucitó aquel, y este resucitará. Aquel ascendió al cielo, y de este se cree que ha de ascender. Ha de ascender claramente, cuando el rey de la gloria por nosotros descenderá, como antes había ascendido, para hacer conocida su potestad: no siendo de menor excelencia descender por el aire que por el aire haber ascendido. Pues así antiguamente los ángeles predijeron; porque este Jesús que fue asumido de nosotros al cielo, así vendrá, del mismo modo que lo visteis yendo al cielo (Hech. 1, 11). No alabes al hombre en su vida, dice la Escritura (Ecli. 11, 30), por el hecho de que no es segura la alabanza sino después de la muerte. Esto también yo en él estudiosamente servé, quien mientras vivía, en este género no abrí mi boca; no fuera que por casualidad pudiéramos incurrir o yo en la nota de la adulación, o él en la culpa de la vanidad. De esto ciertamente ya nada se teme; ni yo lo veo, y él tal vez no me oye. Pero aunque oiga, no se mueve por las palabras de los hombres, más fuertemente y felizmente inherente al Verbo de Dios. Nada aprovechará el enemigo en él, y el sugestor de la vanidad no añadirá para dañarle.

8. Por lo demás, hermanos, os digo, si siguierais sus huellas, no caeríais tan fácilmente en pensamientos vanos y sermones ociosos, en juegos y escurrilidades; porque en estos perdéis mucho tanto de vuestra vida como de vuestro tiempo. El tiempo irrevocable vuela; y mientras creéis que evitáis esa pena mínima, incurrís en una mayor. Pues sabed esto, que después de esta vida en los lugares purgatorios se pagará centuplicadamente lo que aquí fue descuidado, hasta el último cuadrante. Yo sé que es duro para el hombre disoluto aprehender la disciplina, para el verboso sufrir el silencio, para el acostumbrado a vagar permanecer estable; pero más duro, y mucho más duro será, tolerar aquellas molestias futuras. Y este hombre que aquí está sepultado, muchas tentaciones de este tipo sostuvo al principio, como yo mismo conocí, pero con mucha lucha peleó y venció: y así como entonces le era duro sostener el combate en las tentaciones, así ahora le sería más duro volver a aquellas necedades, porque la buena costumbre se había vuelto naturaleza. Ejercitaos en esta doctrina, y atended a aquella forma que visteis en él y oísteis: para que lleguéis a aquel a quien él mismo llegó, que es Dios bendito por los siglos. Amén.

IN DEDICATIONE ECCLESIAE

SERMO I. De quinque sacramentis dedicationis.

1. Festivitas hodierna, fratres, tanto nobis debet esse devotior, quanto familiarior est. Nam caeteras quidem sanctorum solemnitates cum ecclesiis aliis habemus communes; haec vero sic nobis est propria, ut necesse sit vel a nobis eam, vel a nemine celebrari. Nostra est, quia de ecclesia nostra; magis autem nostra, quia de nobis ipsis. Miramini forsitan et erubescitis celebrari festa de vobis: sed nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus. Quid enim lapides isti potuerunt sanctitatis habere ut eorum solemnia celebremus? Habent utique sanctitatem, sed propter corpora vestra. An vero corpora vestra sancta esse quis dubitet, quae templum sancti Spiritus sunt, ut sciat unusquisque possidere vas suum in sanctificatione? Itaque sanctae sunt animae propter inhabitantem Spiritum Dei in vobis; sancta sunt corpora propter animas; sancta est etiam propter corpora domus. Adhuc certe corruptibili tenebatur in carne et in corpore peccati, in quo et grave adulterii crimen admisit illius anima, qui dicebat: Custodi animam meam, quoniam sanctus sum (Psal. LXXXV, 2). Mirabilis plane Deus in sanctis suis, non modo in coelestibus, sed etiam in terrenis. Utrobique sanctos habet, et in utrisque mirabilis est, illos quidem beatificans, istos sanctificans.

2. An experimentum quaeritis ejus, de qua loquimur, sanctitatis, et sanctorum vobis istorum miracula desideratis ostendi? Multi certe ex vobis a peccatis et vitiis, in quibus computruerunt tanquam jumenta in stercore suo, exiere viriliter; et quotidie impugnantibus eis potenter resistunt, juxta Apostolum, qui de sanctis loquens utique: Convaluerunt, inquit, de infirmitate, fortes facti sunt in bello (Hebr. XI, 34). Quid mirabilius, quando is qui prius vix per biduum poterat a luxuria, crapula, et comessationibus, et ebrietatibus, et cubilibus, et impudicitiis, caeterisque similibus et dissimilibus vitiis continere, nunc ab eis continet multis annis, tota utique vita sua? Quod majus miraculum, quando tot juvenes, tot adolescentes, tot nobiles, universi denique quos hic video, velut in carcere aperto tenentur sine vinculis, solo Dei timore confixi; quod in tanta perseverant afflictione poenitentiae, ultra virtutem humanam, supra naturam, contra consuetudinem?

EN LA DEDICACIÓN DE LA IGLESIA

SERMÓN I. Sobre los cinco sacramentos de la dedicación.

1. La festividad de hoy, hermanos, tanto más devota debe sernos cuanto más familiar es. Pues las demás solemnidades de los santos las tenemos ciertamente en común con otras iglesias; pero esta nos es tan propia, que es necesario que sea celebrada o por nosotros, o por nadie. Es nuestra, porque es de nuestra iglesia; pero más nuestra, porque es de nosotros mismos. Os maravilláis tal vez y os avergonzáis de que se celebren fiestas de vosotros: pero no os hagáis como el caballo y el mulo, que no tienen entendimiento. ¿Pues qué pudieron tener de santidad estas piedras para que celebremos sus solemnidades? Tienen ciertamente santidad, pero por vuestros cuerpos. ¿O acaso dudará alguien que vuestros cuerpos son santos, los cuales son templo del Espíritu Santo, para que cada uno sepa poseer su vaso en su santificación? Así pues, las almas son santas por el Espíritu de Dios que habita en vosotros; los cuerpos son santos por las almas; la casa es santa también por los cuerpos. Todavía ciertamente se mantenía en la carne corruptible y en el cuerpo de pecado, en el cual también admitió el grave crimen de adulterio el alma de aquel que decía: "Guarda mi alma, porque soy santo" (Sal. 85, 2). Maravilloso es Dios ciertamente en sus santos, no solo en los celestiales, sino también en los terrenales. En ambos lugares tiene santos, y en ambos es maravilloso, a aquellos ciertamente beatificando, a estos santificando.

2. ¿Buscáis un experimento de esa santidad de la que hablamos, y deseáis que se os muestren los milagros de estos vuestros santos? Muchos ciertamente de vosotros salieron varonilmente de los pecados y vicios en que se pudrieron como jumentos en su estiércol; y diariamente resisten potentemente a los que los impugnan, según el Apóstol, quien hablando de los santos ciertamente dice: "Convalecieron de la enfermedad, se hicieron fuertes en la guerra" (Heb. 11, 34). ¿Qué hay más admirable que cuando aquel que antes apenas por dos días podía contenerse de la lujuria, la glotonería y las comilonas, y las borracheras, y los lechos, y las impudicias, y otros vicios semejantes y desemejantes, ahora se contiene de ellos por muchos años, incluso por toda su vida? ¿Qué mayor milagro que cuando tantos jóvenes, tantos adolescentes, tantos nobles, todos finalmente los que aquí veo, son mantenidos como en una cárcel abierta sin vínculos, fijados solo por el temor de Dios; que perseveren en tanta aflicción de penitencia, más allá de la virtud humana, sobre la naturaleza, contra la costumbre?

Ipsi, credo, videtis quanta jam possemus invenire miracula, si perscrutari singillatim liceret singulorum exitum de Aegypto, et deserti viam, id est abrenuntiationem saeculi, introitum monasterii, in monasterio conversationem. Quid vero sunt haec, nisi manifesta inhabitantis in vobis Spiritus sancti argumenta? Nam habitare in corpore animam probant vitales motus corporis: habitare in anima Spiritum probat vita spiritualis. Illud ex visu et auditu dignoscitur: istud ex charitate et humilitate, caeterisque virtutibus.

3. Vestra est igitur, fratres charissimi, vestra est hodierna festivitas. Vos dedicati estis Domino, vos elegit et assumpsit in proprios. Tibi, inquit Propheta, derelictus est pauper, orphano tu eris adjutor (Psal. IX, 14). Quam bene commutastis, dilectissimi, quidquid habere potuistis in saeculo, quando nunc relinquendo ea, proprii esse meruistis auctoris saeculi, et eum habore propriam possessionem, qui sine dubio portio et haereditas est suorum. Neque enim, sicut dixerunt filii iniquitatis: Beatus populus cui haec sunt, temporalia scilicet quae praemiserat, promptuaria eructantia ex hoc in illud, oves fetosae, et similia: non, inquam, beatus populus cui haec sunt; sed beatus populus cujus Dominus Deus ejus (Psal. CXLIII, 13, 15). Videte ergo si non dignum sit ut festum agamus diem quo nos assumpsit in proprios, et investivit se per ministeriales et vicarios suos, ut fiat sicut ipse jam olim promiserat: Ego, inquiens, in medio eorum ero eorum Deus (Zach. II, 11): nos autem populus ejus et oves pascuae ejus. Quando enim domus ista per manus pontificum dedicata est Domino, propter nos sine dubio factum est; non solum qui tunc praesentes fuimus, sed et quicunque usque in finem saeculi Domino sunt in hoc loco militaturi.

4. In nobis proinde spiritualiter impleri necesse est, quae in parietibus visibiliter praecesserunt. Et si vultis scire, haec utique sunt: aspersio, inscriptio, inunctio, illuminatio, benedictio. Haec quidem in hac visibili domo fecere pontifices; haec Christus assistens pontifex futurorum bonorum invisibiliter quotidie operatur in nobis. Primo siquidem aspergit nos hyssopo, ut mundemur, lavemur, dealbemur, dicaturque de nobis: Quae est ista quae ascendit dealbata? (Cant. VIII, 5.) Lavat, inquam, nos in confessione, lavat nos lacrymarum imbre, lavat sudore poenitentiae; magis autem lavat nos aqua illa pretiosissima, quae de fonto pietatis, id est ab ejus latere, emanavit. Aspergit nos hyssopo, quae humilis herba est, et pectoris purgativa; aqua sapientiae salutaris, quae est timor Domini, initium sapientiae et fons vitae; etiam condimentum salis admiscens, ne sit insipidus timor sine spe, sine devotione. Non solum autem, sed inscribit digito Dei, in quo ejiciebat daemonia, haud dubium quin in Spiritu sancto.

Vosotros mismos, creo, veis cuántos milagros podríamos ya encontrar si se permitiera escudriñar individualmente la salida de cada uno de Egipto, y el camino del desierto, esto es, la renuncia al mundo, la entrada al monasterio, y la conversación en el monasterio. ¿Qué son estas cosas sino argumentos manifiestos del Espíritu Santo que habita en vosotros? Pues que el alma habita en el cuerpo lo prueban los movimientos vitales del cuerpo; que el Espíritu habita en el alma lo prueba la vida espiritual. Aquello se reconoce por la vista y el oído; esto por la caridad y la humildad, y las demás virtudes.

3. Vuestra es, por tanto, hermanos carísimos, vuestra es la festividad de hoy. Vosotros habéis sido dedicados al Señor, él os eligió y os asumió como propios. "A ti", dice el Profeta, "le ha sido dejado el pobre, tú serás el ayudador del huérfano" (Sal. 9, 14). Cuán bien habéis cambiado, amadísimos, lo que pudisteis tener en el siglo, cuando ahora, renunciando a ello, merecisteis ser propios del autor del siglo, y tenerlo a él como posesión propia, quien sin duda es la porción y herencia de los suyos. Ni tampoco, como dijeron los hijos de la iniquidad: "Bienaventurado el pueblo que tiene estas cosas", a saber, las temporales que había antepuesto, "graneros que eructan de esto en aquello, ovejas fecundas", y cosas semejantes: no, digo, no es bienaventurado el pueblo que tiene estas cosas; sino "bienaventurado el pueblo cuyo Señor es su Dios" (Sal. 143, 13, 15). Ved, pues, si no es digno que celebremos un día festivo en que nos asumió como propios, y se invistió a sí mismo por medio de sus ministeriales y vicarios, para que se haga como él mismo ya hace tiempo había prometido: "Yo", diciendo, "estaré en medio de ellos, y seré su Dios" (Zac. 2, 11): nosotros, empero, su pueblo y ovejas de su pastizal. Pues cuando esta casa fue dedicada al Señor por manos de los pontífices, se hizo sin duda por nosotros; no solo por los que entonces estuvimos presentes, sino por cualesquiera que hasta el fin del siglo han de militar para el Señor en este lugar.

4. En nosotros por consiguiente es necesario que se cumplan espiritualmente las cosas que en las paredes precedieron visiblemente. Y si queréis saberlo, estas son ciertamente: la aspersión, la inscripción, la unción, la iluminación, la bendición. Estas cosas ciertamente hicieron los pontífices en esta casa visible; estas Cristo, pontífice asistente de los bienes futuros, las opera invisiblemente cada día en nosotros. Pues primero nos asperja con hisopo para que seamos purificados, lavados, blanqueados, y se diga de nosotros: "¿Quién es esta que sube blanqueada?" (Cant. 8, 5). Nos lava, digo, en la confesión, nos lava con la lluvia de las lágrimas, nos lava con el sudor de la penitencia; pero más nos lava con aquella agua preciosísima que emanó de la fuente de la piedad, esto es, de su costado. Nos asperja con hisopo, que es una hierba humilde y purgativa del pecho; con el agua de la sabiduría saludable, que es el temor del Señor, principio de la sabiduría y fuente de vida; mezclando también el condimento de la sal, para que no sea insípido el temor sin esperanza, sin devoción. No solo esto, sino que inscribe con el dedo de Dios, con el cual echaba los demonios, sin duda en el Espíritu Santo.

Inscribit, inquam, legem suam, non jam in lapide, sed in tabulis cordis carnalibus, propheticam implens promissionem, qua se pollicitus est ablaturum cor lapideum, et carneum cor esse daturum (Ezech. XI, 19), id est non durum, non obstinatum, non Judaicum, sed pium, sed mansuetum, sed tractabile, sed devotum. Beatus quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum (Psal. XCIII, 12). Beati, inquam, qui docti et memores sunt mandatorum ejus, sed ad faciendum ea (Psal. CII, 18). Alioquin scienti bonum et non facienti, peccatum est illi (Jac. IV, 17); et servus sciens voluntatem Domini sui et non faciens, plagis vapulabit multis (Luc. XII, 47).

5. Unde necesse est ut unctio spiritualis gratiae adjuvet infirmitatem nostram, observantiarum istarum et multimodae poenitentiae cruces devotionis suae gratia liniens; quia nec est sine cruce sequi Christum; et sine unctione crucis asperitatem ferre quis posset? Hinc est quod multi abominantur et fugiunt poenitentiam, crucem quidem videntes, sed non etiam unctionem. Vos qui experti estis, ecce ipsi scitis quia vere crux nostra inuncta est, et per gratiam Spiritus adjuvantis, suavis et delectabilis est poenitentia nostra, et, ut ita dicam, amaritudo nostra dulcissima. At postquam unctio gratiae hujus praecesserit, jam lucernam suam Christus non ponit sub modio, sed super candelabrum; quia tempus est ut luceat lux nostra coram hominibus, et videant opera nostra bona, et glorificent Patrem nostrum qui in coelis est (Matth. V, 16).

Ni dude nadie de esto, puesto que se nos hace un signo visible de su gracia invisible para el bien. Digo, pues, en el hecho de que vosotros mismos os levantáis a semejanza de aquel paralítico evangélico; en que tomáis tan fácilmente esta camilla corpórea en la que yacíais enfermos; en que finalmente camináis hacia vuestra casa, ciertamente aquella casa de la cual os alegráis, diciendo con el Profeta: Iremos a la casa del Señor (Sal. 121, 1). ¡Oh admirable casa, preferible tanto a los amados tabernáculos como a los atrios concupiscibles! ¡Qué amables son tus tabernáculos, Señor de los ejércitos! anhela y desfallece mi alma por los atrios del Señor. Pero mucho más: Bienaventurados los que habitan en tu casa, Señor; por los siglos de los siglos te alabarán (Sal. 83, 2, 5). En verdad cosas gloriosas se han dicho de ti, ciudad de Dios. Pues en los tabernáculos está el gemido de la penitencia, en los atrios el gusto de la alegría, en ti la saciedad de la gloria. Esta es ciertamente la ínfima casa de la oración, la media de la expectación, tú de la acción de gracias y de la alabanza. Feliz, por tanto, quien aquí se aparte del mal, que es la culpa, y haga el bien: para que allí sea librado del mal, que es la pena, y en ti reciba el bien. Aquí ciertamente las primicias del espíritu, allí las riquezas, en ti la plenitud: donde aquella medida buena, apretada, remecida y rebosante se dé en nuestros senos. Aquí, finalmente, se hacen santos, allí seguros, en ti bienaventurados. Pues estas son las primicias del espíritu, que mientras tanto se otorgan a los que militan: la santidad en la conversación, la piedad en la intención, la virtud en la lucha. En la santidad de la conversación, entiende los frutos de la penitencia, y cualesquiera ejercicios corporales de los divinos mandamientos. Y puesto que estos, si el ojo no fuera sencillo, no pueden ser sencillos, necesariamente se exige la piedad de la intención y la pureza de corazón, para que no se introduzca ni la ambición de honor, ni el apetito de alabanza: sino que solo sea deseado aquel que solo llena el deseo, y toda la gracia que recibimos vuelva al origen de su propia fuente. Recuerda, sin embargo, que solo la perseverancia entre todas es coronada, ni puede aquella ser fácilmente defendida entre tantos peligros, si no obtuvieras una virtud múltiple en una lucha tan múltiple. Esto en los tabernáculos.

Además en los atrios, que después de los molestos conflictos reciben a los que salen para ser fomentados con amena alegría, ya se erogan las riquezas del espíritu, el descanso de los trabajos, la seguridad de las preocupaciones, la paz de los enemigos. Pues desde ahora ya dice el Espíritu que descansen de sus trabajos aquel que con tanto hervor solía hasta ahora prohibir el ocio e imponer trabajos. Él mismo los pondrá aparte de los cuidados, y los secuestrará de toda preocupación, el que ahora pone consejos en su alma, y la hace turbarse solícita por muchas cosas.

Ipse jam parta victory in pace in idipsum suaviter dormire praestabit, qui, dum adhuc leo rugiens fremit, et ad vigilias excitat, et accingit ad pugnam. Verum in his, ut supra tetigimus, liberatio magis a malo, quam boni muneratio est: nisi quod dura nos nostrae necessitatis experientia cogit, absentiam mali, boni cumulos aestimare; quemadmodum conscientia graviorum immunitatem criminum, plenitudinem reputat sanctitatis. Hinc advertere est quam longe agimus a summo bono, qui carere culpa, justitiam, carere miseria, beatitudinem judicamus.

Absit autem ut talem quis putet ubertatem domus illius, et torrentem voluptatis, et si qua sunt alia quae nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus se! Ne ergo audire velis, o homo, quod auris hominis non audivit; nec ab homine quaeras quod humanus nec oculus videt, nec animus capit. Ne tamen hinc penitus taceamus, nostram hanc patriam a longe salutantes, triplicem quamdam odorari videmur, potentiae scilicet, et magnificentiae, et gloriae repromissionem. Siquidem homo erat, et filius captivitatis hujus, qui dicebat: Introibo in potentias Domini (Psal. LXX, 16). Caeterum nos scire possumus quid sit infirmitate carere, tanquam infirmitate circumdati: quid vero sit virtute indui, et potentiam introire, nec modo potentiam, sed et multam potentiam, forte et omnipotentiam, interim scire non possumus. Clamat etiam testis fidelis, quia quos justificavit, illos et magnificavit (Rom. VIII, 30). At magnificentiam, eam praesertim quam procedere deceat a magnitudine, cujus nec finis, nec numerus est, utinam nostrae interim exiguitati liceat exspectare; nam aestimare non licet. Jam vero ne ipsius quidem vereri necesse est, aut habere suspectam gloriae promissionem: feliciter tunc et fiducialiter hauries gloriam, a cujus interim appetitu tantis comminationibus deterreris. Erit enim tunc unicuique laus a Deo, secura certe et sempiterna, finis pariter et discriminis expers; et, ut scriptum est: Jucunda, decoraque laudatio (Psal. CXLVI, 1). Eia ergo, fratres, viriliter interim in tabernaculis militemus, ut suaviter deinde in atriis requiescamus, ut novissime in domo sublimiter gloriemur, cum momentaneum hoc et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublime, aeternum pondus gloriae operabitur in nobis, cum in Domino laudabimur tota die, in veritate utique, non in vanitate.

Sermo V.

De gemina consideratione sui.

Él mismo, ganada ya la victoria, en la paz hará dormir suavemente en lo mismo, el que, mientras todavía el león rugiente ruge, excita a las vigilias y ciñe para el combate. Pero en estos, como tocamos arriba, la liberación es más del mal que la remuneración del bien: a no ser que la dura experiencia de nuestra necesidad nos fuerce a estimar la ausencia del mal como cúmulos de bien; del mismo modo que la conciencia reputa la inmunidad de los crímenes más graves como plenitud de santidad. De aquí hay que advertir cuán lejos actuamos del sumo bien, nosotros que juzgamos que carecer de culpa es justicia, y carecer de miseria es bienaventuranza.

¡Pero lejos de que alguien piense que tal es la abundancia de aquella casa, y el torrente de placer, y si hay otras cosas que ni el ojo vio, ni el oído oyó, ni subió al corazón del hombre, las cuales Dios preparó para los que le aman! Por tanto, no quieras oír, hombre, lo que el oído del hombre no oyó; ni busques del hombre lo que ni el ojo humano ve, ni el ánimo capta. Pero para que no callemos del todo por esto, saludando desde lejos a esta patria nuestra, nos parece oler una cierta triple promesa, a saber, de potencia, de magnificencia y de gloria. Pues era un hombre, e hijo de esta cautividad, el que decía: Entraré en las potencias del Señor (Sal. 70, 16). Por lo demás, nosotros podemos saber qué es carecer de enfermedad, como rodeados de enfermedad: pero qué sea ser revestidos de virtud, y entrar en la potencia, y no solo en la potencia, sino también en mucha potencia, tal vez incluso en la omnipotencia, entre tanto no podemos saberlo. También clama el testigo fiel, que a los que justificó, a ellos también magnificó (Rom. 8, 30). Pero la magnificencia, aquella especialmente que conviene que proceda de la magnitud, de la cual no hay fin ni número, ¡ojalá se le permita entre tanto a nuestra pequeñez esperar!; pues no es lícito estimarla. Ya en verdad ni siquiera es necesario temer, o tener por sospechosa la promesa de la gloria: feliz entonces y confiadamente beberás la gloria, de cuyo apetito entre tanto eres disuadido por tantas conminaciones. Pues habrá entonces para cada uno alabanza de parte de Dios, segura por cierto y sempiterna, igualmente exenta de fin y de distinción; y, como está escrito: Suave y decorosa es la alabanza (Sal. 146, 1). ¡Ea!, pues, hermanos, militemos entre tanto varonilmente en los tabernáculos, para que después descansemos suavemente en los atrios, para que finalmente nos gloriemos sublimemente en la casa, cuando este momento momentáneo y leve de nuestra tribulación obre en nosotros, por encima de toda medida en lo sublime, un eterno peso de gloria, cuando seamos alabados en el Señor todo el día, ciertamente en la verdad, no en la vanidad.

Sermón V.

Sobre la doble consideración de sí mismo.

Etiam hodie, fratres, solemnitatem agimus, et praeclaram. Atque id quidem facile dixerim: sed si pergitis quaerere cujus sancti, illud forte jam non ita. Quoties enim apostoli, seu martyris, vel confessoris alicujus memoria celebratur, haud difficile est dicere cujus, utputa sancti Petri, et Stephani gloriosi, aut sancti Patris nostri Benedicti, vel alicujus caeterorum magnorum principum magnae curiae coeli. Nunc vero nullius eorum solemnitas agitur: agitur tamen nonnulla solemnitas. Nec modo nonnulla, sed non parva. Et si jam vultis audire, festivitas est domus Domini, templi Dei, civitatis regis aeterni, sponsae Christi. Nemo sane ambigit sanctam esse sponsam Sancti sanctorum, et omni celebritatis honore dignissimam. An vero domum Dei sanctam esse quis dubitet, de qua legitur: Domum tuam decet sanctitudo? (Psal. XCII, 5.) Sic et sanctum est templum ejus, mirabile in aequitate (Psal. LXIV, 5, 6): sed et civitatem sanctam Joannes sese vidisse testatur: Vidi, inquit, sanctam civitatem Jerusalem novam descendentem de coelo a Deo, paratam tanquam sponsam, ornatam viro suo (Apoc. XXI, 25). In quibus sane verbis aperire jam coepi quod adhuc, fateor, dissimulare volebam. Dico autem quod eadem sponsa, quae civitas est, sed et templum quoque, et domus nihilominus sit. Neque id mirum, praesertim cum similiter unus sit, qui se ei et sponsum dignatur, et regem, et Deum, et patremfamilias exhibere.

Necdum tamen vobis arbitror satisfactum, donec evidentius quae domus hujus patrisfamilias, quod hoc templum Dei, quae civitas regis istius, quaenam denique hujus tam gloriosi sponsi sponsa dici et esse meruerit, addiscatis [alias audiatis]. At ego super hoc quidem non parum vereor loqui quid sentiam, ne quem vestrum, quod absit! aut minus fideliter, aut minus humiliter audire contingat: ne quis forsitan ab hoc auditorio aut elatus prae magnitudine gloriae, aut incredulus exeat prae pusillanimitate spiritus sui. Opto enim semper vos et fideles et humiles inveniri, quod utrumque summopere sit necessarium ad salutem. Solis namque humilibus ipse dat gratiam, cui etiam sine fide placere impossibile est. Opto igitur et omnibus modis cupio ut et parvulos et magnos, imo, ut plus miremini, et nihil et aliquid, etiam grande [alias, nihil aliud quam grande] aliquid ei vos exhibere curetis. Neque enim sine magno animo bona illa tam magna capere, aut vim facere poteritis regno coelorum: non plus quam idem coelorum regnum intrare, nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli (Matth. XVIII, 3).

También hoy, hermanos, celebramos una solemnidad, y preclara. Y eso ciertamente lo diría fácilmente: pero si continuáis preguntando de qué santo, eso tal vez ya no tanto. Pues cuantas veces se celebra la memoria de un apóstol, o de un mártir, o de algún confesor, no es difícil decir de quién, como por ejemplo de san Pedro, y del glorioso Esteban, o de nuestro santo Padre Benito, o de alguno de los otros grandes príncipes de la gran curia del cielo. Ahora en verdad no se celebra la solemnidad de ninguno de ellos: se celebra sin embargo una cierta solemnidad. Y no solo una cierta, sino no pequeña. Y si ya queréis oírlo, es la festividad de la casa del Señor, del templo de Dios, de la ciudad del rey eterno, de la esposa de Cristo. Nadie ciertamente duda de que es santa la esposa del Santo de los santos, y dignísima de todo honor de celebridad. ¿O acaso alguien dudaría que es santa la casa de Dios, de la cual se lee: A tu casa le conviene la santidad? (Sal. 92, 5.) Así también es santo su templo, admirable en la equidad (Sal. 64, 5, 6): pero también Juan testifica haber visto la ciudad santa: Vi, dice, la ciudad santa Jerusalén nueva que descendía del cielo de parte de Dios, preparada como una esposa adornada para su marido (Apoc. 21, 2). En cuyas palabras ciertamente ya he comenzado a abrir lo que hasta ahora, lo confieso, quería disimular. Digo, pues, que la misma esposa, que es ciudad, es también templo, y no menos casa. Ni es eso de maravillar, especialmente cuando igualmente es uno el que se digna mostrarse a ella tanto como esposo, y rey, y Dios, y padre de familia.

Todavía no pienso que estéis satisfechos, hasta que aprendáis [o bien oigáis] más claramente quién es la casa de este padre de familia, qué es este templo de Dios, qué la ciudad de este rey, y quién finalmente ha merecido ser llamada y ser la esposa de este tan glorioso esposo. Pero yo por mi parte temo no poco hablar lo que siento sobre esto, no sea que a alguno de vosotros, ¡lo cual no suceda!, le ocurra oírlo o menos fielmente, o menos humildemente: para que nadie tal vez salga de este auditorio o elatado por la magnitud de la gloria, o incrédulo por la pusilanimidad de su espíritu. Pues deseo que siempre seáis hallados tanto fieles como humildes, lo cual ambos es sumamente necesario para la salvación. Pues solo a los humildes él mismo da la gracia, al cual también sin fe es imposible agradar. Deseo, pues, y de todos modos anhelo que procuréis mostraros ante él tanto pequeños como grandes, o mejor, para que os maravilléis más, tanto nada como algo, e incluso algo grande [o bien, nada más que algo grande]. Pues ni sin un gran ánimo podréis captar aquellos bienes tan grandes, ni hacer fuerza al reino de los cielos: no más que entrar en el mismo reino de los cielos, si no os hubierais convertido y os hicieris como niños (Mt. 18, 3).

Non sum homo profundi sensus, nec possum vobis quod non gustaverim eructare. Dicam tamen quid interdum in me sentiam actitari, ut si quis forte sibi utile judicaverit, imitetur. Quia enim olim persuasum est mihi ut miserear animae meae, placiturus exinde Deo meo (Eccli. XXX, 24), frequenter de ea recogito: utinam autem semel, semperque [alias, magis semper] liceret! Erat quando id actitari minime libebat, nempe quod minus (si tamen minus, et non magis minime) diligerem eam. Quomodo enim amat quis, cujus mortem amat? Quod si, ut verum est et indubitabile, mors animae iniquitas est, absolutam proinde liquet esse sententiam, quod iniquitatem qui diligit, odit animam suam (Psal. X, 6). Oderam ergo eam, et odissem adhuc, nisi hoc mihi quodcunque amoris ejus initium is qui prior eam dilexerat contulisset.

Ipsius proinde beneficio nonnunquam de ea cogitans, videor mihi in ea, fateor, velut duo quaedam contraria invenire. Si ipsam, prout in se est et ex se, juxta rei veritatem intueor, nihil de ea verius sentire possum, quam ad nihilum esse redactam. Quid modo necesse est singulas ejus miserias numerare, quam sit onerata peccatis, offusa tenebris, irretita illecebris, pruriens concupiscentiis, obnoxia passionibus, impleta illusionibus, prona semper ad malum, in vitium omne proclivis, postremo totius confusionis et ignominiae plena? Nimirum si ipsae quoque justitiae nostrae omnes, ad lumen veritatis inspectae, velut pannus menstruatae inveniuntur (Isai. LXIV, 6); injustitiae deinceps quales reputabuntur? Si lumen quod in nobis est tenebrae sunt, ipsae tenebrae quantae erunt? Facile est cuique nostrum, si sua plenius [alias, mejor] universa et sine dissimulatione vestiget, et judicet sine acceptione personae, attestari per omnia apostolicae veritati, et libere proclamare: Qui se putat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit (Galat. VI, 3). Quid est homo, quia magnificas eum? ait fidelis et devota confessio; aut quid apponis erga eum cor tuum (Job. VII, 17)? Quid? Sine dubio vanitati similis factus est homo, ad nihilum redactus est homo, nihil est homo. Quomodo tamen penitus nihil est, quem magnificat Deus? Quomodo nihil est, erga quem appositum est cor divinum?

Respiremus, fratres, et si nihil sumus in cordibus nostris, forte in corde Dei potest aliud latere de nobis. O Pater misericordiarum! o Pater miserorum! quid apponis erga eos cor tuum? Scio, scio: ubi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum: Quomodo ergo nihil sumus, si thesaurus tuus sumus? Omnes gentes, quasi non sint, sic sunt ante te, et tanquam nihilum et inane reputabuntur. Siquidem ante te, sed non sic intra te. Sic in judicio veritatis tuae, sed non sic in affectu pietatis tuae. Nimirum vocas ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt.

No soy hombre de profundo sentido, ni puedo eructaros lo que no haya gustado. Diré sin embargo lo que a veces siento que se hace en mí, para que si alguno por acaso lo juzgara útil para sí, lo imite. Porque hace tiempo se me persuadió que tuviera piedad de mi alma, para agradar desde entonces a mi Dios (Eclo. 30, 24), frecuentemente pienso en ella: ¡ojalá se me permitiera una vez y siempre [o mejor siempre más]! Hubo un tiempo en que no me gustaba nada hacer eso, ciertamente porque la amaba menos (si es que menos, y no más bien mínimamente). ¿Pues cómo ama alguien, cuya muerte ama? Pero si, como es verdad e indudable, la muerte del alma es la iniquidad, por tanto está claro que es absoluta la sentencia, de que el que ama la iniquidad, odia su propia alma (Sal. 10, 6). La odiaba, pues, y la odiaría todavía, si aquel que primero la había amado no me hubiera conferido este cualquier principio de su amor.

Por su beneficio, por tanto, pensando a veces en ella, me parece encontrar en ella, lo confieso, como dos ciertas cosas contrarias. Si la miro a ella misma, tal como es en sí y por sí, según la verdad de la cosa, nada más verdadero puedo sentir de ella, que el haber sido reducida a la nada. ¿Qué necesidad hay ahora de contar sus miserias individuales, cuán cargada está de pecados, cubierta de tinieblas, enredada en halagos, con prurito de concupiscencias, obnoxio a las pasiones, llena de ilusiones, siempre prona al mal, proclive a todo vicio, finalmente llena de toda confusión e ignominia? Ciertamente si nuestras mismas justicias también todas, inspeccionadas a la luz de la verdad, se hallan como trapo de menstruante (Is. 64, 6); ¿entonces las injusticias qué se reputarán? Si la luz que hay en nosotros es tinieblas, ¿cuán grandes serán las tinieblas mismas? Fácil es a cada uno de nosotros, si investigara sus cosas todas más plenamente [o mejor] y sin disimulo, y juzgara sin acepción de personas, atestiguar en todo la verdad apostólica, y proclamar libremente: El que se piensa ser algo, no siendo nada, él mismo se seduce (Gál. 6, 3). ¿Qué es el hombre, porque lo magnificas? dice la fiel y devota confesión; ¿o por qué pones hacia él tu corazón (Job 7, 17)? ¿Qué? Sin duda el hombre ha sido hecho semejante a la vanidad, el hombre ha sido reducido a la nada, el hombre es nada. Sin embargo, ¿cómo es totalmente nada, aquel a quien Dios magnifica? ¿Cómo es nada, aquel hacia quien ha sido puesto el corazón divino?

Respiremos, hermanos, y si nada somos en nuestros corazones, tal vez en el corazón de Dios puede latir otra cosa sobre nosotros. ¡Oh Padre de las misericordias! ¡oh Padre de los míseros! ¿por qué pones hacia ellos tu corazón? Lo sé, lo sé: donde está tu tesoro, allí está tu corazón: ¿Cómo, pues, somos nada, si somos tu tesoro? Todas las gentes, como si no fueran, así son ante ti, y como nada y vacío serán reputadas. Ciertamente ante ti, pero no así dentro de ti. Así en el juicio de tu verdad, pero no así en el afecto de tu piedad. Ciertamente llamas a las cosas que no son, como a las cosas que son.

Et non sunt ergo, quia quae non sunt vocas: et sunt, quia vocas. Licet enim non sint quantum ad se, apud te tamen sunt, utique, juxta Apostolum, non ex operibus justitiae, sed ex vocante (Rom. IX, 12). Sic nimirum, sic consolaris in tua pietate quem in veritate tua humiliasti, ut magnifice dilatetur in tuis, qui merito angustiatur in visceribus suis. Siquidem universae viae tuae misericordia et veritas, requirentibus testamentum tuum et testimonia tua (Psal. XXIV, 10); testamentum utique pietatis, et testimonia veritatis.

Lege, homo, in corde tuo; lege intra te ipsum de te ipso testimonia veritatis: etiam hac communi luce judicabis te indignum. Lege in corde Dei testamentum, quod firmatum est in sanguine Mediatoris: et invenies quam longe aliud spe possidere, quam re tenere videris. Quid est, inquit, homo, quia magnificas eum? Magnus utique, sed in illo: siquidem magnificatus est ab illo. Aut quomodo non magnus apud illum, cui tam magna cura est de eo? Ipsi enim cura est de nobis, ait apostolus Petrus (I Petr. V, 7). Et Propheta: Ego autem mendicus sum et pauper, Dominus sollicitus est mei (Psal. XXXIX, 18). Plane artificiosa connexio utriusque considerationis, qua velut uno momento descendens pariter et ascendens, et se pauperem et mendicum, et Deum pro se sollicitum vidit. Angelicum est istud, ascendere et descendere simul. Videbitis, ait, angelos ascendentes et descendentes super Filium hominis (Joan. I, 51). Neque enim talis aliqua vicissitudo in eorum ascensionibus et descensionibus est. Simul et mittuntur in ministerium propter eos qui haereditatem capiunt salutis, et assistunt vultui majestatis: Deo misericorditer providente ut et nobis sit consolatio, et eis tribulatio nulla. Alioquin quando aequanimiter paterentur ab illo vultu gloriae, in quem semper prospicere desiderant propter nos, vel ad modicum separari? Denique ipsam audi in Evangelio Veritatem. Angeli eorum, ait, haud dubium quin parvulorum, in coelis semper vident faciem Patris (Matth. XVIII, 10); sic videlicet parvulorum custodiae deputati, ut non privati ullo modo beatitudine sua. Hinc est quod Joannes sanctus civitatem Jerusalem descendentem vidit, stantem non potuit intueri. Et adverte quod descendentem dixerit, non cadentem. Cecidit enim quondam non minima pars civitatis illius, sed ea quidem minime sancta, quippe cui gravissimus casus fuit, quod totius inimica facta est sanctitatis.

Y no son, pues, porque llamas a las que no son: y son, porque las llamas. Pues aunque no sean en cuanto a sí mismas, ante ti sin embargo son, ciertamente, según el Apóstol, no por las obras de justicia, sino por el que llama (Rom. 9, 12). Así ciertamente, así consuelas en tu piedad a quien humillaste en tu verdad, para que se dilate magníficamente en lo tuyo el que con razón se angustia en sus propias entrañas. Ciertamente todos tus caminos son misericordia y verdad, para los que buscan tu testamento y tus testimonios (Sal. 24, 10); el testamento ciertamente de la piedad, y los testimonios de la verdad.

Lee, hombre, en tu corazón; lee dentro de ti mismo sobre ti mismo los testimonios de la verdad: incluso de esta luz común te juzgarás indigno. Lee en el corazón de Dios el testamento, que fue confirmado en la sangre del Mediador: y encontrarás cuán lejos parece ser otra cosa lo que posees por la esperanza, que lo que tienes por la realidad. ¿Qué es el hombre, dice, porque lo magnificas? Grande ciertamente, pero en él: puesto que fue magnificado por él. ¿O cómo no es grande ante aquel que tiene tan gran cuidado de él? Pues él mismo tiene cuidado de nosotros, dice el apóstol Pedro (1 Pe. 5, 7). Y el Profeta: Yo, en cambio, mendigo soy y pobre, el Señor es solícito por mí (Sal. 39, 18). Claramente artificiosa conexión de cada consideración, por la cual como en un solo momento descendiendo a la par y ascendiendo, se vio a sí mismo pobre y mendigo, y a Dios solícito por él. Angélico es esto, ascender y descender al mismo tiempo. Veréis, dice, a los ángeles ascendiendo y descendiendo sobre el Hijo del hombre (Jn. 1, 51). Pues ni hay tal alguna vicisitud en sus ascensiones y descensiones. A la vez son enviados en ministerio por aquellos que reciben la herencia de la salvación, y asisten ante el rostro de la majestad: Dios misericordiosamente proveyendo para que tanto haya consolación para nosotros, como ninguna tribulación para ellos. De otro modo, ¿cuándo soportarían ecuánimemente ser separados, ni por un poco, de aquel rostro de gloria, al cual siempre desean mirar, por causa nuestra? Finalmente oye a la Verdad misma en el Evangelio. Sus ángeles, dice, sin duda los de los pequeñuelos, ven siempre en los cielos el rostro del Padre (Mt. 18, 10); así a saber diputados a la custodia de los pequeñuelos, de modo que no privados de ningún modo de su bienaventuranza. De aquí es que san Juan vio la ciudad de Jerusalén descendiendo, no pudo contemplarla estando fija. Y advierte que dijo descendiendo, no cayendo. Pues cayó antaño una no mínima parte de aquella ciudad, pero aquella ciertamente mínimamente santa, pues para ella fue gravísima la caída, porque se hizo enemiga de toda santidad.

Verum hanc equidem ruinam et terribilem casum Joannes videre non potuit, quia necdum erat; sed vidit Verbum quod in principio erat, vidit principium quod apostolis loquebatur: Videbam Satanam tanquam fulgur cadentem de coelo (Luc. X, 18). Itaque pars illa quae cecidit, a Deo reparanda est, cum implebit ruinas, et reaedificabit muros Jerusasalem, non tamen ex his qui ceciderunt. Haec autem quae descendens apparuit, jam parata erat, sicut secutus adjunxit: A Deo paratam (Apoc. XXI, 2). Siquidem quod descendunt, non cadunt angeli sancti, divina praeparatio facit: a quo nimirum haec ipsa eis et voluntas praeparata est, et facultas. Unde non solum administratorios, sed et missos in ministerium Apostolus quoque testatur (Hebr. I, 14). Quidni mittat angelos, pro quibus et ipse a Patre voluit mitti? Quidni pro eis inclinet coelos, pro quibus ipse quoque coelorum rex inclinavit se, ita ut digito in terram scriberet? (Joan. VIII, 6.) Domine, inclina coelos tuos (parum est), et descende (Psal. CXLIII, 5). Quid ultra? Ut quibus condescendit, faciat etiam coascendere sibi. Caeterum, ut jam diximus, angelicus ascensus et descensus caret vicissitudine; nos autem modo hac, modo illac versari necesse est, quod nec supra diutius stare liceat, nec expediat infra longius demorari. Ascendunt, ait, usque ad coelos, et descendunt usque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat (Psal. CVI, 26). Utquid hoc? Propterea sane anima eorum in malis interim plus tabescit, quam delectetur in bonis, quod haec in re, illa vero tantum in spe videantur haberi. Quis poterit salvus esse, dicunt discipuli Salvatori? Et ille: Apud homines hoc impossibile est, sed non apud Deum (Matth. XIX, 25, 26). Haec tota fiducia nostra, haec unica consolatio nostra, haec tota ratio spei nostrae.

Sed de possibilitate jam certi, de voluntate quid agimus? Quis scit si est dignus amore an odio? Quis novit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit? (Rom. XI, 34.) Hic jam plane fidem nobis subvenire necesse est, hic oportet succurrere veritatem [alias pietatem]: ut quod de nobis latet in corde Patris, nobis per ipsius Spiritum reveletur, et Spiritus ejus testificans persuadeat spiritui nostro quod filii Dei sumus. Persuadeat autem vocando et justificando gratis per fidem, in quibus nimirum velut medius quidam transitus est ab aeterna praedestinatione ad futuram magnificationem.

Pero esta ruina y terrible caída ciertamente Juan no pudo verla, porque aún no existía; pero la vio el Verbo que estaba en el principio, la vio el principio que hablaba a los apóstoles: Veía a Satanás como un rayo cayendo del cielo (Lc. 10, 18). Por tanto, aquella parte que cayó ha de ser reparada por Dios, cuando rellene las ruinas y reedifique los muros de Jerusalén, pero no a partir de aquellos que cayeron. Pero esta que apareció descendiendo, ya estaba preparada, como añadió a continuación: Preparada por Dios (Apoc. 21, 2). Pues el hecho de que los ángeles santos desciendan y no caigan lo obra la preparación divina: por quien ciertamente les fue preparada tanto esta misma voluntad como la facultad. Por lo cual el Apóstol testifica que no solo son administradores, sino también enviados en ministerio (Heb. 1, 14). ¿Por qué no habría de enviar a los ángeles, por quienes él mismo quiso ser enviado por el Padre? ¿Por qué no habría de inclinar los cielos por ellos, por quienes también el mismo rey de los cielos se inclinó, de modo que escribía con el dedo en la tierra? (Jn. 8, 6.) Señor, inclina tus cielos (es poco), y desciende (Sal. 143, 5). ¿Qué más? Para que a quienes condesciende, los haga también ascender consigo. Por lo demás, como ya dijimos, el ascenso y descenso angélico carece de vicisitud; nosotros en cambio es necesario que nos movamos ya aquí, ya allá, porque ni se permite estar más tiempo arriba, ni conviene demorarse más abajo. Ascienden, dice, hasta los cielos, y descienden hasta los abismos: su alma se consumía en los males (Sal. 106, 26). ¿Para qué esto? Ciertamente por esto su alma entre tanto se consume más en los males, de lo que se deleita en los bienes, porque estos se ven poseídos en la realidad, pero aquellos solo en la esperanza. ¿Quién podrá salvarse? dicen los discípulos al Salvador. Y él: Para los hombres esto es imposible, pero no para Dios (Mt. 19, 25, 26). Esta es toda nuestra confianza, esta nuestra única consolación, esta toda la razón de nuestra esperanza.

Pero ya ciertos de la posibilidad, ¿qué hacemos respecto a la voluntad? ¿Quién sabe si es digno de amor o de odio? ¿Quién conoció el sentido del Señor? ¿o quién fue su consejero? (Rom. 11, 34.) Aquí ya claramente es necesario que la fe nos subvenga, aquí conviene que nos socorra la verdad [o bien la piedad]: para que lo que sobre nosotros late en el corazón del Padre, nos sea revelado por su mismo Espíritu, y su Espíritu testificando persuada a nuestro espíritu que somos hijos de Dios. Pero persuada llamando y justificando gratuitamente por la fe, en las cuales ciertamente hay como un cierto tránsito medio desde la predestinación eterna hasta la futura magnificación.

Propterea sane geminam illam considerationem, alteram quidem judicii et veritatis, alteram vero non incongrue vocari credimus fidei et pietatis. Nec mirabere in humanis qualitatibus tam dissimilia reperiri, si solerter advertas quanta et in ipsa ejus substantia convenisse videtur diversitas naturarum. Quid enim spiritu vitae sublimius? quid vero humilius limo terrae? Quam profecto tam discohaerentium in homine cohaerentiam rerum ipsos quoque sapientes saeculi hujus arbitror non latuisse, cum hominem definirent, animal rationale mortale. Mirabilis siquidem copula rationis et mortis, mira societas discretionis et corruptionis. Sic nimirum, sic in moribus, sic in affectibus, sic in studiis hominum non minor, forte et amplior contrarietas invenitur: ut si totam, sicut est, pravitatem seorsum intuearis, ac rursum quidquid boni videtur inesse consideres singillatim, plenum censeas esse miraculo, quod tam adversa convenerint. Inde homo nunc quidem Bar-Jona, nunc vero Satana meretur audire. Nolite mirari hoc. Recolite ex Evangelio, cui dictum sit (et utrumque in veritate, nam utrumque ab ipsa Veritate dictum) prius quidem: Beatus es, Simon Bar-Jona; nec multo post: Vade retro, Satana. Unus ergo utrumque, etsi non utrumque ex uno. Illud enim ex Patre, istud ex homine, ipse tamen utrumque erat. Unde Bar-Jona? Quia non caro nec sanguis, sed Pater ei quod locutus est revelavit. Unde Satanas? Quia sapuit quae erant hominum, non quae Dei (Matth. XVI, 17, 23). Jam si utraque consideratione diligenter inspexerimus nos quid sumus, imo in una, quam nihil, in altera quam magnificati: quippe pro quibus etiam sollicitudinem gerat tanta majestas, et cor suum apposuerit erga nos: puto temperata videtur gloriatio nostra, sed forsitan magis aucta est, solidata tamen, ut non in nobis, sed in Domino gloriemur, quibus nimirum in hoc solo respirare est, ut dicamus, Si decreverit salvare nos, continuo liberabimur.

8. Ex hoc jam in illa superiori specula vel paululum immorantes, quaeramus domum Dei, quaeramus templum, quaeramus civitatem, quaeramus et sponsam. Neque enim oblitus sum, sed cum metu et reverentia dico: Nos sumus. Nos, inquam, sumus, sed in corde Dei; nos sumus, sed ipsius dignatione, non dignitate nostra. Non usurpet quod Dei est, ut non apponat homo magnificare se ipsum: alioquin quod illius erat faciens Deus, exaltantem se humiliabit. Quod etsi nos puerili animositate gratis salvari volumus, merito non salvamur.

Por eso ciertamente creemos que aquella doble consideración, una por cierto del juicio y de la verdad, la otra en cambio no incongruentemente se llama de la fe y de la piedad. Ni te maravillarás de que en las cualidades humanas se hallen cosas tan disímiles, si adviertes con solercia cuánta diversidad de naturalezas se ve haber concurrido en su misma sustancia. ¿Pues qué hay más sublime que el espíritu de vida? ¿pero qué más humilde que el limo de la tierra? Cuaya coherencia de cosas tan descoherentes en el hombre juzgo que tampoco se les ocultó a los mismos sabios de este siglo, cuando definían al hombre como animal racional mortal. Maravillosa es por cierto la cópula de la razón y de la muerte, maravillosa la sociedad de la discreción y de la corrupción. Así ciertamente, así en las costumbres, así en los afectos, así en los estudios de los hombres se halla una contrariedad no menor, tal vez incluso mayor: de modo que si miraras por separado toda la depravación, tal cual es, y de nuevo consideraras individualmente cualquier bien que se ve haber, juzgaras que está lleno de milagro que hayan concurrido cosas tan adversas. De ahí el hombre merece oír ahora por cierto Bar-Jona, ahora en cambio Satanás. No os maravilléis de esto. Recordad del Evangelio a quién se le dijo (y ambas cosas en verdad, pues ambas fueron dichas por la Verdad misma) primero por cierto: Bienaventurado eres, Simón Bar-Jona; y no mucho después: Vete atrás, Satanás. Uno solo, por tanto, ambas cosas, aunque no ambas de uno solo. Aquello en efecto del Padre, esto del hombre, sin embargo él mismo era ambas cosas. ¿Por qué Bar-Jona? Porque ni la carne ni la sangre, sino el Padre le reveló lo que habló. ¿Por qué Satanás? Porque saboreó lo que era de los hombres, no lo que es de Dios (Mt. 16, 17. 23). Ya si por cada consideración hubiéramos inspeccionado diligentemente qué somos, o mejor en una, cuán nada, en la otra cuán magnificados: pues por quienes incluso tanta majestad tiene solicitud, y ha puesto su corazón hacia nosotros: pienso que nuestra gloriación se ve temperada, pero tal vez más aumentada, aunque solidificada, para que no nos gloriemos en nosotros, sino en el Señor, para quienes ciertamente respirar está en esto solo, que digamos: Si hubiera decretado salvarnos, continuamente seremos librados.

8. Desde esto ya, demorándonos un poco en aquella atalaya superior, busquemos la casa de Dios, busquemos el templo, busquemos la ciudad, busquemos también a la esposa. Pues no me he olvidado, sino que con miedo y reverencia digo: Nosotros somos. Nosotros, digo, somos, pero en el corazón de Dios; nosotros somos, pero por su dignación, no por nuestra dignidad. No usurpe el hombre lo que es de Dios, para que no se ponga a magnificarse a sí mismo: de lo contrario, haciendo Dios lo que era suyo, humillará al que se exalta a sí mismo. Lo cual, aunque nosotros con pueril animosidad queremos ser salvados gratuitamente, con razón no somos salvados.

Excludit miseriae dissimulatio miserationem, nec dignatio locum habet, ubi fuerit praesumptio dignitatis: provocat vero compassionem humilis confessio passionis. Sane haec sola facit ut nos ipse tanquam dives paterfamilias alat in fame, et sub eo panibus abundantes inveniamur. Proinde domus ejus, cui nunquam deest alimonia vitae. Et memento quod domum suam domum orationis esse definiat (Matth. XXI, 13); quia et hoc prophetico satis videtur testimonio convenire, qui ab ipso nos, in orationibus utique, cibandos pane lacrymarum, et in lacrymis potum asserit accepturos (Psal. LXXIX, 6). Caeterum juxta eumdem Prophetam, sicut supra quoque meminimus, domum istam decet sanctitudo (Psal. XCII, 5): ut videlicet poenitentiae lacrymas puritas continentiae comitetur, et quae jam domus est, fiat subinde etiam templum Dei. Sancti estote, inquit, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester (Levit. XI, 44). Et apostolorum: Nescitis quia corpora vestra templum sunt Spiritus sancti, et Spiritus sanctus habitat in vobis? Si quis templum Dei violaverit, disperdet eum Deus (I Cor. III, 16, 17).

9. Nunquid tamen vel ipsa jam sanctimonia sufficit? Pax quoque necessaria est, Apostolo teste, qui ait: Pacem sectamini cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum (Hebr. XII, 14). Haec est quae facit unius moris habitare fratres in unum, novam utique regi nostro, vero pacifico, aedificans civitatem, quae et ipsa Jerusalem nominetur, quod est visio pacis. Ubi enim sine foedere pacis, sine observantia legis, sine disciplina et regimine acephala multitudo congregata fuerit, non populus, sed turba vocatur: non est civitas, sed confusio; Babylonem exhibet, de Jerusalem habet nihil. Sed quemadmodum fieri posse videbitur, ut rex tantus in sponsum transeat, civitas promoveatur in sponsam? Sola hoc potest, quae nihil non potest, charitas fortis ut mors. Quomodo non facile istam levet, quae illum jam inclinavit? Verum hinc tibi nullatenus consulenda prior illa, quam diximus, consideratio tui: hic quam potissimum fidei magnanimitas exercetur. Denique et ipse ait: Desponsavi te mihi in fide, desponsavi te in judicio et justitia (ejus, non tuam intellige), desponsavi te in misericordia et miserationibus (Osee II, 20, 19). Si non fecit ille quod sponsus, si non tanquam sponsus amavit, si non zelatus est tanquam sponsus, noli acquiescere sponsam te arbitrari.

10. Itaque, fratres mei, si per abundantem refectionem magni patrisfamilias domus esse probamur, si templum Dei per sanctificationem, si civitas summi regis per socialis vitae communionem, si sponsa immortalis sponsi per dilectionem, puto, jam non est quod dicere verear nostram esse solemnitatem. Nec miremini quod in terris agitur haec celebritas, siquidem agitur et in coelis.

El disimulo de la miseria excluye la misericordia, ni la dignación tiene lugar donde hubiera presunción de dignidad: pero la confesión humilde de la pasión provoca la compasión. Ciertamente esto solo hace que él nos alimente en el hambre como un rico padre de familia, y que bajo él seamos hallados abundantes en panes. Por lo tanto su casa, a la cual nunca le falta el alimento de vida. Y recuerda que él define su casa como casa de oración (Mt. 21, 13); porque también esto parece convenir suficientemente con el testimonio profético, que afirma que nosotros hemos de ser alimentados por él, ciertamente en las oraciones, con pan de lágrimas, y que recibiremos bebida en lágrimas (Sal. 79, 6). Por lo demás, según el mismo Profeta, como también recordamos arriba, a esta casa le conviene la santidad (Sal. 92, 5): para que ciertamente la pureza de la continencia acompañe a las lágrimas de la penitencia, y lo que ya es casa, se haga luego también templo de Dios. Sed santos, dice, porque yo el Señor Dios vuestro soy santo (Lev. 11, 44). Y el de los apóstoles: ¿No sabéis que vuestros cuerpos son templo del Espíritu Santo, y el Espíritu Santo habita en vosotros? Si alguno violara el templo de Dios, Dios lo destruirá (1 Cor. 3, 16. 17).

9. ¿Pero acaso basta ya incluso esa misma santidad? También la paz es necesaria, por testimonio del Apóstol, quien dice: Seguid la paz con todos, y la santidad, sin la cual nadie verá a Dios (Heb. 12, 14). Esta es la que hace habitar a los hermanos de un mismo carácter en uno solo, edificando ciertamente para nuestro rey, el verdadero pacífico, una ciudad nueva, que también ella misma sea llamada Jerusalén, que es visión de paz. Pues donde sin pacto de paz, sin observancia de la ley, sin disciplina y régimen hubiera sido congregada una multitud acéfala, no se llama pueblo, sino turba: no es ciudad, sino confusión; exhibe a Babilonia, no tiene nada de Jerusalén. ¿Pero cómo podrá verse que sea posible que un rey tan grande pase a ser esposo, y una ciudad sea promovida a esposa? Solo esto lo puede, lo cual nada no puede, la caridad fuerte como la muerte. ¿Cómo no levantará fácilmente a aquella, la cual ya lo inclinó a él? Pero de aquí no debe consultarse de ningún modo aquella primera consideración de ti mismo que dijimos: aquí se ejercita sobre todo la magnanimidad de la fe. Finalmente, él mismo también dice: Te desposé conmigo en la fe, te desposé en el juicio y la justicia (entiende la suya, no la tuya), te desposé en la misericordia y en las miseraciones (Os. 2, 20. 19). Si él no hizo lo que hace el esposo, si no amó como esposo, si no celó como esposo, no aceptes considerarte esposa.

10. Por tanto, hermanos míos, si por la abundante refección del gran padre de familia somos probados como casa, si templo de Dios por la santificación, si ciudad del sumo rey por la comunión de la vida social, si esposa del esposo inmortal por el amor, pienso que ya no hay nada que tema decir que es nuestra solemnidad. Ni os maravilléis de que en la tierra se realice esta celebración, pues se realiza también en el cielo.

Nempe si (ut Veritas ait, et non potest non esse verum) super uno peccatore poenitentiam agente gaudium est in coelis, etiam angelis Dei (Luc. XV, 10), non est dubium quin sit eis hodie gaudium multiplex super tam multo peccatore poenitentiam agente. Adhuc amplius vultis audire? Etiam gaudium Domini, fortitudo nostra (II Esdr. VIII, 10). Collaetemur ergo angelis Dei, congaudeamus Deo, et in gratiarum actione praesens solemnitas agatur, quia quanto nobis domestica, tanto amplius debet esse devota.

Sermo VI.

De reverentia sacris locis debita.

1. Domestica nobis celebritas dedicatio domus nostrae; magis autem domestica nostra ipsorum dedicatio est. Nostra siquidem illa aspersio, nostra illa benedictio, nostra consecratio fuit, quae per manus sanctorum celebrata pontificum, etiam hodie anniversario reditu votivis laudibus ad memoriam revocatur. Nunquid de lapidibus cura est Deo? Non parietes dicunt, sed homines: Ipsi enim cura est de nobis (I Petr. V, 7). Unus homo erat Jacob, et dormiens vidit descendentes angelos et ascendentes. Parum est hoc; etiam Dominum angelorum adesse testatus est, dicens: Vere Dominus est in loco isto, et ego nesciebam (Gen. XXVIII, 12, 16). Miratur enim gratiam, et dignationis magnitudinem expavescit. Quam terribilior est iste locus, quam evidentius certiusque Dominus est in loco isto, ubi nimirum non modo duo aut tres, sed tam multi in ipsius congregati nomine perseverant! Nemo jam nesciat, nemo vestrum ignoret. Siquidem non accepimus spiritum mundi hujus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quae a Deo data sunt nobis (I Cor. II, 12). Terribilis plane locus, et dignus omni reverentia, quem fideles viri inhabitant; quem angeli sancti frequentant ; quem sua quoque praesentia Dominus ipse dignatur.

2. Quomodo enim tantus patriarcha nescire potuerat quod non esset locus ubi non esset Deus? Sed forte aliud esse miratus est, ubi ait: Vere Dominus est in loco isto. Ibi vere est, et vere Dominus est, ubi in ejus nomine angeli simul et homines congregantur. Licet enim in omni loco sit, qui nullo clauditur loco, signanter tamen dicimus: Pater noster, qui es in coelis (Matth. VI, 9); quod aliter illic et proprio quodam modo praesentem se exhibeat, non quidem ipse diversus, sed diversa distinguens.

Porque si (así lo dice la Verdad, y no puede no ser verdad) hay gozo en los cielos sobre un pecador que hace penitencia, incluso para los ángeles de Dios (Lc. 15, 10), no hay duda de que para ellos hay hoy un gozo múltiple sobre tantos pecadores que hacen penitencia. ¿Todavía más queréis oír? También el gozo del Señor es nuestra fortaleza (2 Esd. 8, 10). Alegrémonos, pues, con los ángeles de Dios, congoceos con Dios, y realícese la presente solemnidad en acción de gracias, porque cuanto más doméstica para nosotros, tanto más devota debe ser.

Sermón VI.

Sobre la reverencia debida a los lugares sagrados.

1. Una celebración doméstica para nosotros es la dedicación de nuestra casa; pero la dedicación de nosotros mismos es más doméstica. Pues aquella aspersión fue nuestra, aquella bendición fue nuestra, aquella consagración fue nuestra, la cual, celebrada por las manos de los santos pontífices, incluso hoy se recuerda en memoria por el aniversario regreso con alabanzas votivas. ¿Acaso tiene Dios cuidado de las piedras? No lo dicen las paredes, sino los hombres: Pues él tiene cuidado de nosotros (1 Pe. 5, 7). Jacob era un solo hombre, y durmiendo vio ángeles descendiendo y ascendiendo. Poco es esto; también testificó que el Señor de los ángeles estaba presente, diciendo: Verdaderamente el Señor está en este lugar, y yo no lo sabía (Gén. 28, 12. 16). Pues se maravilla de la gracia, y se espanta de la magnitud de la dignación. ¡Cuán más terrible es este lugar, cuán más evidente y ciertamente está el Señor en este lugar, donde ciertamente no solo dos o tres, sino tantos congregados en su nombre perseveran! Nadie ya ignore, ninguno de vosotros lo desconozca. Puesto que no recibimos el espíritu de este mundo, sino el Espíritu que es de Dios, para que sepamos las cosas que Dios nos ha dado (1 Cor. 2, 12). Lugar claramente terrible, y digno de toda reverencia, el que habitan hombres fieles; el que frecuentan ángeles santos; el que con su propia presencia el mismo Señor dignifica.

2. Pues ¿cómo tal gran patriarca pudo haber ignorado que no había lugar donde no estuviera Dios? Pero tal vez se maravilló de otra cosa, donde dice: Verdaderamente el Señor está en este lugar. Allí verdaderamente está, y verdaderamente es Señor, donde ángeles y hombres se congregan juntos en su nombre. Pues aunque esté en todo lugar, quien no es encerrado por ningún lugar, sin embargo decimos significativamente: Padre nuestro, que estás en los cielos (Mt. 6, 9); porque de otro modo allí y de un cierto modo propio se exhibe presente, no siendo él mismo diverso, sino distinguiendo cosas diversas.

Est ergo in omni loco, omnia universaliter continens, omniaque disponens; sed longe tamen aliter atque aliter. Apud homines malos est praestans atque dissimulans; apud electos homines operans et servans; apud superos pascens et cubans; apud inferos arguens et damnans. Facit solem suum oriri etiam super malos: sed ubi malorum interim dissimulatio est, quodam modo veritas non est. Itaque, si dicere licet, apud impios est in dissimulatione; apud justos in veritate; apud angelos in felicitate; apud inferos in feritate sua. Durum vobis sonat quod de feritate dixi? ego vero et iram vereor, et furorem. Domine, ne in furore tuo arguas me (Psal. VI, 2), etc. Vere, inquit, Dominus est in loco isto. Ubi enim pluit super justos et injustos, pater est, et Pater misericordiarum, exspectans homines ad poenitentiam. Ubi damnat obstinatos, judex est, et horrendum est incidere in manus Dei viventis (Hebr. X, 31); ubi cubat, sponsus est: et beata anima quam introduxerit in cubiculum suum.

3. Caeterum in loco isto vere Dominus est, si tamen serviamus ei in spiritu et veritate. Non enim vere Dominus erat apud eos quibus dicebat: Quid vocatis me, Domine, Domine; et non facitis quae dico? (Luc. VI, 46.) Testantur sacrae litterae in paradiso olim positum primum Adam ut operaretur et custodiret illum (Gen. II, 15). Sic secundus Adam in ecclesia sanctorum, in congregatione suorum, in horto deliciarum: siquidem deliciae suae esse cum filiis hominum; ita, inquam, et ipse Dominus est in loco isto, ut operetur atque custodiat. Alioquin sicut: Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt qui aedificant eam; sic nihilominus: Nisi ipse custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam (Psal. CXXVI, 1). Porro angelos ascendentes et descendentes esse in loco isto, patriarchalis ipsa visio manifestat: ascendentes, ut videant faciem Patris; descendentes, ut provideant nobis. Quid ergo? Nos quomodo hic esse debemus, in quanta reverentia stare in loco isto, ubi Deus est operans et servans, angeli ascendentes et descendentes? Nimirum poenitentes et exspectantes esse nos convenit. Hoc est enim oblivisci quae retro sunt, ignorare, reprobare, recogitare annos illos in amaritudine animae nostrae, ac deinceps cogitatione simul et aviditate extendere nos in anteriora. Ad hoc venimus, in hoc positi sumus. Haec sunt quae exiguntur a nobis, praeteritorum poenitudo peccatorum, et futurorum exspectatio praemiorum.

Está, pues, en todo lugar, conteniendo todas las cosas universalmente, y disponiendo todas; pero sin embargo de muy diversas maneras. Entre los hombres malos está prestando y disimulando; entre los hombres elegidos obrando y guardando; entre los de arriba alimentando y descansando; entre los de abajo reprendiendo y condenando. Hace salir su sol incluso sobre los malos: pero donde mientras tanto hay disimulo de los malos, en cierto modo no hay verdad. Por tanto, si es lícito decirlo, entre los impíos está en disimulo; entre los justos en verdad; entre los ángeles en felicidad; entre los de abajo en su ferocidad. ¿Os suena duro lo que dije sobre la ferocidad? Yo ciertamente temo tanto la ira como el furor. Señor, no me reprendas en tu furor (Sal. 6, 2), etc. Verdaderamente, dice, el Señor está en este lugar. Pues donde llueve sobre justos e injustos, es padre, y Padre de las misericordias, esperando a los hombres a la penitencia. Donde condena a los obstinados, es juez, y es horrendo caer en las manos del Dios vivo (Heb. 10, 31); donde descansa, es esposo: y bienaventurada el alma a la que hubiera introducido en su alcoba.

3. Por lo demás, en este lugar el Señor está verdaderamente presente, siempre que le sirvamos en espíritu y en verdad. Pues no estaba el Señor verdaderamente presente entre aquellos a quienes decía: ¿Por qué me llamáis, Señor, Señor; y no hacéis lo que digo? (Lc. 6, 46). Testifican las sagradas letras que en el paraíso fue puesto antiguamente el primer Adán para que lo trabajara y lo custodiara (Gén. 2, 15). Así el segundo Adán en la iglesia de los santos, en la congregación de los suyos, en el huerto de las delicias: puesto que sus delicias son estar con los hijos de los hombres; así, digo, el mismo Señor también está en este lugar, para que trabaje y custodie. De lo contrario, así como: Si el Señor no hubiera edificado la casa, en vano trabajaron los que la edifican; así no obstante: Si él mismo no hubiera custodiado la ciudad, en vano vigila el que la custodia (Sal. 126, 1). Además, que los ángeles ascienden y descienden en este lugar, la misma visión patriarcal lo manifiesta: ascendiendo, para que vean el rostro del Padre; descendiendo, para que nos provean. ¿Qué, pues? ¿Cómo debemos estar nosotros aquí, con cuánta reverencia estar en este lugar, donde Dios está obrando y guardando, los ángeles ascendiendo y descendiendo? Ciertamente nos conviene ser penitentes y expectantes. Pues esto es olvidar lo que queda atrás, ignorar, reprobar, volver a pensar aquellos años en la amargura de nuestra alma, y de ahí en adelante extendernos hacia lo que está delante, con el pensamiento y la avidez al mismo tiempo. A esto hemos venido, en esto hemos sido puestos. Estas son las cosas que se nos exigen: la penitencia de los pecados pasados, y la expectativa de los premios futuros.